Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

(1600-1900)

Vol. V: 1711-1740

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT
P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1981
PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

Pl. KORNYLJAK: ANNO LX VITAE - XXXV SACERDOTII XX EPISCOPATUS

«ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI»

(Series II)

Sectio I-ma - « OPERA »:

1. Wojnar M., *De Regimine Basilianorum Ruthenorum*. Rome 1949, pp. XX+218 . . . . . US $ 7.00
2. Solowij M., *De Reformatione Liturgica H. Lisowski* (1784-1809). Rome 1950, pp. XI+128 (available only when the complete collection is ordered) . . . . . » $ 5.00
3. Wojnar M., *De Capitulis Basilianorum*. Rome 1954, pp. XVI+ +204 . . . . . » $ 7.00
4. Назарко І., *Св. Володимир В.-Володар і Христитель Руси-України* (960-1015). Рим 1954, стор. XXXII+228. (*Saint Vladimir the Great-Ruler and Baptist of Rus-Ukraine*) » $ 8.00
5. Нагаєвський І., *Кирило-Методіївське Християнство в Русі-Україні*. Рим 1954, стор. XVIII+178. (*Cyril-Methodius Christianity in Rus-Ukraine*) . . . . . » $ 5.00
6. Соневицький Л., *Український Єпископат Перемиської і Холмської Єпархій XV-XVI ст.* Рим 1955, стор. 108. (*Ukrainian Episcopate of the Peremysl and Cholm Eparchies in the XV-XVI centuries*) . . . . . » $ 4.00
7. Pekar Basil, *De Erectione Canonica Eparchiae Mukačoviensis* (1771). Rome 1956, pp. 136 . . . . . » $ 4.00
8. Holowackyj R., OSBM, *Seminarium Vilnense SS. Trinitatis* (1601-1621). Rome 1957, pp. XIV+158 . . . . . » $ 5.00
9. Wojnar M., OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum* 1617-1804. Rome 1958, pp. XXV+298 . . . . . » $ 8.00
10. Baran A., *Metropolia Kioviensis et Eparchia Mukačoviensis*. Rome 1960, pp. XII+112 . . . . . » $ 4.00
11. Bilanych I., *Synodus Zamostiana a.* 1720. Rome 1960, pp. XVI+128 . . . . . » $ 4.00
12. Stasiw M., *Metropolia Haliciensis* (*eius historia et iuridica forma*). Rome 1960, pp. XVIII+240 . . . . . » $ 7.00
13. Назарко І., *Київські і Галицькі Митрополити*. Бібліографічні Нариси (1590-1960). Рим 1962, ст. XVIII+272. (*Metropolitans of Kiev and Halyč*) . . . . . » $ 8.00
14. Joubeir A., *La notion canonique de rite*. Rome 1961, pp. XII+104 » $ 4.00
15. Lozovei P., *De Metropolitarum Kioviensium potestate* (988-1596). Rome 1962, pp. XXII+140 . . . . . » $ 5.00
16. Wiwčaruk S., *De Synodo provinciali Berestensi a.* 1765 *non celebrata*. Rome 1963, pp. XII+170 . . . . . » $ 5.00
17. Patrylo I., *Archiepiscopi - Metropolitani Kievo-Halicienses* (attentis praescriptis M.P. « Cleri sanctitati »). Rome 1962, pp. XVI+142 . . . . . » $ 5.00
18. Baran A., *Eparchia Maramorošiensis eiusque unio*. Rome 1962, pp. XII+108 . . . . . » $ 4.00
19. Полонська-Василенко Н., *Історичні підвалини УАПЦ*. Рим 1964, стор. 120. (*Historical background of the Ukrainian Autocephalic Orthodox Church*) . . . . . » $ 4.00
20. Соловій М., *Божественна Літургія. Історія-Розвиток-Пояснення*. Рим 1964, стор. XIV+422 (тільки в оправі). (*Divine Liturgy – History, Evolution and Commentary*) . . . » $ 9.00

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Sectio III:

DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

EPISTOLAE METROPOLITARUM, ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM

LITTERAE EPISCOPORUM
HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES
vol. V: 1711-1740

COLLEGERUNT: ATHANASIUS G. WELYKYJ ET PORPHYRIUS B. PIDRUTCHNYJ
O. S. B. M.

EP-PO Pl. KORNYLJAK: ANNO LX VITAE - XXXV SACERDOTII XX EPISCOPATUS

Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.

LITTERAE EPISCOPORUM

HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

(1600-1900)

Vol. V: 1711-1740

PARAVIT, ADNOTAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT
P. ATHANASIUS G. WELYKYJ OSBM

ROMAE 1981
PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT, 8 (PIAZZA S. PRISCA)

Pl. KORNYLJAK: ANNO LX VITAE - XXXV SACERDOTII
XX EPISCOPATUS

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 15. XI. 1980

P. Isidorus I. PATRYLO, OSBM
Protoarchimandrita

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 10. XII. 1980

JOANNES CANESTRI, *Vicesgerens*
Archiep.pus Monteranus

Esse-Gi-Esse - Roma

1920 - 1945 - 1959 - 1980

EXCELL.MO . EXARCHO . APOSTOLICO . UCRAINORUM . GERMANIAE

PLATONI . KORNYLJAK . S.T.D.Ph.D.

ANNO . LX . VITAE . EXEUNTE

ANNO . XXXV . SACERDOTII . EXPLETO

ANNO . XX . EPISCOPATUS . ET . EXARCHATUS . CELEBRATO

VOLUMEN . HOC . QUINTUM

« LITTERARUM . EPISCOPORUM . HISTORIAM . UCRAINAE

ILLUSTRANTIUM »

IN . FELICEM . ANNORUM . COMPLEMENTUM

IN . FAUSTA . FUTURA . LUSTRA . PROSECUTIONEM

DICATUR

1920 - 1945 - 1959 - 1980

ПРЕОСВЯЩЕННОМУ . АПОСТОЛЬСЬКОМУ . ЕКЗАРХОВІ
УКРАЇНЦІВ . НІМЕЧЧИНИ
КИР. ПЛАТОНОВІ . КОРНИЛЯК . Д.Б. і Ф.
РОКУ . 60 . ЖИТТЯ . ЗАКІНЧЕНОМУ
РОКУ . 35 . СВЯЩЕНСТВА . ЗВЕРШЕНОМУ
РОКУ . 20 . ЄПИСКОПСТВА . ВІДСВЯТКОВАНОМУ
ЦЕЙ . П'ЯТИЙ . ТОМ
«ЛИСТІВ ЄПИСКОПІВ . ДЛЯ . ІЛЮСТРАЦІЇ . ІСТОРІЇ УКРАЇНИ»
ДЛЯ . ЩАСЛИВОГО . ВИПОВНЕННЯ . ЛІТ-ДЕСЯТИЛІТЬ
ДЛЯ . МАЙБУТНЬОГО . ЗВЕРШЕННЯ . МНОГОЛІТЬ
ПРИСВЯЧУЄМО

EXCELLENTISSIMUS DOMINUS EXARCHUS UCR. GERMANIAE
D. PLATO V. KORNYLJAK, S.T.D. PH.D.
(1920 - 1945 - 1959 - 1980)



INSIGNE EPISCOPI PLATONIS KORNYLJAK

D. Eugenia KORNYLJAK-
GRIBOVSKA

(mater 1881 - 11.6.1974)

D. Volodyslav KORNYLJAK

(pater 1881-1968)



D. Eugenius KORNYLJAK
(† frater – medicus)



D. Volodymyr KORNYLJAK
(frater – medicus)

D. Theodora KORNYLJAK
BOSOVYK
(Soror)

D. Anempodyst KORNYLJAK
(† frater – in Ordine: Ambrosius)

PRAEFATIO

Quintum volumen Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium (1711-1740) *Episcopo Ecclesiae Ucrainae nostrorum temporum, Excellentissimo Platoni V. Kornyljak, Exarcho Ucrainorum Germaniae, Episcopo Castromartensi in Dacia, 60 anno Vitae (1920-1980), 35 Sacerdotii (1945-1980) et 20 Episcopatus et Exarchatus (1959-1980) dicamus, ut haec Anniversaria modo stabili historiae Ecclesiae Ucrainae inscribamus, quia praesens episcoporum, cleri et fidelium ucrainorum per orbem dispersio, etiam principaliores et fundamentales notitias biographicas, praesertim Episcoporum, fidelibus difficulter notas facit. Et tamen 60 annus vitae, 35 annus sacerdotii et 20 annus episcopatus Excellentissimi Platonis Kornyljak promeruerunt, ut stabilius et perennius historiae inscriberentur.*

Etiam alia res in causa fuit, ut hanc inscriptionem inter litteras episcoporum saeculi XVIII hic faciamus: Anno 1938 frater natu maior Platonis Kornyljak, Anempodist, Ordinem Basilianorum in Romania ingressus est, finitis studiis superioribus scientiarum naturalium in Universitate Jassensi in Moldavia. Hic anno 1912, die 23 Martii, natus, in novitiatu Obrejensi a die 1 Augusti 1938 probatus et in Domum Curiae Generalis Romam missus (1940-1942), ut in studiis philosophicis in Universitate Gregoriana ulterius ad sacerdotium progrederetur; sed ob nimiam sedulitatem in studiis et difficultates in vita religiosa morbum quemdam contraxit et domum redire debuit. Hoc eodem tempore in Pontificio Collegio S. Josaphat et Universitate Urbaniana philosophiae et theologiae frater eius natu minor Plato studuit, ab episcopo Maramorosiensi missus, cui assiduitas et diligentia fratris Anempodisti-Ambrosii multum adiutorii fuit in curriculo Platonis ad sacerdotium et tandem ad episcopatum.

Plato V. Kornyljak natus est die 6 Septembris v.s. (19.IX. n.s.) 1920 anno in pago Stebni in Bukovina, ex patre Vladislao Kornyljak, directore scholae (ab anno 1903), qui originem suam deducebat ex Galicia, ex loco Felsztyn, ex regione Staryj Sambir (obiit 18.2.1968); et matre Eugenia Gribovska, filia sacerdotis, ex familia principum Dashkewych-Kantemir, quae originem dedit duobus metropolitis regionis.

Scholam primariam finivit Plato in pago Zvyniačka, in districtu Černivci; mediam vero seu gymnasium coepit in Černivci, et post duos ultimos annos

finivit in lyceo « S. Basilii Magni » in Blaj, in Transilvania, ubi in Iunio 1939 a. examen subiit maturitatis, et ab episcopo Maramorosiensi Alexandro Russu Romam expeditus est ad Collegium S. Josaphat, in Universitate Urbaniana studiis philosophico-theologicis incumbendo a die 20 Decembris 1939, destinatus pro fidelibus graeco-catholicis in Bukovina.

Iam die 18 Aprilis 1943 theologus Plato Kornyljak ad Ordines minores usque ad Subdiaconatum, die 18 Maji 1944 ad Diaconatum et die 25 Martii 1945 ad Presbyteratum promotus fuit, ab Excell.mo Joanne Buczko, qui tunc in Collegio S. Josaphat habitabat.

Etsi hoc tempore bellum universale, quod etiam terram Italiae comprehendebat, ad suam conclusionem vertebat, iuvenis sacerdos Plato iam die 14 Decembris 1946 dissertationem theologicam ad Lauream obtinendam apparavit, sub tit. « Efficacitas Sacramentorum apud S. Augustinum ». Finita theologia, reditus in Bukovinam sacerdoti Platoni non erat possibilis. Proinde anno scholastico 1946/1947 inscripsit se tertio anno philosophiae in Universitate Gregoriana et transiit in Collegium S. Joannis Damasceni, 12 Novembris 1947; die 18 Junii 1948 dissertationem sub tit. « La Dialettica esistenziale del Divino e dell'Umano secondo Nicola Berdiaeff », ad Lauream in Philosophia obtinendam, exaravit.

Finita cum laude etiam philosophia, sac. Plato obtinuit destinationem pastoralem in Eparchia Philadelphiensi in Statibus Foederatis Americae Septemtrionalis. Imprimis obtinuit coadiutoriam paroecialem in civitate Olyphant, unde mox translatus fuit ad simile munus in paroecia Immaculatae Conceptionis B.V. Mariae in ecclesia cathedrali Philadelphiensi.

In America sac. Plato Kornyljak sibi mox agnitionem et laudem conquisivit et ad munus Secretarii Consistorii Metropolitani translatus fuit (1950), anno vero 1952 Cancellariatum obtinuit. In his officiis sac. Plato etiam curam iuventutis habuit, praesertim Societatis dictae « Obnova », in qua sibi amorem et agnitionem acquisivit. Sic per gradus, sed incessanter iuvenis sacerdos ingressus est in vitam ecclesialem, acquisivit amicos, ampliavit notitiam circumstantiarum ecclesiasticarum ita, ut ab Excell.mo D. Constantino Bohachevskyj, Metropolita Philadelphiensi, commendatus fuit ad episcopatum in Germania, ubi Sedes Apostolica personam aptam inquirebat in auxilium Visitatori Apostolico in Europa Occidentali.

Ideo iam die 17 Aprilis 1959 erectus fuit in Germania Exarchatus Apostolicus pro Ucrainis, et Cancellarius Plato V. Kornyljak nominatus fuit primus Exarchus cum tit. Episcopi Castromartensis in Dacia. Etsi negotium hoc iam sub Pontificatu Pii Papae XII decisum fuit, tamen actus canonicos programmatis Joannes Papa XXIII in actum deduxit, et 7 Iulii 1959 consecrationem episcopalem novo Exarcho Platoni, in festo S. Joannis Baptistae, Metropolita Philadelphiensis, Constantinus Bohachevskyj, contulit, conconsecrantibus Ambro-

sio Senyshyn, OSBM, Episcopo Stamfordensi, et Josepho Shmondiuk, Coadiutori, praedicante in lingua ucraina Maximo Hermaniuk, Metropolita Canadensi, et in lingua anglica Excel.mo Stephano Kocisko, ep. Pittsburgensi, praesentibus magno numero Cleri Philadelphiensis et fidelium.

In aestate an. 1959 Excell. Plato venit in Europam, ut acceptaret et organizaret suum Exarchatum Germaniae. In suo accessu ad Exarchatum venit primum Romam, ut gratias ageret Papae Joanni XXIII, homagium redderet Congregationi Orientali, instructiones peteret de suo territorio a Visitatore Apostolico et Collegium suae educationis S. Josaphat visitaret.

Tandem initio mensis Septembris 1959 in Germaniam se contulit, ad suum Exarchatum, ut Installationem sollemnem acciperet et revera die 20 Septembris Monachii Bavariae, in ecclesia S. Caetani, praesentibus Cardinali Monachii Josepho Wendel et Visitatori Apostolico J. Buczko, e manibus Nuntii Apostolici Germaniae, Aloisio Josepho Münch instalationem in Exarchatu acciperet, cum « Te Deum laudamus » populi, discursu Nuntii, S. Liturgia Exarchi, sermone Visitatoris Apostolici et Allocutione novi installati Exarchae cum fraterna Agape in Kolpinghaus praesentium in hac ceremonia.

Iam sequentibus mensibus novus Exarchus contulit se in suum Exarchatum, ut suos fideles et instituta ecclesiastica visitaret.

Anno 1960, approximante Concilio Oecumenico Vaticano II, iuvenis Exarchus nominatus fuit Membrum Commissionis Theologicae, quae Concilium hoc, iam convocatum, cum aliis apparabat et tandem a mense Octobri 1962 usque ad mensem Decembrem 1965 ei ut Pater Ecclesiae pleno iure adsistebat.

Visitando unoquoque anno suos fideles, partem habendo in laboribus Hierarchiae ucrainae, educando Clerum suum, sacerdotes exteros ad opus pastorale vocando, Hierarchia germanica adiuvante, ad mentem Bullae erectionis Exarchatus in civitate Monachensi sedem Exarchatus et ecclesiam cathedralem erigere caepit et exaedificavit (1976) ita, ut XX-um anniversarium iam in propria cathedrali celebrare valuit.

ПЕРЕДМОВА

Цей V-ий том Листи Єпископів для ілюстрації історії України (1711-1740) *присвячуємо одному з Єпископів сучасної Української Церкви — Преосв. Кир Платонові В. Корнилякові, Апост. Ексархові Укр. Німеччини, єпископові тит. Кастромартійському, з нагоди 60-ліття Життя (1920-1980), 35-ліття Священства (1945-1980) та 20-ліття Єпископства (1959-1980). Ці річниці хочемо саме відзначити оцим виданням « Листів Єпископів » вісімнадцятого століття, часів Замойського Синоду, бо сьогоднішнє розкинення в світі української Ієрархії, слідами розсіяння українських вірних, для їхньої духовної обслуги, не дозволяє українським людям знати, навіть, загальні і основні дані життя своїх Архиреїв. А шістдесят літ Життя, тридцятп'ять літ Священства й двадцять літ Архиврейства заслуговують на те, щоб ці дати твердо записати в історію Української Церкви наших днів.*

І ще одна причина спонукує до такого запису: З поміж старших братів і сестер: Володимира, Євгена, сестри Теодори Корниляк-Босовик, передостанній за чергою Анемподист (23.5.1912), рік перед вступленням Платона до Римського Духовного Училища — Семінарії (20.12. 1939), вступив, після скінчення природничих студій на Університеті в Ясах у Молдавії, до Василіянського Чина, відбувши новіціят в Обрежі (1.8.1938), щоб стати ченцем-Василіянином та працювати як іеромонах-природник, під іменням Амвросія; покликаний на студії до Ген. Курії до Риму він студіював філософію на Григоріянському Університеті, коли в іншій частині міста його наймолодший брат Платон студіював філософію-богословію на Урбаніянському Університеті, замешкуючи в Колегії св. Йосафата, якому старший брат Анемподист-Амвросій (1912 року народження) був прикладом пильности і заохотою на шляху до священства, а так і до єпископства. Та після 5 років чернецтва і студій (1943) брат Амвросій мусів перервати свої студії та залишити Чин і діждавшись єпископства свого брата, він помер 10 травня 1965 р.

Платон Корниляк народився 6 вересня ст.ст. (19.9, н.ст.) 1920 р. в селі Стебних на Буковині, з батька Володислава (емігрував, 1903), який походив з Фельштина в Старосамбірщині, в Галичині († 18.2.1968) і

матері Євгенії Грибовської, з старинного священицького-княжого роду Дашкевич Кантемир, з якого вийшли два митрополити (померла 11.6.1974 в Мюнхені). – Народню школу скінчив Платон в селі Звинячка, в Чернівецькому повіті, а середню почав у Чернівцях, останні ж, два роки й іспит зрілости закінчив у Ліцеї « св. Василія Великого » в Блажі, в Трансильванії. Склавши іспит зрілости, Мараморoський єпископ Олександер Русу вислав його 17 грудня 1939 р. на богословські студії до Папської Колегії св. Йосафата в Римі, на Урбаніянський Університет, призначуючи його для греко-католицьких вірних Буковини.

Вже 18 квітня 1943 р. Платон Корниляк був поставлений у нижчі свячення, 18 травня 1944 був свячений на диякона, а 25 березня 1945 р. був поставлений священиком Преосв. Кир Іваном, який тоді мешкав у Колегії св. Йосафата.

Хоч це був майже кінець війни, яка тоді захопила й Італію, то молодий священик вже 14 грудня 1946 р. оборонив дисертацію з богослов'я про « Діяння св. Тайн у св. Августина ». Війна скінчилася й на Буковину не можна було повернутися, тому молодий доктор Богослов'я в році шкільному 1946/1947 записався на 3-ій рік Філософії на Григоріянськім Університеті, та замешкав у Колегії св. Дамаскина, 12 листопада 1947, а дня 18 червня 1948 р. оборонив публічно дисертацію до докторату філософії, під заг. « Екзистенціяльна діялектика Божого і Людського в Миколи Бердяєва », і вже 12 липня 1948 р. дістав призначення на душпастирську працю в З'єднаних Стейтах Америки, де зразу одержав іменування на сотрудника в Олифанті, в Філядельфійській єпархії, звідкіля незабаром був покликаний на такий самий пост сотрудника при катедральнім храмі Непорочного Зачаття Пресвятої Діви в Філядельфії.

В Америці о. Платон дуже скоро здобув признання і повищення на урядах, бо вже в 1950 р. призначено його Секретарем Митрополичої Консисторії, а в 1952 р. також і Канцлером. На цих становищах о. Канцлер і Секретар зайнявся молоддю єпархії та здобув собі довір'я і прив'язання молоді, головно тієї, що була згуртована в Товаристві «Обнова». Так то ступнево, але безупинно о. Платон вростав у церковне життя, здобував знайомства, поширював свої горизонти, аж поки в 1959 р. Преосв. Кир Константин Богачевський, Філядельфійський Митрополит поручив його на єпископа до Німеччини в Європі, де Апостольський Престіл пошукував Помічника Апостольському Візитаторові, щоб відтяжити душпастирську працю в Західній Європі.

Тому вже 17 квітня 1959 р. було основано Апостольський Екзархат у Німеччині, а о. Канцлера Платона Корниляка того ж дня було займеновано першим Екзархом, з титулом єпископа Кастромартійського в Дакії. Хоч ця справа була рішена ще за Понтифікату Папи Пія XII,

то однак заплянованi Акти виконав Папа Іван XXIII-ій, а дня 7 липня 1959 р. вписконських свячень Номіната довершив Філядельфійський Митрополит, на празник св. Івана Христителя в Філядельфії, із співсвятителями Амвросієм Сенишиним, ЧСВВ, вписконом Стемфордським і Кир Йосифом Шмондюком. На святі проповідував по-українськи Преосв. Максим Германюк, Митрополит Канадський, а по-англійськи вписком Пітсбурзький Кир Степан Коцішко. В свяченнях взяло участь велике число Духовенства митрополії та колишніх товаришів студій чи сотрудників священицької праці.

Літом 1959 р. виїхав Кир Платон до Европи, щоб обняти і організувати свій новий Екзархат Німеччини, поступаючи передше до Риму, щоб скласти чолобитню Папі Іванові XXIII, подяку Східній Конґреґації, прийняти відповідні інформації про свою територію від Апостольського Візитатора, а й відвідати місце свого вишколу — Колегію св. Йосафата.

На початку вересня 1959 р. виїхав новий Владика до Німеччини, до свого Екзархату, щоб прийняти торжественно настоленння і дня 20 вересня, в храмі св. Каєтана, архивписком-вписком Алойзій Йосиф Мюнх, Апостольський Нунцій у Німеччині, в присутності кардинала Йосифа Венделя та Апостольського Візитатора Кир Івана і численного Духовенства і вірних, довершив Акту Інсталяції нового Екзарха, з відповідною подячною піснею, проповіддю, св. Літургією і Словом Кир Платона і Візитатора та відповідним прийомом в Кольпінґгавзі, при Кірхенстрассе, а за кілька тижнів виїхав Екзарх на відвідини своїх вірних та оглянення Екзархату.

Вже в 1960 р. Преосв. Платон був назначений одним з членів Богословської Комісії для підготови Вселенського Собору Ватиканського II, на якому він опісля брав повноправну участь майже через 5 років.

Відвідуючи щорічно своїх вірних Екзархату, беручи участь у діяннях української єрархії, виховуючи свій клир, покликуючи інших священиків з-поза границь Німеччини, Преосв. підготовляв поволі побудову свого престольного храму в Мюнхені, як приписувала йому номінаційна Булля, при допомозі німецької Єрархії; в 1976 р. він довершив його побудови, так, що 20-ліття існування Екзархату він урядив уже у власному храмі.

DOCUMENTUM NOMINATIONIS EP. PLATONIS KORNYLJAK, EXARCHAE

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dilecto Filio Platoni V. Kornyljak, adhuc Cancellario Curiae metropolitanae Philadelphiensis, electo Episcopo titulo Castromartiano eidemque Exarcho nominato pro fidelibus Ruthenis Byzantini ritus in Germania commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem.

Dum homines, fallacibus acti cupiditatibus, populorum pacem bellis conturbant atrocibus, eosque interdum patria faciunt extorres, Ecclesia sancta, communis eorum mater et parens, omni ope atque facultate contendit, ut iniquae eorum condicioni consulens, fides, quam in Deum habent, integra perseveret, propria maiorum instituta incorrupta maneant. Quam ob rem, volentes frequenti coetui eorum providere, qui, e Galaecia atque Carpathia belli causa profugientes, in Germania sedem ac domicilium collocaverunt, hac ipsa die per apostolicas Litteras « Cum ob immane », Exarchiam constituimus eamque huic Sedi Apostolicae subiectam fecimus. Cui cum Praesul sit donandus, Te ad hoc officium apte vocari censuimus, qui officia tua hactenus magna cum laude tuitus es. Quae cum ita sint, de consilio venerabilis fratris Nostri S.R.E. Cardinalis S. Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, de Nostra summa auctoritate Te primum Exarchum nominamus et renuntiamus pro fidelibus Ruthenis seu Ucrainis Byzantini ritus in Germania commorantibus, dato regimine et administratione sive rerum religiosarum sive bonorum temporalium eius Exarchatus, cum iuribus et honoribus, oneribus et obligationibus, huius officii propriis. Item Te Episcopum Ecclesiae titulo Castromartianae, in Dacia Ripensi, certo modo vacantis eligimus, quae est metropoli Ratiariae suffraganea. Cuius nempe dignitatis et iura et onera habebis. Tuo autem commodo servientes, facultatem facimus, ut licite extra Urbem Episcopus consecreris a quolibet sacrorum Praesule, assistentibus duobus aequali decore viris, qui omnes sint vinculo fidei cum hac Apostolica Sede coniuncti. Quem vero sacrorum Antistitem Tui consecrandi gratia delegeris, ei per has Litteras omnem potestatem damus. Quod tamen antequam fiat, volumus ut teste quovis Episcopo eoque modo qui est vobis Orienta-

libus proprius, sive fidei professionem facias iure praescriptam, sive ius iurandum des fidelitatis erga Nos et hanc Romanam Ecclesiam. Quae cum perfeceris, formulas, Tuo subscripto nomine atque sigillo impresso, simulque Episcopi coram quo iuraveris, ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittes. Quod nisi feceris, scias Te atque Praesulem, qui te consecravit, utrumque poenis iure Canonico statutis iri punitum. Quibus tecum communicatis, populum cui praeficeris paterne hortamur, ut Te tamquam curatorem animorum suorum diligant ac digno obsequio prosequantur tuisque iussis modeste pareant. Ceterum, dilecte Fili, vota Deo optimo maximo facimus, ut qui grave onus gravesque labores suscipis, Dei auxilio fretus, tui populi fidem alere ne desinas, immo augere omnimodis studeas.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo.

Pro S.R.E. Cancellario
D. Card. TARDINI, a publicis Ecclesiae negotiis

Hamletus Tondini, Apost. Cancellariae Regens
Bernardus De Felicis, Protonot. Apost.

Caesar Federici, Protonot. Ap.
I. Rodomons Galligani, pro Plumbatore

Expedita die XIV Maii, anno Pontific. I – In Canc. Apost. tab. V, vol. C, n. 36

(Sigillum plumb.: Joannes Papa XXIII)

БУЛЛЯ НОМІНАЦІЇ НА ЄПИСКОПА КАСТРОМАРТІЙСЬКОГО КИР ПЛАТОНА В. КОРНИЛЯКА

Іван Єпископ, Слуга Слуг Божих

Пересилає поздоровлення і Апостольське Благословення для улюбленого сина ПЛАТОНА В. КОРНИЛЯКА, досі Канцлера Митрополичої Філядельфійської Курії, вибраного Єпископа з титулом Кастромартійського, а також Екзарха, заіменованого для Русинів-Українців, вірних Візантійського обряду, що перебувають у Німеччині.

В той час, коли люди, керуючись обманливими жадобами, порушують мир народів жорстокими війнами, й часом роблять їх вигнанцями з батьківщини, свята Церква, спільна їх мати й дателька життя, змагає різними засобами і зусиллями до того, щоб — допомагаючи в їх несприятливих умовинах — зберегти непорушеною віру в Бога, яку вони мають, і щоб залишити незміненими установи, властиві їх предкам.

Тому Ми, бажаючи подбати про усталену спільноту тих, що втікаючи з Галичини і Карпатії через війну, осіли і живуть у Німеччині, встановили Екзархію того самого дня Апостольським Листом «Cum ob immane» і підчинили її цьому Апостольському Престолові.

А тому, що в тій Екзархії треба надати провідника, Ми уважали за відповідне покликати до цього уряду Тебе, який до цього часу сповняв свої уряди з великою похвалою.

Тим то Ми, за порадою Нашого Преподобного Брата Кардинала Святої Римської Церкви і Секретаря Священної Конґреґації для Східньої Церкви, нашою найвищою властю іменуємо і проголошуємо Тебе першим Екзархом для вірних Русинів або Українців Візантійського обряду, що живуть у Німеччині, даючи Тобі управління й адміністрацію як релігійних справ, так і дочасних дібр тієї Екзархії, з правами і почестями, тягарами й обов'язками, властивими для цього уряду.

Також іменуємо Тебе Єпископом з титулом Кастромартійської Церкви, в Ріпенській Дакії, в цей час опорожненої, яка є суфраґанією митрополітальної Церкви Ратіярії. А саме будеш мати права і обов'язки тієї гідности.

А для Твоєї вигоди даємо тобі змогу, згідно з законом, щоб тебе поза Римом висвятив на Єпископа котрийнебудь Архипастир, в асисті двох мужів з такою самою гідністю, які всі є з'єднані зв'язком віри з цим Апостольським Престолом. А тому Архиєрєєві, що Ти вибереш для своєї консекрації, даємо цим Листом усю потрібну власть. Одначе, поки це станеться, Ми бажаємо, щоб Ти склав визнання віри, приписане законом, як також склав присягу вірности Нам і цій Римській Церкві — в присутності котрогонебудь Єпископа як свідка, і в такий спосіб, який є властивий для Вас Східніх. Коли Ти це виконаєш, швидко пішлеш формули — після підписання Твого імені й витиснення печатки, також і Єпископа, перед яким Ти склав присягу — до Свящ. Конґреґації для Східньої Церкви. Якщо б Ти цього не вчинив, знай, що Тебе і Архиєрея, який Тебе висвятить, — обох покарають карами, встановленими канонічним правом.

Повідомивши Тебе про це, Ми по-батьківськи поучаємо повірених Тобі людей, щоб вони любили Тебе, як опікуна їх душ, проявляли гідну пошану й покірно слухали Твоїх доручень.

Вкінці, улюблений Сину, Ми молимо Всемогутнього Бога, щоб Ти, що піднімаєшся тяжкого обов'язку і тяжких праць, зміцнений Божою поміччю, не переставав піддержувати віру Твого народу, а що більше — старався збільшити її різними способами.

Дано в Римі, у св. Петра, сімнадцятого дня місяця квітня, Року Божого тисяча дев'ятсот п'ятдесять дев'ятого, першого року Нашого Понтифікату.

За Канцлера св. Римської Церкви: Кард. Д. Тардіні

Для публічних справ Церкви: Вернард Де Фелічіс, Апост.Протонотар
Цезар Федерічі, Ап. Протонотар
Гамлет Тондіні, Реґенс Ап. Канцелярії
(печать)

І. Родомонс Ґалліґані, зам. Плюмбатора

Вислано дня 14 травня, в 1. році Понтифікату

В Апост. Канцелярії, tab. vol. C.N. 36.

(« *Христ. Голос* », ч. 32, стор. 3, дня 9 серпня 1959)

ERECTIO EXARCHATUS APOSTOLICI PRO UCRAINIS IN GERMANIA

Ex originali.
In Canc. Ap. tab., vol. C,nr. 35.

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ob immane bellum, quod novissimum per totam fere Europam pervasit, frequentissimi populi agmen Byzantini ritus, relicta patria, e Gallaecia atque Carpathia profugissent, neque iis, bello composito, datum esset in suam terram redire domumque petere, Apostolica haec Sedes non modo hos filios, quos semper carissimos habuit, omnimodis iuvit, sed etiam Apostolicum Visitatorem misit, Petrum videlicet Werhun, eos suo nomine curaturum. Qui ob integram atque incontaminatam fidem erga Romanam Ecclesiam est exsilio multatus in Siberiaeque regione, fractus laboribus, obiit. Quibus Christi fidelibus, sedem ac domicilium in Germania habentibus, aptiore cupiens providere ratione, Pius XII, Decessor Noster, post auditam sententiam Apostolici Nuntii in Germania atque consilium Venerabilis Fratris nostri S.R.E. Cardinalis S. Congregationis pro Ecclesia Orientali a Secretis, censuit magno cum eorum fidelium commodo fieri, si alendae fidei et rituum integritati servandae, simulque necessitudini cum hac Apostolica Sede augendae, Exarchia in ea Natione conderetur. Cum autem idem summus Pontifex pia morte obiisset, nullis datis de ea re apostolicis Litteris, Nos, ne eius decreta in irritum cadant, quae ipse statuit ad exitum adducentes, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. In Natione Germanica Exarchiam constituimus pro fidelibus Ruthenis Byzantini ritus ibidem commorantibus, cuius sedes in urbe Monachio erit, ubi plures eiusmodi ritus cives degunt; in qua civitate Exarchus domicilium suum collocabit, cathedra sui magisterii in templo ibidem struendo posita. Nova circumscriptio Apostolicae Sedi directo subicietur, omniaque iura, honores, privilegia, quae talibus Ecclesiis cedunt, et huic damus; sacrorum vero Antistiti etiam onera iusta imponimus ad normam sacrorum canonum. Ceterum, in hac rerum ordinatione probati usus ac legitimae Orientalis Ecclesiae consuetudines omnino serventur. Quo ad iuvenes educandos attinet, qui sacerdotio initiari cupiant, ii Romam mittantur; ad Consultores exarchales autem quod respicit, eo

modo eligi statuimus, quem legitima fert consuetudo. Mensam exarchalem, quam dicunt, sive populi collationes efficient sive reditus bonorum Exarchatus. Volumus postremo, ut haec Nostra decreta exsequenda curet Venerabilis Frater Aloisius Josephus Muench, Archiepiscopus-Episcopus Fargensis, idemque in Germania Apostolicus Nuntius, sive per se ipse, sive per alium, dummodo Virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Idem vero peracti negotii documenta exarabit, quorum exempla sincere scripta ad S. Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet. Quod si eo tempore alius eidem Nuntiaturae praesit, hic iussa Nostra faciet. Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabbellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non facerint.

Datum Roma, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo nono, Pontificatus Nostri primo. – H.T. –

✠Eugenius Card. Tisserant, a Secretis S.C.
pro Ecclesia Orientali.

Pro S.R.E. Cancellario:
D. Card. Tardini, a publicis Ecclesiae negotiis.

Hamletus Tondini, Apost. Cancel. Regens.
Bernardus De Felicis, Prot. Apost.
Caesar Federici, Prot. Apost.

Expedita die XIV Maii, anno Pontif. I.
P. Rodomons Galligani, pro Plumbatore.

In Canc. Ap. tab., vol. C, nr. 35.

(Sigillum plumbeum pendens)

БУЛЛЯ ЕРЕКЦІЇ АПОСТОЛЬСЬКОГО ЕКЗАРХАТУ В НІМЕЧЧИНІ (1959)

(« *Христ. Голос* », Мюнхен, 27 вересня 1959, ч. 39, ст. 2)

Іван Єпископ, Слуга Слуг Божих

На повсякчасну пам'ять

В наслідок страшної війни, що в останніх часах шаліла майже в цілій Европі, цілі ряди того дуже численного українського народу візантійського обряду опустили свою батьківщину як збігці з Галичини і Закарпаття й не мали змоги по закінченні війни повернутися на свої рідні землі, до своїх домів. Апостольський Престол не тільки, що всіма засобами спомагав тих завжди наймиліших своїх синів, але ще й післав для них окремого Апостольського Візитатора Отця Петра Вергуна, щоби опікувався ними іменем Апостольського Престолу. Тойже Апостольський Візитатор за свою непохитну й несплямлену вірність супроти Католицької Церкви був присуджений на заслання на далеку Сибір і там, зломаний каторгою, помер. Бажаючи забезпечити кращим способом отих вірних християн, що поселилися в Німеччині, Папа Пій XII, Наш Попередник, по вислуханні думки Апостольського Нунція в Німеччині і по вислуханні ради Преподобного Брата Нашого Кардинала Святої Римської Церкви, Секретаря для Священної Конґреґації для Східньої Церкви, вважав, що велика користь для тих вірних буде, якщо в цій державі створиться окремий Екзархат для плекання віри і для збереження ненарушеного обряду, а також для скріплення зв'язку з цим Апостольським Престолом. А що тойже Папа побожно помер і не дав в цій справі ніякого Апостольського Письма, то щоби його встановленого рішення не занехати, Ми виконуючи ту його постанову вирішуємо і повеліваємо те, що слідує:

У німецькій державі творимо Екзархат для вірних Українців Візантійського обряду, що там живуть, а його осідок буде місто Мюнхен, де перебуває багато вірних того обряду і в тому місті Екзарх примістить своє місце замешкання при престольному храмі, що там мається збудувати для навчання своїх вірних. Цей новий твір — Екзархат буде підчинений просто й безпосередньо Апостольському Престолові і тому Екзархатові надаємо всі права, почесті й привілеї, що належаться того рода церковним установам. А на Архипастиря цього Екзархату накладаємо слушні завдання згідно з священними законами. Зрештою для

впорядкування тих справ мають бути безумовно заховані прийняті і законні звичаї Східньої Церкви. Що торкається виховання юнаків, що бажали б започаткувати підготову до священства, то їх нехай висилається до Риму. А відносно до Екзархальних радників, то постановляємо, щоби вони були вибирані в спосіб прийнятий законним звичаєм. Так звану екзархальну трапезу творитимуть чи то грошеві пожертви вірних, чи доходи з екзархальних дібр.

Вкінці жадаємо, щоби ті наші рішення старався перевести в діло Преподобний Брат Алойзій Йосиф Мюнх, Архиєпископ-єпископ Фаргонський, теперішній Апостольський Нунцій в Німеччині, чи то сам особисто чи через кого другого, а всеж визначного Церковного Достойника. А про завершення справи приготовить Апостольський Нунцій документи і їх щоскорше перешле в достовірних примірниках до Священної Конґреґації для Східньої Церкви. Якщо вмежичасі хто інший очолював би ту Апостольську Нунціятуру, то він виконає Наше доручення. Повеліваємо щоби оце Апостольське Письмо було правосильне і тепер і на майбутнє і то так, щоби те все, що тут вирішено, було благочесно заховуване збоку тих, що до них відноситься і мало свою силу. Правосильності того Апостольського Письма не зможуть стояти на перешкоді ніякі противні приписи, бо оцим письмом позбавляємо ті приписи такої сили. Отже якщо хтонебудь, хоч і яку мав би власть, свідомо чи несвідомо діяв би проти того, що Ми вирішили, то його дію повеліваємо вважати за неважну і позбавлену всякого глузду. Позатим з цього документу Нашого рішення нікому не вільно ані щонебудь обривати ані фальшувати. Щобільше, якщо хто показав би відписи цього письма в цілості чи уривками, чи то видруковані або рукою писані і підтверджені печаткою Церковного Достойника, а заразом за підписом якого нотаря, то вони не будуть мати такої достовірности, що її має оце письмо-грамота.

Якщо хто ті всі наші вирішення взагалі зневажив би або в якийнебудь спосіб обезцінював би, то нехай знає, що на нього спадуть канонічні кари, постановлені церковним правом для тих, що не виконують повеління Вселенських Архиєреїв.

Дано в Римі, при Храмі Святого Петра, дня 17 місяця квітня року Божого тисяча дев'ятсот п'ятдесят дев'ятого, а в першім році нашого Вселенського Архиєрейства.

За Канцлера Святої Римської Церкви: Домінік Кардинал Тардіні

Гамлет Тондіні – Завідуючий Апостольською Канцелярією

Євген Кардинал Тіссеран – Секретар Священної Конґреґації для Східньої Церкви

Вернард Де Фелічіс – Апостольський Протонотар

Цезар Федерічі – Апостольський Протонотар

INTRODUCTIO

Volumen V-um *Litterarum Episcoporum historiam Ucrainae illustrantium* (*1711-1740*) sex lustra documentorum saec. XVIII comprehendit et tempora Synodi Zamostianae illustrat. Tempora haec regimen Metropolitarum Kioviensium Catholicorum Leonis Kiszka et Athanasii Szeptyckyj (1714-1746) spectant; nec non quorundam Episcoporum Galiciae et Transcarpatiae: Cholmensem, Leopoliensem, Luceoriensem, Mukačoviensem, Pinscensem, Polocensem, Praemisliensem, Vladimiriensem etc. negotia proponunt.

Utique Epistolae Metropolitarum Leonis Kiszka et Athanasii Szeptyckyj, qui simul erant Episcopi Volodimiriensis et Leopoliensis, et fere unum volumen documentorum metropolitanorum explent, quae spectant argumenta eparchialia, haec hic memoriae tradere iuvat.

Item sat copiosa in hoc volumine dantur documenta Episcopi titularis Bodonensis, Polycarpi Filipowicz, qui per longos annos de Sede sibi proposita Mukačoviensi luctare debuit et ad varias Sedes proponebatur, tandem in Archimandria Leszczensi vitam suam finivit post annum 1730. Hic in Synodo Zamostiana partem sat eminentem habuit et postea saepe a Metropolitis Kioviensibus ad varia negotia adhibebatur.

Etiam Barlaam Szeptyckyj, Episcopus Leopoliensis et Archimandrita Unioviensis sat conspicuas partes in reformatione status monachalis Basilianorum iam anno 1711-1712 habuit.

In hoc volumine posuimus, exempli gratia, quosdam extractus ex voluminibus a Leone Kiszka conscriptis tempore sui Protoarchimandritatus (1703-1713), ut eius modum scribendi « Diaria » illustremus.

Item sat plura documenta habentur ex tempore post Synodum Zamostianam, dum eius editio et confirmatio a Sede Apostolica parabatur, et praesertim quaestio taxarum Cancellariae tractabatur.

Anno 1727, item ex dispositione Synodi Zamostianae, revisio librorum liturgicorum a nominato Bodonensi et Archimandrita Leszczynensi, P. Filipowicz sub directione Episcopi Leopoliensis Athanasii Szeptyckyj peracta fuit Leopoli, in fundamento librorum Confraternitatis Stauropigianae.

Annis 1733-35, ob bellum successionis cum Moscovia (post mortem Regis Augusti II) relationes cum Sede Apostolica diminutae fuerunt et tantummodo annis 1739-1740 hae relationes iterum reviviscunt.

LITTERAE EPISCOPORUM HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES

Vol. V: 1711-1740

LITTERAE EPISCOPORUM HISTORIAM UCRAINAE ILLUSTRANTES 1711-1740

1.

Varsavia, 28. II. 1711.

Polycarpus Filipowicz gratias agit Praefecto de Prop. Fide de collato sibi munere Vicarii Apostolici Mukačoviensis cum titulo episcopali, explicando retardationem in exequendo hoc munere ob luem grassantem, promittit executionem, lamentatur defectum sumptus, petit subsidium et adiutorium.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 577, fol. 37-38.

Emin.me et R.ndme Domine, Domine et Patrone Clementissime.[1]

Anno abhinc retro accepi gratiosissima manu Eminentiae Vestrae intimatam mihi intentionem Sacrae Congregationis, Dominorum meorum Clementissimorum, qua me optabat, posthabitis tot aliis, longe et omni ex parte mihi praeferendis, addicere obsequiis suis in Ministerio Vicariatus Apostolici in partibus Hungariae,[2] cum titulo Episcopi; nunc autem eandem ad effectum benignissime deductam recipio, ab Ill.mo D. Nuntio Regni nostri, quem studio ex mandato meorum Superiorum hic adivi ad hunc effectum. Dum igitur profundissimas iterum hic repeto gratias, tum Eminentiae Vestrae, tum reliquis Dominis meis Clementissimis, pro hac tam sublimi gratia, et omni maiori respectu, quo me vilissimum et indignissimum suscipere dignati sunt, in hac sua electione, quod unice nunc mihi a Deo ter optimo, maximo voveo, et studere omni solicitudine abhinc adnitar, idest ut desideria sacra et expectationes Sacrae Congregationis quam exactissime per me adimpleantur. Ne vero quid culpae mihi imputetur ab eadem Sacra Congregatione, occasione tarditatis meae in recipiendis mandatis illius, et in aggrediendo iniuncto (f. 37v) mihi munere operae pretium duxi, deferendam esse rationem illius

---

[1] Ut videtur, Praefecto S. Congr.nis de Prop. Fide, Josepho Sacripante (1704-1727).

[2] Agitur de nominatione in Vicarium Apostolicum Mukačoviensem et Episcopum tit. Bodonensem; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. II, pp. 18-19, nnr. 635-636; pp. 25-26, nr. 642. Sedem hanc Filipowicz nunquam obtinuit, ob resistentiam Aulae Imperialis Vindobonensis.

Eminentiae Vestrae, quod nimirum ob praeclusam omnem viam correspondentiae, per pestiferam luem in his oris nostris latissime grassantem, neque potui ullam accipere notitiam, de emanata iam ex urbe expeditione, neque ad illam requirendam, ob praetactam similiter causam, impeditis omnibus passibus praedicto malo, ullum passum facere potui. Nunc vero certiorem esse volo Eminentiam Vestram, Dominum meum Clementissimum, ex parte mea nihil omnino defuturum studii, in ordine ad maturandam executionem iniuncti mihi muneris. Unicum metuo solum, ne longioris alicuius morae causam mihi ingerat defectus sumptus, non solum pro necessariis huic statui et gradui (licet intra orbitam paupertatis, cum debito tamen decore assumendo) tum pro conficiendis tot itineribus, constantibus ducentis et amplius leucis; nec solitarie per me tantum; sed stipatum pluribus aliis personis familiae, et Religiosorum, quos mihi in auxilium adsciscere omnino debebo; quae omnia indigent notabiliori impensa, mihi autem uti paupertatis religiosae sequaci, illam faciendi, omnis prorsus (f. 38) deest possibilitas. Proinde nisi a Sacra Congregatione benigne et mature mihi suppeditata fuerit, et ad manus A. R.P. Praefecti Collegij Leopoliensis[3] transmissa quantumcunque contra mihi vellem, haerere tamen in solis votis obsequendi Sacrae Congregationis cogar mandatis. Nec enim spem ullam habeo, ut vel dono liberali, vel mutuo a quopiam hanc impensam obtinere possim; stante vel maxime moderno in Regno hoc nostro calamitosissimo et afflictissimo statu, penuria summa omnium laborante. Minime itaque ambigendo de benignitate Eminentiae Vestrae, et totius Sacrae Congregationis, quod huic difficultati prospicere opportune dignabuntur, qui semel sua suprema providentia regendum me assumpserunt, Eminentiae Vestrae Sacram Purpuram demisissime et devotissime exosculor, uti

Emin.mae et R.ndmae D.nis Vestrae, Domini mei Clementissimi humillimus et oblig.mus Servus

Polycarpus Filipowicz, O.D.B.M.

Varsaviae, die 28 Febr. 1711.

2.

Moscovia, 6. III. 1711.

Ampla expositio episcopi Luceoriensis Dionysii Zabokryckyj Cancellario Lithuaniae Radziwill de sua incarceratione a moscovitis et de eius vera causa, cum petitione de sua eliberatione.

S.V. Kurhanovyč, *Dionisij Zabokryckij, ep. Luckij i Ostrožskyj*, Kiev 1914, pp. 351-355, nr. 35.

---

[3] P. Stephanus Trombetti, Rector Pont. Collegii Leopoliensis Armenorum et Ruthenorum (1706-1723), qui etiam rebus Armenorum et Ruthenorum occupabatur.

Z stolicy Moskiewskiey, diè 6 martij w. s. 1711.

Jasnie oswiecone miłosciwe książe mnie wielce miłosciwy panie protektorze y nayosobliwszy dobrodzieiu.[4]

Gorzkiemi pisałem łzami przez I° m.ci Brodeckiego, sługę I° m.ci xiędza biskupa Kuiawskiego,[5] proxime praeterito anno in novembre do w. x. miłosciwego pana, ze miałem naiwiększą nadzieię eliberationis meae, w przyiezdzie tu na Moskwę jasnie wielmoznego I° m.ci pana posła naszego Polskiego wielkiego, ktory plenariam habendo od Rzeczypospolitey potestatem specifice o liberacyey lichey moiey persony upominał się serio przy instrukciey sobie daney. Ale to wszystko non successit, bo car[6] I° mość postpositis praemissis denegavit de mea persona onego expostulationem, a ni tez pomogły co niskie y pokorne iey m.ci paniey posłowey ukłony, a ni zacne prozby ich m.ciow panow ablegatow externorum principum miały mieysce; wszystkim tym zgardziwszy, mnie ieszcze w mocnieyszym trzymać kazano więzieniu, y Bog wie co daley będzie, poniewaz taka zawziętość powstała na mnie, iezeli nie w dalszą a cięższą poszłą karceracią, albo tez lanienis excruciare pro sacra unione Romanae fidei kazą, czego codziennie napoły umarły spodziewam się, iak prętko I° mo.ść pan poseł ruszy się z Moskwy, bo to tylko echo do Moskwy przybycia I° m.ći pana posła mnie a publica excruciatione dotąd konserwowała. Teraz zaś po odiezdzie I° m.sci infallibiliter trzeba się spodziewać tego. Obiekciy zadnych ynszych ynkryminacij personae meae nie zarzucaią, szczegulnie tylko ieden list moy ktory in anno 1706 po zrabowaniu mie ze wszytkiey substancij podiazd szwedzki, do Stanisława Leszczynskiego solem na ten czas u nas na Wołyniu orientem, z inszemi wespoł tamecznemi obywatelami, praevidendo ruinae dobr y moich własnych ziemskich y katedralnych, ne subsequar przez woyska szwedzkie, onego venerando, y oraz prosząc o interpozycią do krola i.mci szwedzkiego, zeby mi eandem depraedatam na 100 tysięcy tynfow substantiam przywrocić rozkazał był. Przyz-

---

Cfr. Dm. Blażejowskyj, *Ukrainian and Armenian Pontifical Seminaries of Lviv (1665-1784)*, Rome 1975, pag. 254; et Litterae Episcoporum in hoc volumine de eius morte, nnr. 87-90.

[4] Littera haec scripta ex Mosqua a Dionysio Zabokryckyj, Episcopo Luceoriensi (1702-1715), deportato in odium Unionis a Czaro Petro I (1682-1725) in insulam Solovki, ubi et obiit, non obstantibus interventibus variorum regum et principum. Hic agitur de principe Carolo Radziwill, Magno Cancellario Lithuaniae (1698-1719), cui enarrat difficultates suae liberationis et exponit causas odii Petri I.

[5] Episcopus Vladislaviensis, Felicianus C. Szaniawski (1705-1720), dein Cracoviensis (1720-1732).

[6] Petrus I, czar Moscoviae (1682-1725), qui in Luceoria ep. Dionysium Zabokryckyj captivavit, Basilianos Polocenses anno 1705 exterminavit et alia quam plurima in damnum Unionis fecit, non obstante interventu Clementis XI (1700-1721).

nawam, ze w tymze liscie, chcąc się przypochlebić tak krolowi szwedzkiemu iako tez y Łeszczynskiemu napisałem był, niby in favorem ich et in impedimentum przeprawy woysku cara I° m.ci od Grodna na ten czas przez Wołyn ku Kiiowu powracaiącemu, na rzece Styrze most będący umyslnie miałem kazac zrzucic, ale ze to in re ipsa nie było, zabieram się ad testimonium całego woiewodztwa Wołynskiego, bo ten most primo vere, kiedy ieszcze o woyskach Moskiewskich, zeby miały nazad przez Wołyn od Grodna powracac, a ni słychać było na Wołyniu, az dopiero ante festum ascensionis D.ni na Wołyniu pokazały się; ale ad instantiam woiewodztwa et maxime sąsiadow okolicznych, około tego mieysca, na ktorym most był, possessiones suas maiących, e niemniey y dla konserwacyey wiosek swoych katedralnych, tak ze ex utraque ripa fluvij, poblizu leżących obviando temu zeby woysk swoych ich mość panowie Lubomirscy obozami, iako już byli czynić to zwykli, nieustanowili, y szkod czatami przez ten most przechodzącemi, mnie y sąsiadom nie czynili, zebrać y zrzucić wczesnie przykazałem był, ktory to iest moy, sua su bezboznego synowca mego protunc napisawszy, do rąk iegoz odesłałem był; on zaś cały rok przy sobie trzymaiąc go, a przede mną powiadaiąc, yz go oddał, rozgniewany o to na mnie, yz mu pewney nierządney białogłowy in opprobrium ubogiego domu mego, poiąc nie dopuściłem, tenze list moy, ex malevolencia sua, iudaszowskim sercem y postempkiem, prodidit, y mnie w teraznieyszą nieszczęsliwość tak wielką wprawił. Ale to list ten solus est color et praetextus urazy; summa autem ratio malignitatis et odij contra me praeconcepti, innata ich malevolentia przeciwko wszytkim osobom ritus graeci, in unione cum sancta Romana ecclesia zostaiącym, a osobliwie naybarziey przeciwko mnie niegodnemu pasterzowi, ze y sam ad gremium eiusdem sanctae matris ecclesiae accesi et diaeceses meas mecum traxi; co iako częstokroc mi in privatis colloquijs a primatibus, cum summis execrationibus hic exprobabat, tak o to samo, gdyby mozna naymnieyszą zyłę ze mnie zywego radzi by tyransko in millena frusta prali, y naynieznosnieysze zadawali męki. *Deklaracya* zaś od cara I° m.ci na domagania się o eliberacyey moiey I° m.ci panu posłowi y na ynstancyą usilną wyzey pomienionych godnych osob, taka: ze iak się personaliter car I° mość z krolem I° m.cią Augustem, panem moym miłosciwym, na iakim mieyscu obaczy, o tym conferet cum eius maiestate, iezeli mam ex carcere praesenti liberari albo li tez post felices successus kilku batalij przyszłych z Turczynem; ne interea dimissus traham animos popularitatis in partes adversariorum persuasionibus et motivis meis quasi hoc a me timendo; ale y te obedwie deklaracye sunt tantum elusoriae in pertractionem temporis, zeby mię interea, modis praemissis zamorzyli. Co w. x. memu miłosciwemu dobrodzieiowi raczył zwykłey swoiey poboznośći y politowania nad utrapionemi, do I. K. M. P. moiego miłosciwego wniesć intercessią pilnie iako nayusilnieyszą, a zeby K. I. M. pan moy miłosciwy ex

clementissima sua gratia umyslnie instrare przez pocztę quam urgentissime chciał do cara I° m.ci o uwolnieniu moym, pierwey nizli się gdzie na iakim mieyscu personaliter maią z sobą widzieć; potym zas in futuro monarcharum z sobą congressu, tym barziey miłosciwy dobrodzieiu y sam powage swoię o toz do obydwuch monarchow interponere chciey y inszym ich m.ciom panom proceribus nostris, ad idem mihi beneficium et manum porrigendam tonącemu bądz powodem. Bo jezeli I. K. M. pan moy miłosciwy singularem do cara I° m.ci regiam suam non interponet curam, to pewnie miserrimam meam in carcere et crucialibus finiam vitam; poniewaz, zadney sufficientiey naymnieyszey ad victum et amictum z czeladką przymnie będącą nie mam z kazny cara I° m.ci, szczegulnie tylko ex sola eleemosina sustentor et vestior, o ktorą tu trudno, bo cały narod nie iest miłosciwy. O co płaczliwie y pokornie w. x. dobrodzieiowi memu humillime supplico, zazyj zwykłey dobroczynnosci y protekcyey swoiey nade mną; educ animam meam e carceribus domine, ut confiteat et depraedicet nomen tuum coram gentibus chcey wnieść seriam powagi swoiey ad utrosque monarchas interpositionem. Za co wszystko quidquid mihi w. x. mość praestiterit suae gratiae et ex hoc carcere et afflictione liberabit, ja ad consumationem vitae meae za zdrowie długoletnie, y szczęsliwe powodzenie naywyszszy maiestat Bozki w niegodnych modłach moych ustawicznie błagać będę, y teraz płaczliwie profitendo, ze iestem waszey xiązęcey m.ści miłosciwego mego pana w Bogu protectora y dobrodzieia osobliwego ustawicznym niegodnym przed Bogiem adoratorem y naynizszym sługą

grzesznik Dionyzy Żabokrzycki, episkop Łucki y Ostrogski R. E.

Jasnie oswieconey xięznię Im paniey moiey y dobrodzieyce miłościwey et illustrissimis solatiis unizoną do stop panskich składam veneratią.

P. S. Zmiluj się miłosciwy dobrodzieju wybacz ze w utrapieniu moim z paragraphem list piszę za słaboscią zdrowia mego y sczupłością czasu nie mogąc przepisać inaczey; a przyłoz miłosciwego starania monstrando te esse patrem et educ animam e carceribus.

Съ лѣвой стороны второго листа написано: afflicto animo, cum perfusione lacrymarum wyraziwszy, do ustawiczney zdawna dobrocznnosci y protekcyey pokornie uciekam się, tey ządaiąc łaski, zebyś miłosciwy dobrodzieiu...

На оборотѣ второго листа инымъ почеркомъ сдѣлана надпись:

Jasnie oswieconemu xiązęciu iego m.ci Radziwiłowi kanclerzowi wielkiego xięstwa Litewskiego, mnie wielce miłosciwemu panu, po Panu Bogu naypierwszemu protektorowi y nayosobliwszemu dobrodzieiowi moiemu pilno pilno nalezy oddac.

Автографъ Жабокрицкаго на двухъ листахъ.

Арх. кн. Чарторійскихъ въ Краковѣ. Рукопись № 500, л 107.

3.

EXCERPTUM EX « ACTIS KISCIANIS »
(*14.III.-30.IV.1711*)

« Acta Kisciana » sunt sui generis « Diaria » seu « Regesta », in quibus Leo Kiszka, protoarchimandrita, episcopus et metropolita, negotia Basiliana, ecclesiastica, civilia et oeconomica quotidie minutissime inscripserit, cum variis documentis. Tria solum volumina huius fontis praetiosissimi in Bibliotheca Nationali Vindobonensi asservantur: vol. I (1702-3), fol. 98; vol. V (1710-11), fol. 326; vol. XI (1723-25), fol. 331 (Signatura: S.N. 3844-5-6). Extractum ex volumine V-to in notitiam cultorum antiquitatis perferendum existimavimus. Scriptura Leonis Kiszka est valde difficilis lecturae, ut ex illustratione constat. (pag. 57)

WIEN, ÖSTERREICHISCHE NATIONALBIBLIOTHEK, Cod. Ser. n. 3845: *Acta Kisciana* fol. 276v-319.[7]

14-to. Die decima quarta mensis Martii, haec sunt acta in Uroż:[8] *1-mo.* Benedicitur in abbatem Milcensem a Metropolitano Innocentius Piehowicz, Auditor Metropolitani.[9] *2-do.* Pergit Protoarchimandrita simul cum Metropolitano Samboriam, Vesperas celebrant et ea quae ad hunc effectum requiruntur, peragit. *3-tio.* Reduci Metropolitano ad Residentiam (ea enim erat apud Bernardinos) fit importunus Josephus Lewicki,[10] Superior Chelmensis, ut eum omnino consecret in Episcopum Chelmensem, sed repudiatur, eo quod inscia Religione exportaverit privilegium.

15-to. Die decima quinta mensis Martii haec sunt acta in oppido Sambor dicto: *1-mo.* Formavit Metropolitanus processum circa vitam, doctrinam et mores Protoarchimandritae, attestantibus de his omnibus Sylvestro Terawski, Superiore Niskinicensi, Melchiore Lossowicz, Theologo Metropoli-

---

[7] De « Acta Kisciana » in hac Bibliotheca cfr. recensionem M. WAWRYK, OSBM, in « *Analecta OSBM* », vol. VII (1971), pp. 350-351. – Leo Kiszka, stante suo Protoarchimandritatu, septem tomos Actorum exaravit, ut notum facit Heraclius Lisanskyj (15.X. 1730): « Notum facio praesenti mea scriptura, quod anni 1730, die 14 Octobris, ex derelictis rebus Supraslii post p.d. Ill.mum Lebiecki receperim tomos Septem manu Ill.mi Kiszka, stante suo Protoarchimandritatu, exaratos; tomos duos visitationum Ill.mi Lebiecki, tomum unum Capitulorum... » (APF, *Scritt. rif. n. Congressi*: MPR, vol. 5, fol. 384).

[8] Oppidum Uroż positum erat in partibus montium Karpaty, et ut plurimum constabat bonis eparchiae Peremysliensis, simul cum residentia episcoporum.

[9] P. Innocentius Piehowicz, Archimandrita Mielecensis ab an. 1711; depositus a metr. Athanasio Szeptyckyj (an. 1730).

[10] Josephus Lewyckyj, OSBM, Superior Chelmensis et dein promotus Episcopus Chelmensis (1711-1730).

tani et Polycarpo Mihuniewicz, Secretario Protoarchimandritae. *2-do.* Juravit Protoarchimandrita fidelitatem et subiectionem in novo Episcopatu, tum Divo Petro, tum Vicario eius Clementi, Pontifici Romano, tum Georgio Winnicki, Metropolitano, eorumque Successoribus. *3-tio. Consecratus est Protoarchimandrita in Episcopum Vladimiriensem et Brestensem a Georgio Winnicki,* Metropolitano, assistentibus Benedicto Godebski, Dorohobuzensi, et Innocentio Piehowicz, Milcensi, Archimandritis, et reliquum tempus epulis ac spirituali conversationi datum.

16-to. Die decima sexta mensis Martii, haec sunt acta a Protoarchimandrita in oppido Sambor: *1-mo.* Primitias absolvit Protoarchimandrita, veluti neoconsecratus Episcopus. *2-do.* Convivio et colloquiis spiritualibus datum est tempus. *3-tio.* Expetiit Metropolitanus, ut consecret Protoarchimandrita Chrisma etiam pro Metropolia et Episcopatibus Luceoriensi et Chelmensi; quomodonam debeat confeci materia ad Chrisma, haec data est, quae hic inscribitur informatio.

Informatia do gotowania Materyey pro Chrismate... (omisimus – AOSBM).

17-mo. Die decima septima mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita in oppido Sambor: *1-mo.* De Josepho Lewicki initum est tale consilium, ut sit Episcopus Chelmensis et consecretur Zamoscii in festo Pentecostes, his tamen conditionibus, ut si in Consultorio petat facultatem, deprecetur, et aliquam poenitentiam subeat, hybernae datae militibus, pro Zydyczynensi monasterio mille sexcentos florenos exsolvat, pro Privilegio centum aureos det, Campiducem Regni Rzewuski, Referendarium Potocki et Constantinum Szaniawski, Episcopum Vladislaviensem, coram quibus traduxit Metropolitanum deprecetur; ut de mobilibus derelictis post obitum Gedeonis Oranski, Episcopi Chelmensis,[11] calculum faciat, et ut sua industria apud Magnates conquirat mille florenos in subsidium Dyonisio Zabokrzycki, Episcopo Luceoriensi, in captivitate Moschica existenti. *2-do.* Statuit Metropolitanus cum Protoarchimandrita, ut Archimandrita Cobrinensis Ohurcewicz Januarius, Archimandrita Grodnensis, Benedictus Godebski,[12] Archimandrita vero Dorohobuzensis Sylvester Terawski, creentur. *3-tio.* Circa futuram Congregationem ubinam esse debeat et quando, rejicitur conferendum ad Consultorium. *4-to.* Circa direpta mobilia post obitum Leonis Zalenski, Metropolitani,[13] a

[11] Episcopus Chelmensis Gedeon Wojna-Oranskyj (1693-1709).

[12] Archimandrita Grodnensis Benedictus Godebski (1709-1713), dein vero Archimandrita Kobrynensis (1713-1718), ubi et obiit.

[13] Obiit Leo Zalenskyj die 21 Iulii 1708. Fuit Metropolitanus Kioviensis annis 1695-1708.

nobilibus Zalensciis, statuitur, ut Protoarchimandrita, iam ea quae illi data accipiat ob maiorem pacem. *5-to.* Luceoriensis Dioecesis recommendatur Protoarchimandritae a Metropolitano, eidemque committitur consecrandi Chrisma pro Metropolia et Episcopatibus Chelmensi et Luceoriensi. *6-to.* Polycarpus Filipowicz, Superior Bithenensis, ut superveniat pro consecratione sui, pro Archiepiscopatu Munkaczoviensi, expetiit Metropolitanus. *7-mo.* Expetens Metropolitanus, ut Torocanie ei tradantur, rejicitur ad proxime subsequens Consultorium pro decisione et ultimata declaratione. Interea inscribitur (fol. 278) hic Juramentum a Protoarchimandrita factum.

Juramentum factum a Protoarchimandrita cum consecretur in Episcopum Vladimiriensem (identicum aliis juramentis, cfr. ex. gr. WELYKYJ A., *Epistolae Metropolitarum*, vol. V, p. 3).

18-mo. Die decima octava mensis Martii haec sunt acta in oppido Uroż: *1-mo.* Dedit assecurationem Protoarchimandrita Metropolitano, ut si turbetur pro Privilegio in Episcopatu Vladimiriae extradito in personam Episcopi Luceoriensis Dionysii Zabokrzycki, evincat eum in omni Foro. *2-do.* Juravit Metropolita in manibus Protoarchimandritae obedientiam Summo Pontifici et emisit juramentum fidei servandae, solitum emitti a Graecis. *3-tio.* Expetens Metropolita consilium, quid facere debeat cum Seminario Premysliensi, quod vult Congregatio de Propaganda Fide ad Collegium Leopoliense Armenorum incorporare Theatinis, accipit tale consilium, ut scribat ad Congregationem Sacram, quod non possit hoc Seminarium transferre Leopolim, ad alienam Dioecesim, eo quod velit ut alumni assistant Cathedrae Premysliensi, et praeterea studeant linguae Ruthenicae, quae omnia apud Theatinos haberi non possunt. *4-to.* Ut Protoarchimandrita consecret olea sacra tum pro Metropolia, tum pro Dioecesibus Chelmensi, et Luceoriensi, compellatur a Metropolitano, quin etiam datur Protoarchimandritae facultas, ut consecret presbyteros Dioecesis Luceoriensis et Chelmensis. *5-to.* Expetens Metropolitanus, ut Protoarchimandrita recipiat Villam Falimicze, spectantem ad Episcopatum Luceoriensem, in sortem Metropolitani et praetensiones revideat illius Villae tenutarii, obtinet permissum. *6-to.* Stephanus Trombetti, Praefectus Collegii Armenorum Leopoliensis, officiosas dans, officiosas obtinet. *7-mo.* Joannes Lipczewski, Patronus Causarum in Nuntiatura, expetitur ut non per postam Zamoyscensem, sed per Grodnensem correspondeat cum Protoarchimandrita. *8-vo.* Hilarion Kruszewicz, Procurator Generalis in Urbe, gratiarum accipit actionem[14] pro eo quod Romae curaverit in sortem

[14] Hilarion Kruszewycz, Procurator in Urbe (1710-1712).

Protoarchimandritae conferri Episcopatum Vladimiriensem, ex affectu suo, pro affectu quidem non pro procuratione. Idem accipit notitiam, quod non tantum Car Moschoviae non satisfecerit Unitis pro gravaminibus, sed insuper accepi et abduci jusserit Rigam (fol. 278v) de monasterio Polocensi, praedio vero Sudziłoviensi, Sergium Kozakiewicz. Idem expeditur ut det notitiam, an acceptabilis sit Ambrosius Nahuiewski, sororius Metropolitani, ad alumnatum Romanum, veluti monoculus. Idem ut de Haliciensi Cathedra promoveat interesse Romae, quatenus spectet ad Metropoliam, non ad Cathedram Leopoliensem, expetitur. Idem ut procuret Romae, ne Seminarium Premysliense applicetur ad Theatinos Leopolienses, ut Laurentium Sokolinski revocari ad Provinciam curet, a latere Sylvestri Pieszkiewicz, Archiepiscopi Polocensis,[15] ut mittat decretum transitus liberi Damiano Juniewicz a Religione Scholarum Piarum ad Religionem Basilianorum expetitur. *9-no.* Georgius Homanski, postae Varsaviensis Magister, ut non per Zamoyscensem, sed per Grodnensem postam correspondeat cum Protoarchimandrita, expetitur. *10-mo.* Accepta pro Episcopatu Investitura a Metropolitano, Protoarchimandrita Vladimiriam pergit, una cum Josepho Lewicki Chelmensi, Sylvestro Terawski, Niskinicensi, Superioribus, Benedicto Godebski, Archimandrita Dorohobuzensi, et Polycarpo Mihuniewicz, Secretario suo.

FACULTAS DATA PROTOARCHIMANDRITAE, CONSECRANDI PRESBYTEROS DIOECESUM LUCEORIENSIS ET CHELMENSIS.

Post titulum Metropolitani. Wszem wobec y każdemu z osobna, komu o tym wiedziec będzie nalezało, osobliwie jednak Duchowienstwu Religiey Greckiey, w Diecezyey Łuckiey y Chełmskiey znayduiącemu się, pokoy Chrystusow y Błogosławieństwo Nasze Archipasterskie przesławszy, czyniemy wiadomo: Iż gdy Dyecezye Chełmska y Łucka, bez Pasterza od kilku lat zostaią, dlaczego chcącz Urzędu Nam od Stolicy S. danego, tym Dyecezyom prowidowac, lubosmy naznaczyli Administratorow, jednakże że ci charakteru y godnosci episkopskiey nie maią, tedy daiemy licencyą y władzę Naszą Jasnie Nayprzewielebnieyszemu JX Leonowi Kiszce, Ep.powi Włodzimierskiemu y Brzeskiemu etc., aby ktorykolwiek aspirowac będą do stanu kapłanskiego, a będą godni tey functiey, z nauki y z zalecenia o swoich obyczaiach, tych aby konsekrował, wszystkim tedy aspiruiącym do tego Urzędu ogłaszamy, y ich obwieszczamy, aby do wyszpomienionego J.X.Ep.pa, jako od Nas zupełną maiącego licentią, w intentiach rekurs czynili, y lubo takaż

---

[15] Laurentius Sokolinski, OSBM, revera quodam tempore manebat Romae cum Procuratore Sylvestro Pieszkewicz (1700-1710), qui devenit Archiepiscopus Polocensis (1710-1714).

licentia była dana J.X.Ep.powi Pinskiemu, ale że ten się oddalił, tedy blizszemu tosmy powierzyli, to jest J.X.Ep.powi Włodzimierskiemu. Dano w Samborze, die 18 Marca, Anno D.ni 1711.

Jerzy ArchiEp.p Metropolita wszystkiey Rusi, m.pr.
(Locus sigilli)

INVESTITURA DATA PROTOARCHIMANDRITAE PRO EPISCOPATU VLADIMIRIENSI ET BRESTENSI A METROPOLITANO.

Post titulum Metropolitani. Oswiaszczennomu y Wozlublennomu Bratu Leonu Kiszci, Episkopowi Wołodymirskomu y Berestiyskomu, Prototroniu Metropoliy Kyewskoy, Halickoy, y wseia Rossyi, radowatysia o Hospodi. – Izwolenyem y sowitom Bożyim, y swiatiyszaho Hospodyna Naszoho Bożyim smotrenyem Klimentyia Papy XI, woleiu y błahodatyiu, (fol. 279) y Switliyszaho Hospodara Naszoho Korola Polskoho y Welikoho Kniazia Litowskoho Augusta II Diplomoiu, na prestił Metropoliy wseia Rossyi wozwedenny, o wsich jaże wo Rossyi cerkwach Bożyich, pacze że wdowstwuiuszczych y swoich im Pastyrey liszennych, wo ieże błahowremenni, dostoianiu Chrystowu, jaże swoieiu S. Krowiju stiaża sebi, dostoynych, bodrych, ciłomudrennych, razumnych y o swoiem stadi bdiaszczych, promyszlaty y postawlaty Pastyrey od tohożde Thronu Apostolskaho Metropolitom wseia Rossyi, wnużennoie popeczenye imuszcze, y widuszcze jako Wołodymirskaia y Berestyiskaia y proczaia w tych że Eparchiach Cerkwi, jaże błażennyia Pamiaty Preoswiaszczennyj Leon Szlubic Załęski, Archiepiskup Metropolita Kyewski, Halicki y wseia Rossyi, Epp. Wołodymirskiy y Berestyiskiy, żyw syi prawiasze, semu wo put od seia zemla (!) odszedszu, utiszenia Pasterskaho, od dowolna wremene liszenny sut.

Tebe Wozlubłennaho Brata Naszego, wo czynu Swiataho Wasilija Welikaho do nini prebywszaho y dostoinstwom Protoarchimandryi toho Czynu, sjaiuszcza y ukraszenna, jehoże Welikoderżawniyszyi Hospodar Nasz Korol Polskiy y Welikiy Kniaz Litowskiy Auhust II Diplomoiu swoieiu na syu Episkopiyu Wołodymirskuiu y Berestyiskuiu smirenyu Naszemu predstawił jest, usmotrychom swiatytelskomu semu yhu, błahopołuczna y prykładna, upowanye imuszcze krypkoie y izwistnoie, da jakoże prebył jesy dostochwalni wo czynu Swiataho Wasilya Welikaho stepenem Protoarchimandrytskim ukraszen, sice y Cerkow Bożuiu wozumijeszy, woschoszczeszy y wozmożeszy Hospodu pospiszestwuiuszu błahopolezno prawity y sprasenye dusz czełowiczeskich Krowiju jedynoczadaho Syna Bożyia Chrysta iskuplennych opasno pryleżaty, y poneże predwarsze istiażanye, jawi żytyie twoie czestno, y nrawy błahi, y pred wsewidiaszcym okom Bożyim y Naszym smirenyem Ispowidanye wiry sotworył jesy, y wozdał jesy obit dołżnaho powimowenya y

posłuszanya Swiatomu Prestołu Apostolskomu, y Swiatiyszomu Papi Rymskomu, y smirenyu Naszomu, seho rady po czynu Swiatyia Wostocznyia Cerkwi, z sosłużenyem Episkopskim, preizwedochom, rukopołożychom, y oswiatychom tia wo Episkopa Bohospasaiemych hradow Wołodymira y Berestia y proczyich wsich w toy Eparchiy obritaiuszczychsia. Jehda ubo naszedszoy na swiatytelstwo twoie rukopołożenyem smirenya naszeho Bożestwennoy Blahodaty, pryzwan jesy ko diłanyu wo vinohradi Hospodnem, y pryiał jesy Iho Chrystowo na ramo swoie; potszczysia, Wozlublenniyszyi Brate, wirno pryiaty służenye y popeczenye o duszach, y tako dilaty wo winohradi Hospodnem, y isprawlaty niwu Chrystowu, jako da pryimeszy po mnoholitstwiy swoiem, jehoże ty userdno żełaiem, dynar wicznyia żyzni, y pokoy błażennyj. Da budet dom twoy zercało, naczertanye, y obraz usim, jako da raduietsia o tebi Cerkow twoia, y swiatytelstwo Twoie w Cerkwi Swoiey, pred Bohom, Anheły y Czełowiki. Otseliże preczestnym Cerkwe Wołodymirskoy y Beresteyskoy y proczyich wsich Soborow, włastyiu od Boha y Prestoła Apostolskaho nam dannoju (fol. 279v) simi Pismeny Naszymi zapowidaiem, da tebi jakoże udy hławi swoiey, smirenno wnimaiuszcze powinuiutsia, y dołżniu czest wozdajut, Klir że tia y Ludyie, aki Otca y Pastyra dusz swoich userdno, y dołżnoiu czestyiu pryiemluszcze, tobi na bażanya da posłuszaiut, powelenya smirenno ispołniaty da pokutsia y twoim duszepoleznym wnimajut zapowidem, wczesom sowist ich obremeniaiem. Mir tebi, Wozlublennyj Brate, błahodatyiu Hospoda Boha Naszeho Isusa Chrysta. Dilasia w Bohospasaiemom hradi Sambory; w nedelu Krestopokłonnuiu Miesaca Marta dnia czetwertaho, 1711 Roku.

Heorhij, ArchiEpiskop (Sig.)

19-no. Die decima nona mensis Martii, haec sunt acta a Protoarchimandrita in villa Rogozno dicta: *1-mo*. Pantaleon Orłowski, ut Zamoscios superveniat Vladimiriam, expediendus Olomucium pro studiis et ut inquirat an mittantur ob timorem pestis Poloni ad exteras nationes, in posta, compellatur a Protoarchimandrita. *2-do*. Metrophanes Kaloskiewicz, Superior Sokaliensis, ut has litteras Zamoscium transmittat et publicetur per Dioecesim Chelmensem, quod Protoarchimandrita habeat potestatem consecrandi in ea Dioecesi presbyteros, ab eodem convenitur. *3-tio*. Nobilis Jacobus Załenski, Succamerarides Novogrodensis, ut pro die vigesima secunda Martii comportet omnes res derelictas et a se direptas post decessum Leonis Załenski Metropolitani, compellatur a Protoarchimandrita. *4-to*. Cyrillus Szumlanski, Administrator Luceoriensis[16] et Vicarius eius Generalis Theodosius Padalski,

[16] Tempore deportationis Dionysii Zaboryckyj in Moscoviam, Cyrillus Szumlanskyj quodam tempore fuit etiam Administrator Luceoriensis, ex quo officio apostatavit et

Hegumenus Białostocensis, certiorantur quod data sit Protoarchimandritae potestas consecrandi presbyteros ex Dioecesi Luceoriensi et expetitur ut haec potestas publicetur. Insuper vero Theodosius expetitur, ut Franciscum Kalnicki, Notarium Capituli Luceoriensis, Ritus Latini, inflammet, ut relicto illo Notariatu, conferat se ad Georgium Winnicki, Metropolitanum. *5-to.* Extradit Protoarchimandrita per Decanatus Władimiriensem, Kowlensem, Camenensem, Turzyscensem, Kisilinensem, Łokaczensem, Torczynensem, Sokaliensem et Tartakoviensem, litteras publicandas, quod Protoarchimandrita iam sit Episcopus et ut has litteras transmitti curet una cum aliis supra specificatis, monetur Januarius Ohurcewicz, Rector et Officialis Vladimiriensis. Idem ut habeat omnia praeparatoria pro adventu Protoarchimandritae, ut expetat Jacobum Kniahiniwski, Canonicum Luceoriensem, quatenus Vladimiriae praestoletur adventum Protoarchimandritae, ut moneat religiosum Axamitowski et Simonem Piątkowski, Oëconomum Kupieczoviensem, quatenus superveniant Vladimiriam compellatur a Protoarchimandrita.

LITTERAE PUBLICATIONIS PROTOARCHIMANDRITAE PER DECANATUS DISTRIBUTAE QUOD SIT EPISCOPUS.

Post titulum Episcopi et Protoarchimandritae. W Bogu Wielebnym OO. Presbiterom, (fol. 280), Wikaryuszom, Dyakonom y całemu in genere Duchowienstwu Ritus Graeci, w Uniey S. zostaiącemu y do Diecezyey Naszey Włodzimierskiey a Protopopiey N. należącemu, pokoy w Chrystusie. – Oznaymuiemy Wielebnosciom Waszym, iż po smierci Jasnie Wielmożnego Księdza Leona Szlubicz Załęskiego, Metropolity całey Rusi, Ep.pa Włodzimierskiego y Brzeskiego, z woli y prowidentiey Bożey, Ep.pa Włodzimierska y Brzeska, na Nasze nieudolne ramiona od należytey Zwierzchnosci jest włożona, tak przez Consecratię osoby Naszey w kathedrze Samborskiey, jako przez Inauguratię y Inwestyowanie dopomienionych Episkopiy Włodzimierskiey y Brzeskiey. Abyscie tedy Wielebnosci Wasze wiedzieli do kogo w swoich potrzebach Duchownych uciekać się macie, tak respektem Consecratiy na wakuiące Parochie, jako też ratione rożnych krzywd, realnych y personalnych, Osobę Naszą bydz Ep.pem Włodzimierskim y Brzeskim ninieyszym Universałem Naszym ogłaszamy y publikuiemy y Universał ten po Parafiach publikować przykazuiemy nieodwłocznie, y żeby kożdy z WW. WW. po trzy Służby Boże na intentią Naszą, przy początkach Rządow Naszych odprawił, pilno polecamy y intymuiemy. Co wszystko aby miało większą

---

devenit episcopus, non-unitus Kioviae, sub influxu czari Petri I. Cfr. de eo plura documenta in: *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, nnr. 643-647 etc. pp. 26-30.

wagę, ręki Naszey podpisem przy zwykłey pieczęci ztwierdzamy. Datum we Włodimierzu, dnia 22 Marca, A. 1711.

Leon Kiszka, Ep.p Włodzimierski y Brzesky – Locus sigilli – Policarpus Mihuniewicz, Zakonu S. Bazylego, Audytor Illustrissimi.

20-mo. Die vigesima mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita Ravae: *1-mo.* Martinianus Axamitowski, Religiosus Oëconomus Zaprudensis, ut apud Palatinum Brestensem Vladislaum Sapieha, resciat, ubinam sint Carolus Princeps Radziwiłł, Cancellarius Supremus Lythuaniae, et Ludovicus Pociey, Supremus Dux Exercituum Lythuaniae, et ut praeparet omnia necessaria pro adventu Protoarchimandritae, compellatur a Protoarchimandrita. *2-do.* Stanislaus Rzewuski, Campidux Regni, Palatinus Podlachiae, ut inhibeat Cohorti suae, ne exequatur Hybernam in Bonis Episcopatus Vladimiriensis, usque ad festa Pentecostalia, expetitur a Protoarchimandrita-Episcopo. *3-tio.* Potocki, Vigiliarum Regni Praefectus, expetens ut acceptet Protoarchimandrita Fundationem Ordinis in Podhayce, gratiarum accepit actionem et insuper ut denuntiet quot velit habere Religiosas Personas expetitur, pro singulis vero personis debere dari ad summum quinque millia ad perpetuam provisionem, certioratur. *4-to.* Ut tollatur rixarum multitudo inter Religiosos Chelmenses, transfertur Chelma Borunios pro concionatura Jacobus Prokopowicz, concionator Chelmensis, ut vero eius vices suppleat Josaphat Rogiński, Vicarius, ne vagetur per oppidum, ne Religiosos rusticos cognominet et ne cum Nobilibus nimias familiaritates exerceat, monetur. *5-to.* Clemens Rozniatowski, Superior Verchoviensis, (fol. 280v) ut pro die 24-ta mensis Martii superveniat Vladimiriam, una cum Sylvano Manturowicz, religioso, compellatur a Protoarchimandrita. *6-to.* Has omnes litteras expeditas Chelmam, transmittit Protoarchimandrita per Josephum Lewicki, Superiorem Chelmensem, quem expedit Uhnovia Chelmam, ipse vero Vladimiriam discedit, ac interea, ut idem Superior Supraslium superveniat pro Consultorio, tertia Domenica post Pascha, jubetur.

21-mo. Die vigesima prima mensis Martii, expedivit ex itinere famulum suum Miedzianowski dictum Protoarchimandrita Vladimiriam, cum litteris hic numero 19-no et 20-mo specificatis, ipse vero Niskinicios pervenit, ubi sequentia peregit: *1-mo.* Ad requisitionem Parochorum Litowizensium, compellavit Administratorem Litovizensem Jarmuszewicz dictum, ne aggravet Parochos et ne eos ad onera militaria et contributiones Moschoviticas pertrahat. *2-do.* Metrophanes Kaloskiewicz, Superior Sokaliensis, quatenus Doctori Religioso Gabrieli satisfaciat et restituat ei debitos viginti florenos compellatur a Protoarchimandrita. *3-tio.* Religiosus Jagielnicki, rediit Lito-

visia et hanc attulit notitiam ab Administratore loci Jarmuszewicz dicto, quod non infestabit amplius nec trahet Parochos illius loci ad contributiones Moschoviticas. Idem expetens, ut alienetur Niskiniciis in Lythuaniam, obtinet permissum.

22-do. Die vigesima secunda mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita in monasterio Niskinicensi: *1-mo*: Parochus Tyszkovicensis quaerulans, quod apud eum milites subsistant, Cohortis Kalinowski, Campestris Vigiliarum Regni Praefecti, Capitanei Winnicensis, obtinet permissum scriptum se ad dictum Capitaneum. *2-do.* Subditi Tyszkovicenses culpantes nobilem Georgium Oranski, Dapiferum Czernihoviensem, quod aliquos subditos sibi favorabiles liberet ab oneribus militaribus, reiiciuntur ad adventum eius. *3-tio.* Georgius Oranski, Dapifer Czernihoviensis, expetens ut ei tradantur praedium et villa Tyszkienicze, araendatario contractu, supervenire jubetur Vladimiriam, quo et ipse Protoarchimandrita, hac die perrexit et pervenit, litterasque plurimas infra specificandas, recepit.

23-tio. Die vigesima tertia mensis Martii haec sunt acta Vladimiriae a Protoarchimandrita: *1-mo.* Metrophanes Zenichowski, Superior Bialensis, culpans parochum Grzymacki, quod ei adiudicatos decem Imperiales per complanationem factam a Praeposito Wisznicensi et Opoliensi et Parocho Łomazensi, nolit restituere, quin etiam Decretum latum post complanationem, contempserit. Idem supervenisse Bialam Adrianum Fabritium, Superiorem Lublinensem, et ob timorem pestis suppellectilia Ecclesiae suae attulisse, denuntians. Idem Religiosos suos esse constantes et exemplares significavit. Idem expetens mitti sibi concionatorem et deferens Instigatorem Regni Wirczębski expetere Unitos Religiosos ad bina monasteria Drogiczynensia, post extinctos peste Religiosos schismaticos (quamvis iam illuc Schismatici sint missi (fol. 281) Bresta). Idem expetens alienationem sui, nullum obtinet responsum, eo quod etiam ipse Protoarchimandrita Bialam acceleraret. *2-do.* Theodorus Hryniewicz, Parochus Nesuchoiczensis expetens, ut eius filius consecretur in presbyterum, ut superveniat Vladimiriam jubetur. *3-tio.* Stephanus Kwaszynski, Decanus Ritus Graeci Brestensis, culpans nobiles Osnouscios, quorum unus parochi Ortelensis omnes res diripuit, alter binas praesentationes pro vacanti parochia extradidit, nec velit admittere ad dispartitionem derelictorum Parochi Korczoviensis, rejicitur ad adventum Protoarchimandritae. Idem mittens Protestationem contra Sigismundum et Carolum Zalenscios, direptores Bonorum Leonis Zalenski, Metropolitani, gratiarum accipit actionem. Idem obiisse asserens Parochum Brestensem tituli Ss.mae Trinitatis et recommendans derelictam senellam, rejicitur ad adventum Protoarchimandritae. Idem expetens notitiam quo et quando debeat collimare consecrandi, certioratur ut se Brestam pro die vigesima nona Martii

conferant. Idem denuntians nobilem Potocki, Vigiliarum Lythuaniae Praefectum, velle erigere de novo ecclesiam in suis Bonis Sosnowo dictis, rejicitur similiter ad adventum Protoarchimandritae Brestam. Idem transmittens litteras Principis Caroli Radziwiłł, Supremi Cancellarii Lythuaniae, infra specificandas, gratiarum accipit actionem pro transmissione. Idem deferens quod Parochi non inquietentur pro restituenda militibus Hyberna ex gratia Protoarchimandritae. Idem deferens Commissionem in causa Radnensi inter Cornelium Zypowski et Basilium Malczewski ex multis titulis et quidem quod Parochus Rożanecensis inimicus pro teste fuerit admissus, quod alius similis illi parochus Drehloviensis similiter fuerit admissus, quod testes non fuerint adcitati, quod eius interrogatoria et testes non fuerint admissi, esse illegitimam, rejicitur ad processum Causae. Idem gratulatus Protoarchimandritae Episcopatum, gratiarum accipit actionem. Idem dedisse se Superiori Brestensi Bartholomaeo Nowicki pecunias, assignatas a Protoarchimandrita pro sustentatione; gratiarum similiter accipit actionem. Idem Castellanum Brestensem Sadowski dictum deferens velle Inquisitionem de quasi violata per eius famulos ecclesia Brestensi Ss.mae Trinitatis, assignare eandem Inquisitionem jubetur. Idem deferens invigilare se diminutioni fumorum, ut invigilet accipit exhortationem. Idem attentaturum se in Consistorio Romano Janoviae Causam Religiosi Ciechanowicz cum nobili Ciechanowicz, Pinscensi Succameraride, appromittens, gratiarum accipit actionem. Idem vacare Ecclesias Vlodaviensem, Bielscensem et alias ad adventum rejicitur Protoarchimandritae, praecavens vero ne filius defuncti Bielscensis parochi promoveatur, eo quod parens illius Gedani argentum oppignoraverit; gratiarum accipit actionem pro praecautione. Idem expetens ut ecclesia Teweloviensis ei conferatur eo quod in Opole ob praestigia subsistere non possit; ad adventum similiter Brestam Protoarchimandritae relegatur. *4-to.* Bartholomaeus Nowicki, Superior Brestensis, expetens eleemosinam pro illo paupere monasterio et culpans Radkievicium, Oëconomum Tryszynensem, quod res fratris sui Ignatii Radkiewicz, Superioris Brestensis peste extincti, diripuerit, nec tantum eius, sed etiam religiosi Casimiri Leskiewicz vestes, lectisternia, libros, equos, pecora, rapuerit, ... stanum acceperit, quin etiam eundem accusans, quod pecora Tryszynensia ad consanguineos abduxerit, rejicitur ad adventum Protoarchimandritae, imo nec responsum obtinet, ob defectum occasionis. *5-to.* Vladislaus Sapieha, Palatinus Brestensis, excusans se et Oëconomum suum Czarnecki dictum, quod non aggravet Parochum Nesuchoiczensem, nec eum ad contributiones Moschoviticas trahat, imo quod Parochus eum adhaerentem esse Suecis, spargeret coram Moschis, accusans, nullum obtinet responsum, eo quod falsa haec omnia cum adverteret esse Protoarchimandrita. *6-to.* Constantius Iwanicki, Vicecapitaneus Vladimiriensis, expetens sibi dari contractum pro villa Janiewicze, obtinet quod petit. *7-mo.* Kalinowski, Excu-

biarum Regni Praefectus, ut suae Divisioni imperet ne aggraventur Bona Episcopatus Vladimiriensis compellatur a Protoarchimandrita litteras per Martinianum Axamitowski, religiosum, (fol. 281v) missis. *8-vo.* Nobilis Bukowski, Tenutarius Falimicensis, quatenus quantocius superveniat Vladimiriam cum subditis, initurus calculationem et suas dicturus praetensiones, compellatur a Protoarchimandrita. *9-no.* Borys Smarszczewski, Parochus Chorostoviensis, denuntians, quod Rustici Chorostovienses Monasterii Suprasliensis, adhuc seditiones cieant et expetens in defectu suo supplementum, nullum obtinet responsum ob defectum occasionis. *10-mo.* Innocentius Charkiewicz, Vicarius Suprasliensis, deferens ordinasse se litteras ad Patronum Lipczewski in Nuntiatura, eidemque veluti et Giorgio Homański, Postae Varsaviensis Magistro, misisse honorarium, Regimento advectum esse antimonium et iam litteras fundi, Joannem Chodkiewicium a binis iam septimanis morari Supraslii et consortem suam expectare, dedisseque dono duo candelabra argentea et pro apparatu materiam; Oëconomum Chorostoviensem veluti inutilem debere commutari, Chorostoviae morari cohortem, Supraslium esse liberum a militibus, litteras nullas Roma datas reperiri apud Carolum Matušewicz, Grodnensem Superiorem, fuisse Supraslii Sylvestrum Pieszkiewicz, Archiepiscopum Polocensem, Varsavia reducem, pestem iam nullibi grassari; nullum obtinet responsum a Protoarchimandrita accelerante Supraslium. *11-mo.* Pachomius Olszewski, Superior Cobrinensis, deferens Torocanensia Bona esse reddita libera a tariffa Brestensi, Causam cum nobilibus Glinski rejectam esse ad Junium circa Bona Kotowka et Kadzilnica, ac expetens, ut exsportetur contra eum Inhibitio ne audeat inquietare circa possessionem horum Bonorum, similiter nullum obtinet responsum ob defectum occasionis. *12-mo.* Chrisostomus Kublicki deferens obiisse Innocentium Szymbarowicz, dolorem magnum inarsit Protoarchimandrita ob mortem huius viri necessarii, altaria enim exstruebat Torocaniis. *13-tio.* Studiosi Vladimirienses gratulati sunt Protoarchimandritae Episcopalem honorem, quibus gratiae actae. *14-to.* Georgius Oranski, Dapifer Czérnihoviensis, accipit contractum pro villa Tyszkienicze dicta. *15-to.* Cum Nobili Borowski dicto, Tenutario Kwasoviensi, eiusmodi est facta compactatio circa Kwasoviense praedium. *16-to.* Supervenit Vladimiriam Innocentius Piehowicz, Archimandrita Milcensis, et litteras officiosas a Metropolitano attulit. *17-mo.* Jacobus Zalenski, Succamerarides Novogrodensis, reddidit ea quae sequuntur a se direpta post obitum Leonis Zalenski, Metropolitani Russiae.

Transactia o Kwasow z I. Panem Borowskim:

Za lat dwie oddał I. Pan Borowski ab anno 1710 ad annum 1712 pierwey zl. 300, a drugą razę zll. – 352; resztę za chłopskie załogi przyięto; powinien zas był co rok płacić po zll. szescset, przyięto tedy za chłopow – 548 zll.

Regestr Rzeczy odebranych od I. Pana Jakuba Zaleskiego... (Omisimus – AOSBM).

(fol. 282) *24-to*. Die vigesima quarta mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita Vladimiriae: *1-mo*. Consecravit Protoarchimandrita in presbyterum Religiosum Macarium Niedzielskij. *2-do*. Nobilis Bukowski, Tenutarius Falimicensis, comparuit Vladimiriae, cum quo ea quae supra compactatio est inita.

Conferentia o Falimicze z P. Bukowskim

P. Bukowski Falimicze otrzymał od I.X. Zabokrzyckiego, Ep.pa Łuckiego, na lat trzy od S^{o} Jana anni 1710 ad annum 1713 et actu dał zll. dwa tysiące et praeterea pożyczył onemu talarow litych piędziesiąt; oprocz zas tego dał za poddanych (co y kwitami deduxit y poddani sami zeznali) zll. Poł. 644,23, ale na to chłopi oddali zll. 200. Hoc totum negotium reiectum est ad Protoarchimandritam.

25-to. Die vigesima quinta Martii, haec sunt acta Vladimiriae a Protoarchimandrita: *1-um*: Expeditur Innocentius Piehowicz, Archimandrita Milcensis et dantur ei pro omni eventu binae litterae oboedientiales, quatenus de monasterio Milcensi binos discolos Religiosos transferre posset. *2-do*: Simon Piątkowski, Oëconomus Kopieczoviensis, ut faciat bonam inseminationem compellatur a Protoarchimandrita et monetur. *3-tio*: Parochus Kupieczoviensis monetur, ut suam ecclesiam custodiat, et per alias non vagetur. *4-to*. Haebreo Zaprudensi Jankiel datur facultas, (fol. 282v) ut ob continuas incursiones Moschorum maneat in aula Zaprudensi. *4-to*: Theodosius Padalski, Hegumenus Białostocensis, denuntiavit quod extradiderit litteras Encyclicas ad Dioecesim Luceoriensem, quatenus se conferant ad Protoarchimandritam neoconsecrandi. *5-to*: Ludovicus Mawiecki, vexillifer Czernihoviensis, ut provideat Parochum ecclesiae Radonicensi convenitur a Protoarchimandrita. *6-to*: Alexander Rypinski, Administrator Rutensis, Rutam opprimi a Moschis dicens eo quod extorqueant pro mense trecentos viginti tres florenos de fumo, ad Deum remittitur Consolatorem. Idem deferens se infirmatum fuisse per aliquot septimanas, consolatorias cum condolentia accipit, et ut litteras infra ponendas transmittat Vilnam et Borunios, expetitur. *7-mo*: Demetrius Zankiewicz gratias agens quod Parocho Fastoviensi addiderit semi mansum agri Protoarchimandrita et denuntians quod fuerit Szymsky(?), et quod ibidem reperiatur Carolus Chodkiewicz, Collator; gratiarum accipit actionem pro eo, quod inviserit locum Suprasliensem. Idem expetens ut schola pro adolescentibus Ruthenis erigatur Supraslii, ut Stephanus Grunowski Lauryszoviam ordinetur, ad adventum rejicitur Protoar-

chimandritae. Idem expetens, ut Taddaeus Jankiewicz, alumnus Vilnensis, supersedeat a studiis, ob debilitatem in capite contractam post pestem, non exauditur. *8-vo*: Barnabas Swidnicki, Superior Lyskoviensis, incusans Parochum Zelpinensem, quod ex taberna fere non exeat, homines monasteriales concutiat, Religiosos scommatibus afficiat, causa fuerit mortis Josephi Winnicki, Superioris Rożanensis, ad adventum rejicitur Protoarchimandritae. Idem culpans Bychowcios Collatores quod ad sylvam aditum negent; adcitare eosdem jubetur. *9-no*: Valens Glinka Janczewski, Oeconomus Torocanensis, deferens e sylva sex sexagenas pro ecclesia esse evectas, gratiarum accipit actionem. Idem denuntiat, quod nobiles Terlecii aggravant subditos Ciołkovicenses, quod et Chrisostomus Kublicki, Religiosus significavit. *10-mo*: Laurentius Kaparski, Superior Polocensis, scripsit aliena manu, proinde compassio eidem data. Idem denuntians quod Moschus Skarbek, Capitaneus, extrahebat(?) de monasterio Berezvecensi mille florenos, pro notitia gratiarum accipit actionem. Idem ut superveniat Supraslium pro Consultorio die Maji tertia; ut connotet gravamina a Moschis illata pro futura Commissione, ut mittat aliquod authenticum documentum Divi Josaphat manu subscriptum, ad habendam notitiam an ille apposuerit in suo sigillo crucem debitam Metropolitanis solis, ut attendat integritati monasterii Berezvecensis, et ut reddat litteras oboedientiales infra specificandas Laurentio Sokolinski, eo quod contra illum sint datae litterae Roma, infra specificandae, expetitur. *11-mo*: Symeon Konopka, expeditus ad alumnatum Vilnensem, expetens sibi dari vestes, remittitur ad Basilium Procewicz, Superiorem Vilnensem, et arguitur, quod pecunias pro vestibus datas absumpserit.

Copia litterarum Roma datarum die 3 februarii a. 1711 ad Sylvestrum Pieszkiewicz, Archiepiscopum Polocensem, a Cardinali Sacripante, Praefecto S. Congregationis de Propaganda Fide (cfr. WELYKYJ A., *Litt. S.C. de Prop. Fide*, vol. III, pag. 35, n. 1029).

(fol. 283) *Litterae obœdientiales datae Laurentio Sokolinski, sub data anteriori ante litteras Cardinalis Sacripante* (Omissum – AOSBM).

26-to. Die vigesima sexta mensis Martii, haec sunt acta Vladimiriae a Protoarchimandrita: *1-mo*. Jeremias Haraskiewicz, ut attendat integritati monasterii Berezvecensis, compellatur a Protoarchimandrita. *2-do*. Basilius Procewicz, Superior Vilnensis, ut transmittat litteras in Albam Russiam, ut Symeoni Konopka det vestes et eundem recommendet ad alumnatum, ut faciat revisionem Juridicae Vilnensis Metropolitanae una cum Stanislao Paszkiewicz, eiusdem Juridicae Praetore, monetur a Protoarchimandrita.

3-tio. Antonius Zawadzki, Superior Zyrovicensis,[17] ut visitet monasterium Bithenense una cum Superiore Novogrodensi Demetrio Zankiewicz,[18] compellatur a Protoarchimandrita. *4-to.* Polycarpus Filipowicz, Superior Bithenensis, de eaque instituetur sui monasterii visitatione, certioratur. *5-to.* Joannes Oleszewski, Superior Borunensis, ut descendat Rutam et ineat calculationem cum Oëconomo illius loci Alexandro Rypinski, expetitur a Protoarchimandrita. *6-to.* Porphyrius Kulczycki, Episcopus Pinscensis, jactans se futurum patronum et protectorem eorum, qui opprimuntur a Protoarchimandrita, accipit responsum, quod quamvis discolorum Religiosorum, proper sit Protoarchimandrita protector, quam Episcopus. *7-mo.* Consultores omnes in genere compellantur ut Supraslium superveniant pro die tertia mensis Maii ad ineunda in negotiis Ordinis consilia. *8-vo.* Princeps Carolus (fol. 283v) Radziwiłł, quas dederit litteras ad Protoarchimandritam patebit infra. *9-no.* Joannes Melchiorini, Doctor Medicinae, ut acceptetur discendens in Lythuaniam Torocaniis, Karpiloviae et Kupieczoviae, accipit litteras ad Oëconomos locorum.

Copia litterarum Principis Caroli Radziwill, datarum ad Protoarchimandritam Biala, die 11 Martii 1711.

Miarkuijąc się z daty listow, I.X. Metropolity y W.M. Pana, a supponendum że y moie Responsa tak pózno W.M. Panow doydą, mniemam że consideratie moie, o wypadłey Commissyey, na ktorą sensum meum W.M. Pan requiris, będą post bellum auxilium, jednak że abym pokazał, quo affectu feror ku Jednosci Sw. non obstante hoc, że pono dla spóznienia się daremne będą, krociusienko one wyrażam, ponieważ Comissya wyszła, y już jest ogłoszona, chocby nullo fructu, in rem W.M.PP. odprawiła się, nihilominus zda mi się to, że ją trzeba ad effectum deducere, żebyscie W.M.PP. pokazali Rzymowi, Krolowi Jego Mści y całemu prawie swiatu, żescie się nie darmo et ad invidiam tylko Hetherodoxorum skarżyli, sed quod asseruistis probatis, alias chocbyście co naygorszego potym cierpieli, nie mieliscie ani wiary, ani compassyey ni u kogo, a do tego że na tey Commissiey nie tylko powinniscie probare, żescie ukrzywdzeni, ale też et innocentiam suam deducere ad obiecta

---

[17] Antonius Zawadzki, Superior Zyrovicensis, dein, temporibus processus M. Wietrzynskyj, Protoarchimandrita Prov. Lithuanae (1720-1726). Obiit 15 Martii 1737. Cfr. M.M. Wojnar, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, pp. 278-280.

[18] P. Demetrius Zankiewicz, natus est circa an. 1657, ingressus Ordinem Basilianum et ab anno 1694 educationi iuventutis religiosae Bytenii dedicabatur; postea varia monasteria Ordinis rexit. Obiit anno 1724, ut Consultor advitalis Ordinis. Cfr. eius « *Elogium Jacobi Susza* », in « *Analecta OSBM* », vol. VII (1971), pp. 227-246.

listu Cara Jego Mści., nec obstat (?) że Commissarze alias inferiores, nie uczynią zwyzszych nad siebie żadney sprawiedliewosci, dosć W.M.PP. wygraney będzie, że się pokaże W.M. Pannow niewiennosć, kozdy zas mądry osądzi, że super activitatem Commissarzow byłoby w tey sprawie decydować ne zas magis irritetur Majestas auxiliarum(?), jest w tyj justissimus W.M.PP. timere y dla tego quam cautissime et diferentissime trzeba się na pomienioney Commissyey obchodzić, argumenta dirigendo ad privatos non ad Suprema Capita, y owszem exkuzuią je, że się to bez ich wiadomosci działo. Jużem pisał do I.X. Metropolity, że ani Jego Mśc. sam, ani W.M. Pan nie możesz bydz in Instrumento Commissionis zapitany, gdyż nemo in sua Causa Judex, ale trzeba szukac osoby jakiey godney z Duchownych Ritus Nostri, jesli dotąd nie jest determinowana, wszakże trzeba, żebyscie W.M.PP. mieli Plenipotentiarium ktory by przed Commissarzami proponował y probował krzywdy W.M. PPanow et ad obiecta odpowiadał. Przywiley na Archiepiskupią Smolenską in personam I.X. Cyrylla Szumlanskiego podpisać w Ich będę się starał. A teraz zwyczajną expressią etc.

27-mo. Die vigesima Sexta mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita Vladimiriae: *1-mo.* Oĕconomus Kupieczoviensis, Simon Piątkowski, ut restauret tabernam Kupieczoviensem et attendat integritati monasterii Cobrinensis Tenutarius praedii (fol. 284) Kupieczoviensis, monetur. *2-do.* Methodius Kozlinski, Superior Przyszychotensis, ut Januarium Ohurcevicz Rectorem Vladimiriensem introducat ad archimandriam Cobrinensem, compellatur a Protoarchimandrita, ut vero sit ei oboediens Pachomius Olszewski, convenitur. *3-tio.* Ob timorem pestis evecta esse a se Białam suppellectilia ecclesiae Lublinensis, scribens Adrianus Fabritius loci illius Superior, gratiarum accipit actionem. *4-tio.* Georgius Oranski, ne det ulli pecunias pro tenuta Tyszkovicensi, praeter Protoarchimandritam, compellatur. *5-to.* Dąbek, Kapitan, obtinet contractum pro villa Piatydnie pro tribus annis. *6-to.* Clemens Rozniatowski, Superior Verchoviensis, pro missis litteris Torocaniis et pro denuntiatione persecutionis Cleri a Comite Krasicki, gratiarum accipit actionem. *7-mo.* Joannes Hulanicki, sororius Protoarchimandritae, expetens ut illi committatur arendatario contractu villa Grudek, obtinet permissum. *8-vo.* Nobilis Czaplic, Colonellus Regius, ut extradat rusticum aufugum Swirzaniis(?), dictum Apanasiuk, compellatur a Protoarchimandrita. *9-no.* Porphyrius Kulczycki, Episcopus Pinscensis, certioratur quod Protoarchimandritae sit iniuncta consecratio oleorum sacrorum pro dioecesibus Chelmensi et Luceoriensi. *10-mo.* Rediit Sokalio Martinianus Axamitowski, Religiosus, et litteras Kalinowscii, Regimentarii, Capitanei Vinnicensis, attulit, quibus is declaravit non posse se liberare Bona Episcopatus a sua divisione, inscio Duce Exercituum Supremo Adamo Sieniawski. *11-mo.* Constantius

Iwanicki, Vice-Capitaneus Vladimiriensis, officiosas dedit litteras, et officiosas recepit. *12-mo.* Innocentius Piehovicz, Archimandrita Milcensis, ut superveniat ad Consultorium Supraslium, ut transmittat litteras supra specificatas in Lythuaniam, compellatur a Protoarchimandrita. *13-tio.* Georgius Winnicki, Metropolitanus Russiae, pro omni humanitate Protoarchimandritae exhibita, gratiarum accipit actionem et de miseriis Bonorum Episcopatus certioratur, de Falimicensi praedio, ea quae hic sunt specificata numero 24-to accipit, quod Rutae Moschi quovis mense de fumo accipiant florenos trecentos viginti tres certioratur, ut provideat monasterio Minscensium Monialium, ut denuntiet cuinam debeant olea sacra tradi, consecrata pro dioecesibus Luceoriensi et Chelmensi, expetitur, quod sororius eius, Ambrosius Nahuiewski, ob defectum oculi non admittatur ad Collegium Romanum, certioratur.

28-vo. Die vigesima septima mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita Vladimiriae. *1-mo.* Josephus Lewicki, Superior Chelmensis arguitur, quod nullam de Hyberna dederit notitiam a Duce Exercituum Regni Campestri Stanislao Rzewuski. *2-do.* Religiosus Aponowicz, ut doceat pueros, pro musica Kupieczoviae, monetur, et quia Turzysci, dicebantur reperiri aliqui discantistae, idcirco dat Protoarchimandrita litteras ad presbyterum illius loci, ut eos Kupieczoviam ordinet. *3-tio.* Hac die Brestam perrexit et Horodłany pervenit Protoarchimandrita, exinde vero compellavit Januarium Ohurcewicz, Rectorem et Officialem Vladimiriensem, quatenus occludat ecclesiam Busiatycensem, eo quod Dominus illius loci Collator, Stecki dictus, aggravet presbyterum illius ecclesiae. *4-to.* Pantaleon Orlowski, Zamoscio transfertur pro Philosophia Zyrovicios. *5-to.* Nobilis Jeziemicki expetens donationem ducentorum florenorum pro Piatydnie, accipit, quod petit, eo quod nimia ibidem esset desolatio. *6-to.* Mansa ecclesiae Vladimiriensis S. Joannis Chrisostomi, consignantur Alexandro Kizikowski, notario Capituli Vladimiriensis. *7-mo.* Parochi Camenenses inhibentur, ne ulla administrent Sacramenta, excepto Baptismate, suis fidelibus, eo quod aggraventur a Comite Krasicki. *8-vo.* (fol. 284v) Dominicani Horodlenses visitarunt Protoarchimandritam, quibus gratiae actae. *9-no.* Paulus Wierzchowski, Superior sive Residens Zamoyscensis, detulit Protoarchimandritae, mitti a se litteras ex posta Varsaviensi et praeterea petiit mitti aliquod honorarium Thomae Taylero, postae Zamoyscensis Magistro, utrique responsum quod ex via nihil possit mitti, nihilominus dandum fore Protoarchimandrita asseveravit. *10-mo.* Joannes Lipczewski, Patronus Causarum in Nuntiatura, denuntiavit Protoarchimandritae pervenisse ad se, una cum honorario literas citationis contra Sigismundum et Carolum Zalenscios et appromisit se promoturum dictam Causam de direptis, aliis mobilibus et immobilibus post obitum Leonis Zalenski, Metropolitani. Idem detulit fuisse Varsaviae Sylvestrum Pieszkie-

wicz, Archiepiscopum Polocensem, et expetiisse a Nuntio, ut Protoarchimandrita restituat ei summam Białłozorovianam[19] et contribuat aliquid de administratione Polocensi. Idem sequentem transmisit Inhibitionem, et nullum a Protoarchimandrita in itinere exeunte accepit responsum.

Inhibitio Nuntiaturae, ne Glinski attentet Causam agitare in Foro saeculari de Kadzilnica... (Omisimus – AOSBM).

(fol. 285) *29-no.* Die vigesima octava mensis Martii haec sunt acta a Protoarchimandrita in itinere Brestensi. *1-mo.* Josephus Lewicki, Superior Chelmensis, quod non denuntiaverit, an Stanislaus Rzewuski, Campidux Regni, velit expectare Hybernam ad festa Pentecostalia, Bonis Episcopatus Chelmensis et Vladimiriensis, arguitur. *2-do.* Misit Metropolitanus sequentem Protoarchimandritae Investituram pro Archimandria Suprasliensi.

Investitura data a Metropolitano Protoarchimandritae pro Archimandria Suprasliensi.

Jerzy Winnicki z Bożey y Stolicy S. Apostolskiey łaski Archiepiskup, Metropolita Kyowski, Halickij y wszystkiey Rusi, Epp. Przemyslski, Sanocki y Samborski, Archimandrita Peczarski, Dermanski y Dubienski.

Jasnie Wielmożnym, Wielmożnym, Nayprzewielebnieyszym, w Bogu Przewielebnym, (fol. 285v) Wielebnym Ich MM XX. Archiepiskopom, Episkopom, Archimandrytom, Hegumenom, osobliwie jednak Zakonnikom S^{o} Bazylego W^{o} Lawry Supraslskiey y wszystkiemu in genere Duchowienstwu, w Uniey S. zostaiącemu, a do Naszey jurizdictiey Metropolitanskiey przysluchaiącemu, *Pokoy Chystusow*, Błogosławienstwo Boskie y Nasze Archipasterskie przesławszy donosiemy do wiadomosci: Iż gdy post decessum Wielmożnego I.X. Floryana Wołka Łaniewskiego, Archimandrita Supraslskiego, Ławra Supraslska teraz suo praelato orbata zostaie y wakuie, niechcąc aby pod teraznieysze ruentium fatorum na Oyczyznią naszą vicissitudines dalszey desolatiey tak in spiritualibus, Zakonnego Rządu, jako też in temporalibus ekonomicznego dozoru podlegała pro Cura Nostra Pastorali słusznego y należytego Przełożonego prowidowac umislilismy. Jakoż upatrzywszy umieiętnoscią, pobożnoscią, y ku chwale Bożey gorliwoscią qualificatum et pro maxima primaque officia w Zakonie Swiętem exercitatum et probatum, jako do samey godnosci Episkopskiey zasłużonego, w promowowaniu Jednosci

---

[19] Marcianus Bilozor, Archiepiscopus Polocensis (1696-1707), antea Pinscensis ep. (1666-1696); fuit et Archimandrita Vilnensis, saltem titularis, et, ut videtur, conspicuam correpsit summam pecuniae, de qua lis quaedam habebatur. Bilozor obiit 18 Iunii 1707.

LEO LUCAS KYŠKA
Episcopus Volodimirien., Metrop. Kiovien.
(1711-1714-1728)

S. nieustaiącego, Jasnie W° I.X. Leona Łukasza Kiszką, Ep.pa Włodzimierskiego, Brzeskiego, stosuiąc się do zgodney elektiey WW.OO. y BB. Zakonu Bazylego W°, Ławry Suprasłskiey, in personam tegoż Jegomosci uczynioney, tudzież konformuiąc się do prezenty Wielmożnego Pana Jana Chodkiewicza, starosty Błudziewskiego, na wyszrzeczone Beneficium, tym Instrumentem Naszym investimus et installamus oraz powagą Naszą Metropolitanską y od Praedecessora Naszego S.P. Soltana, Metropolity wszystkiey Rusi, z nadania Dobr nazwanych Baciuty y Topilec Con-Collatorską, tą Archimandrią Supraslską, ze wszelkiemi do niey przynależytosciami, tak jako się antiquitus miała, y teraz ma, w moc y dzierżenie konferuiemy, y podaiemy. A tak Jasnie Wielmożny I.X. Leon Kiszka, Episkop Włodzimierski y Brzesky, Archimandrita Supraslskij Mocą tey Inwestytury Naszey, w possesyą swoią obiąwszy beneficium pomienione cum omnibus attinentiis et pertinentiis ad vitae suae tempora, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, zażywac ma, y wolen będzie. Mieysce swięte secundum religiosa Statuta sprawuiąc, rządząc, o nieustaiącą Chwalą Bozą starac się, tudzież konserwuiąc integritatem nadanych Funduszow, avulsa Bona recuperando et parta tuendo, żadnych alienatiy, ani przez arędę, ani przez zastaw nie czyniąc, w należytosciach wszelkiey jurisdictiey Archimandrytom przyznaney, tameczne Beneficium jako naylepiey y chwalebniey manutenere. W czym wszystkim aby Naywyższy Pasterz, był zastepcą y pomocą, przy jego Boskim, y Nasze Archipasterskie daiemy Błogoławienstwo, a to w Imię Oyca y Syna y Ducha S°. Datum w Samborze dnia 18 Marca, 1711 Roku.

Locus sigili Jerzy Archiepp. Metropolita wszystkiey Rusi.

30-mo. Die vigesima nona mensis Martii, haec sunt acta (fol. 286) a Protoarchimandrita in itinere Brestensi: *1-mo.* Supervenit Protoarchimandrita Włodaviam et visitavit Ducem exercituum Lythuaniae Ludovicum Pociey,[20] qui humanissime Protoarchimandritam excepit et appromisit omnes praestare gratias, expetitus de Consilio quid agendum sit cum Commissione Moschica, circa gravamina Unitis illata, respondit in primis, quod Polonski Generalis, designatus Commissarius iam sit factus Gubernator Arcis Rigensis, ac persuasit ut aliquis designetur ex Brachio Summi Pontificis, tum ob maiorem authoritatem, tum ob maiorem fidelitatem, interea persuasit debere expeti pro dicta Commissione Episcopum Vilnensem Constantinum Brzostowski et Martianum Oginski, Castellanum Vilnensem, Mathiam vero Ancuta, Suffraganeum Vilnensem, quod sit placentinus, et Joannem Zgierski, Samogitiae

[20] Ludovicus Pociej, Palatinus Vilnensis, magnus dux exercituum Lithuaniae (1707-1730).

Episcopum pro Commissariis assumi omnino dissuasit, eo quod hic secundus non sit activus. *2-do.* Marianna Pawłowiczowa supplicavit ut in parochia eius filius sexdecim tantum annos habens detineatur Wlodaviae, et interim Vicarius substituatur, Basilius vero Malczewski ex-parochus Rudnensis, alienetur veluti discolus ab hoc Vicariatu, cui quia infra sequentes extraditae sunt Citationes idcirco eundem alienavit Protoarchimandrita dicto Vicariatu, quoad ipsam vero parochiam, totum negotium Brestam suspendit, quoniam et ipse Dux Exercituum Vłodaviensis ecclesiae Collator, totum hoc negotium dexteritati commisit Protoarchimandritae, spondens se ea facturum, quae imperet Protoarchimandrita. *3-tio.* Carolus Princeps Radziwiłł, Cancellarius Supremus Lythuaniae, de venia petitur, quod eum visitare non possit Protoarchimandrita. Idem ut exportet Privilegium pro Archimandria Grodnensi in personam Benedicti Godebski, Archimandritae Dorohobuzensis et revocet Privilegium pro Archiepiscopatu Smolenscensi in personam Cyrilli Szumlanski, nolentis hunc Archiepiscopatum, expetitur. *4-to.* Metrophanes Zenichowski, Superior Białensis, ut mittat Martinum Jamuntowicz, Diaconum religiosum, pro consecratione in presbyterum Brestam, compellatur a Protoarchimandrita. *5-to.* Palatinus Siradiensis Koniecpolski dictus, expetitur ut det litteras Protoarchimandrita Sylvestro Terawski, Superiori Niskinicensi pro Archimandria Dorohobuzensi.[21] *6-to.* Rożanecensis Parochus, quem promovebat Dux Exercituum Pociey pro parochia Włodaviensi, jubetur venire Słowatycios et vadit iam de noctu, ob nimiam detentionem Protoarchimandritae a dicto Exercituum Duce, ad dictum oppidum Słowatycze dictum.

31-mo. Die trigesima mensis Martii, haec sunt acta a Protoarchimandrita in Słowatycze oppido. *1-mo.* Parochus Rożanecensis declaravit nolle se acceptare parochiam Włodaviensem ob multos respectus. *2-do.* Joannes Stefanowicz, saecularis, accipit confirmationem praesentationis litterarum sibi datarum a Procancellaria Lythuaniae Szczuczyna pro parochia Woinensi. *3-tio.* Decanus Janoviensis, Canonicus Luceoriensis, Praepositus Infulatus Codnensis Puckowski dictus, detulit peractam esse a se Commissionem in Causa Basilii Malczewski, et intellexisse, quod eius gener abripuerit ei pecunias, dissuasit nihilominus, quatenus neque Malczewski sit parochus Rudnensis, neque gener eius eo quod ambo sint insolentes. *4-to.* Stephanus Kwaszynski, Decanus Ritus Graeci Brestensis, informari se nihilominus parochos alios congregasse Brestam pro adventu Protoarchimandritae denuntians, arguitur quod hoc fecerit et parochos frustra inquietaverit. Idem cum se expetens Opoliam, certioratur, quod non sit superventurus Protoarchimandrita,

---

[21] Sylvester Terawski, Superior Niskinicensis et dein Archimandrita Dorohobuscensis (1713-1730).

eo quod non illac iter ei incideret. Idem recomendans pro Decanatu vacanti Wlodaviensi parochum Wisznicensem, ad ulterius rejicitur tempus. Idem expetens, ut tum ob infirmitatem, tum ob publicas suae personae oblocutiones, in officio suo suspendatur ad congregationem Parochorum; et committatur negotium expeditionum Decanis, rejicitur ad ulterius tempus. (fol. 286v) Idem supplicans pro Marianna Pawlowiczowa, consorte derelicta post obitum parochi Wlodaviensis Pawlowicz dicti, quatenus illi concedatur annus gratiae, rejicitur ad deliberationem Brestae ineundam. *5-to.* Cum esset Protoarchimandrita in villa Dobrotysz, obviarunt ei aliquot parochi et expetierunt, ut instet pro illis Protoarchimandrita apud Ducem Exercituum Lythuaniae Ludovicum Pociey, ut eos liberet a contributionibus, quibus obtulit promissum suum et curam hac in parte Protoarchimandrita. *6-to.* Ad instantiam Basilii Malczewski, ex-parochi Rudnensis, extradit Protoarchimandrita Citationes, quatenus gener eius Cornelius Zypowskij, parochus Rudnensis, compareat Supraslii prima Junii post Dominicam o Rozslablennom, responsurus iuxta peractam inquisitionem, iis quae ipsi obiicientur. *7-mo.* Hac die Brestam pervenit Protoarchimandrita et mox eum tum Decani, tum nobilis Tyszkowski, Dapifer Brestensis, salutarunt, primis gratiae actae, secundo vero nonnullas habenti legalitates, in crastinum designatur conferentia.

32-do. Die tregesima prima mensis Martii, haec sunt acta a Protoarchimandrita Brestae: *1-mo.* Chrisostomus Kublicki, consecratus in presbyterum, expeditur Wlodavam, cum litteris ad Ludovicum Pociey, Exercituum Lythuaniae Ducem, et Regentem eius Cancellariae dictum Kalinowski, quatenus arceant milites volentes de Torocanensibus villis accipere de decem fumis quasi ad Palatinatum Brestensem pertinentibus, et ut extradant litteras ad Ductores Exercituum euntium in Wolhyniam, ne invadant Bona Vladimiriensis Episcopatus. *2-do.* Tryszynum pergit Protoarchimandrita, proinde expetit per litteras nobilem Tyszkowski, Dapiferum Brestensem, ut ignoscat, quod non possit hac die cum illo Protoarchimandrita conferre. *3-tio.* Nobilis Casimirus Borzęcki, Dapifer Orszanensis, petens ut acceptet Protoarchimandrita in Kruhel fundationem Religiosorum et promittens dare duo millia pro illis, non acceptatur, datur tamen ei persuasio, ut satius haec duo millia det monasterio Camenecensi. *4-to.* Samuel Rymkiewicz, Superior Uszacensis, ex-Vicarius vero Vilnensis, veniam petens, quod hactenus non discesserit Uszaciam Vilna, ob multas difficultates circa Vilnenses lapideas, obtinet quod petit, sed simul monetur ut quantocius illuc proficiscatur. *5-to.* Sylvester Pieszkiewicz, Archiepiscopus Polocensis, manere se Vilnae denuntians, donec redeat Laurentius Sokolinski ex Alba Russia, missus illuc ad investigandum de Bonis Archiepiscopatus et expetens, ut pro eo ad latus

eius det litteras oboedientiales, negativam obtinet; idem expetens ut ad latus eius ordinetur Pachomius Malewicz, similiter obtinet negativam, eo quod ille esset Oëconomus Berezvecensis; misit quoque litteras a Fanti, Rectore Collegii Graecorum, quibus ille collaudavit Procopium Hodermarski, Religiosum, alumnum, pro quo gratiae actae. Idem culpans Maximianum Wietrzynski, Superiorem Vitebscensem, quod Clerum Vitebscensem emungat, relegatur ad Laurentium Kaparski, Superiorem Polocensem, quatenus eum iudicet circa gravamina illata Clero illo. *6-to.* Alexander Wyhowski, Episcopus Luceoriensis, Ritus Romani, detulit scripsisse se ad Vice-Capitaneum Brestensem Chrzanowski dictum, quatenus non iudicet causam cum nobili Glinski et monasterio Cobrinensi, de villis Kotowka et Kadzilnica, donec fiat decisio in Nuntiatura: circa direpta a Zalensciis Jura post obitum Leonis Załenski, Metropolitani. *7-mo.* Carolus Princeps Radziwiłł, Cancellarius Supremus Lythuaniae, detulit quod non possit extradere Inhibitionem, vulgo (fol. 287) Listu Zaręcznego, Judicio Castrensi Brestensi, ne audeat judicare Causam de Kotowka et Kadzilnica inter monasterium Cobrinense et inter nobilem Glinski, donec fiat decisio in Nuntiatura de juribus direptis per Zalenscios post obitum Leonis Zalenski, Metropolitani Russiae. *8-vo.* Adrianus Skrażynski, Religiosus Schismaticus Vilnensis, expetens ut fiat compactatio inter eum et Religiosum Meletium Kondratowicz, Unitum, circa successionem, relegatur ad Superiorem Vilnensem Basilium Procewicz,[22] cui hocce negotium commisit Protoarchimandrita. *9-no.* Jeremias Haraskiewicz, Vicarius Berezvecensis, ut liberetur a Vicariatu expetens, non obtinet quod petit. *10-mo.* Symeon Konopka et Symphorianus Wakulski expetentes ut liberentur ab alumnatu eo quod iam non cito Vilnam supervenerint, non exaudiuntur, sed Theologiam moralem ad interim frequentare jubentur; expetentes vero dari sibi vestes, rejiciuntur ad Superiorem Vilnensem. *11-mo.* Decanus Bielscensis incusavit parochum Horodiscensem dictum Krasnowski, quod ex eius occasione Oëconomus Orszanensis dictus Niwinski ecclesiam illam violenter aperuerit expulso eius Vicario Stephano Zumbicki, parocho Hondiscensi tradiderit, Bacalauraeum concusserit eidem, equum et alia suppellectilia diripuerit, ac proinde litteras in hac materia expetiit, ad Catharinam Branicka, Palatinam Podlachiae, quas et obtinuit. *12-mo.* Laurentius Kaparski, Superior Polocensis, quod sit debilis denuntians, compassionem accipit. Idem denuntians stabulum iam esse erectum Berezveciis, gratiarum accipit actionem. Idem significans, quod Maior Moschicus eum expulerit ex cubiculo, quod etiam ipse solus pisce-

---

[22] Basilius Procewicz, Protoarchimandrita Basilianus annis 1713-1717. Post suum officium expletum, electus fuit in Consultorem advitalem et erat dein etiam Superior variorum monasteriorum. Obiit die 5 Maii 1726. Cfr. M.M. Wojnar, *De Protoarchimandrita...*, pp. 276-7.

tur in stagnis, quod Sudzilovicenses Rustici multi aufugerint, quod Sergius Kozakiewicz sit Riga dimissus a Szeremeto, sed semivivus tractatus a Moschis redierit, quod Czereiae et Dobrihoriis absolverit visitationes, quod Czereiae obierit ex casu et lapsu desuper ex tecto Gabriel Radkiewicz, quod Gregorius Wasilewski, Superior Czereiensis, dispulerit rusticos, quod Krzeczetowski nobilis nullam det provisionem monasterio Dobrihorensi, quod cives Illuksztenses mitti sibi Religiosos pro residentia postulent, et iam mille florenos contribuerint, quin etiam ipse nobilis Zybech velit aliquid contribuere, quod Nicolaus Grotuz, seu Michaël Archimandrita Polocensis, eum continuo persequatur; pro notitia gratiarum accipit actionem et ut moneat Gregorium ne rusticos Czereienses dispergat, Superiorem vero Dobrihorensem, ut jure vindicet summam a nobili Krzeczetowski, inflammet, monetur, cum Michaële Grotuz, ut expectet decisionem Protoarchimandritae una cum Consultorio jubetur; Illuksztense quoque interesse ad Consultorium rejicitur. Idem ut moneat de advehendis censibus Wierzbiłoviensibus Danielem Piotrowicz, Supraslium expetitur. Idem ut recipiat Missalia a Sutowicz, Decano Dmiensi, et ut pro die tertia Maji superveniat Supraslium ad Consultorium compellatur a Protoarchimandrita. Idem expetens ne Sergius Kozakiewicz alienatur Czerstwiadiis Vilnam, ad Conferentiam cum Superiore illius loci relegatur. Idem ut ineat calculationem cum Maximiano Wietrzynski, Superiore Vitebscensi, circa gravamina parochorum dioecesis Polocensis, compellatur. *13-tio.* Ignatius Jelenski, Regens Vilnensis, deferens acceptatum esse a se ad Alumnatum Joachymum Ciechanowicz, expetitur ut acceptet quoque Symeonem Konopka et Symphorianum Wakulski. *14-to.* Justinus Kozaczenko, alumnus Brunsbergensis, Conclusiones suas, quas defendit ex universa philosophia, misit Protoarchimandritae. *15-to.* Basilius Procewicz, Superior Vilnensis, significans audivisse se, quod denuo Vilnam deberet mitti pro Superioratu Laurentius Kaparski, certioratur, quod hoc falsum sit. Idem jubetur ut avehat res tempestive ob timorem pestis et ut omnino regat Sluminoviam sacellum, accipit mandatum. Idem significans fuisse Vilnae Joannem Oleszewski, Superiorem Borunensem, (fol. 287v) et inventasse res omnes ecclesiasticas et Ohurcewicianas(?), iubetur, ne eas tangat ad disposîtionem Protoarchimandritae, Malcherini vero Doctor Medicinae Vladimiriae manens, certioratur, ut suas res recipiat. Idem ut moneat alumnos Vilnenses, ne peste ingruente alienentur, sed simul cum alumnis ubi illi fuerint, maneant, eo quod per hanc divagationem annum perdiderunt, cum alumni privatim studia tractarent, monetur. Idem expetens ne summa Biallozoroviana ulli extradatur, eo quod Biallozor multa damna intulerit monasterio Vilnensi, obtinet promissum. Idem expetens ut Martinianus Sawtycz quantocius mittatur Vilnam, ad Consultorium reiicitur, et Michaelem Charkiewicz Vilna Berezwecios relegare jubetur. *16-to.* Antoninus Tomillowicz, alumnus Religiosus

Brunsbergensis,[23] transmittens litteras officiosas, nullum obtinet responsum eo quod iam ad Provinciam rediret. *17-mo.* Antonius Zawadzki, Superior Zyrovicensis, transmittens litteras Borunenses(?) infra specificandas, gratiarum accipit actionem et ut superveniat Supraslium die quarta Maii ad Consultorium, ante illud vero absolvat visitationem monasterii Bithenensis, compellatur a Protoarchimandrita. *18-vo.* Martianus Maskiewicz, Vicarius Bithenensis, rediisse Varsavia Polycarpum Filipowicz, Superiorem Bithenensem et obtinuisse a Nuntio Expeditionem pro Archiepiscopatu Munkaczoviensi, quin et Abbatiam a Josepho Imperatore eidem in supplementum additam; proinde iam episcopales vestes sibi Polycarpum comparare, Chomscum accelerare, integritatem monasterii non curare, ac ea de causa monasterii bona perire, Superiorem vero ad haec verba respondere in haec formalia: *Choc wszystkich Chłopow niech pożieszaią, nie* zabią denuntians, pro notitia, quamvis doloribus plenam, accipit actionem gratiarum. Idem denuntians fuisse fumorum revisionem Bitheniis a Commissariis Districtus Słonimensis et reperisse eos ab anno 1708 extinctos fumos pro fame et peste 368, mansisse vero tantum – 75, et boves in iis – 42, ac nimium super tantam desolationem indoluisse, ac velle promovere ut ab omnibus oneribus haec bona libera reddantur; pro notitia et pro sollicitudine similiter gratiarum accipit actionem. Idem denuntians argentum Borunense esse fusum a Superiore in eius commodum, rejicitur ad Consultorium. Idem denuntians, quod nobilis Wolk adcitet Superiorem, eum et Oëconomum Josaphatum Jachimowicz, quod vellent eum quasi occidere; contemnere has rationes veluti contra Canones et excipere Forum jubetur. *19-no.* Pachomius Malewicz, Oëconomus Berezvecensis, denuntians omnia bene agi, in monasterio illo, praeter gratiarum actionem, monetur, ut ulterius integritati illius attendat. *20-mo.* Demetrius Zankiewicz, Superior Novogrodensis, Commissionem Moschoviticam in Causa Ordinis gravaminum esse praetermittendam suadens, certioratur quod praetermitti non possit, eo quod videremur accusare et non probare. Idem culpans Superiores diversos, quod detineant litteras oboedientiales, ad Consultorium rejicitur. Idem ut ante Consultorium visitet cum Superiore Zyrovicensi monasterium Bithenense, expetitur. Idem culpans Stanislaum Piasecki, Concionatorem Novogrodensem, quod sit magnus

---

[23] Antoninus Tomillowicz studuit Brunsbergae (1704-1711); ut sacerdos varia munia obibat Minsci, Pinsci, Chelmae, Vilnae; partem habuit in Synodo Zamostiana; devenit Secretarius Ordinis et Consultor advitalis. In Capitulo Novogrodensi an. 1730 electus est Protoarchimandrita (1730-1736), quo munere expleto, consecratus fuit a metr. A. Szeptyckyj anno 1736 Archiepiscopus Smolenscensis (1736-1745). Mortuus est 23 Aprilis 1745. Cfr. Wojnar M., OSBM, *De Protoarchimandrita...*, Romae 1958, p. 281.

helluo, punire eum jubetur. Idem denique transmisit litteras binas a Consultorio infra specificandas, ad Metropolitanum. *21-mo.* Facta est Calculatio Tryszynensis praedii cum Oëconomo loci Radkiewicz dicto et alia huiusmodi, pertinentia ad integritatem illius loci peracta.

Copia litterarum a nonnullis Consultoribus datarum ad Metropolitanum sub aenigmate de Torokanie, quae voluit sibi adsciscere Metropolitanus.

(*Omisimus propter adnotationem sequentem in fine huius epistulae*: « Ten list nie jest odesłany ponieważ nie wszyscy Consultorowie podpisali się, a co więcej list był pisany do Metropolity, a intitulatia była napisana do Protoarchimandrity ». Analecta OSBM).

Copia litterarum a Consultoribus datarum ad eundem Metropolitam, ne consecret Josephum Lewicki in Episcopum Chelmensem.

(fol. 288v) Maiąc ex fama Relatią de summo ambitu I.X. Lewickiego, Starszego Chełmskiego, extra orbitam Legum Religionis Nostrae wynoszącego się, et de permissiva dissimulatione samego W.M. Pana, his jego appetitus nie tamuiącego, owszem secundare ich gratioso suo assensu, zabieraiącego się, promissa Nostra debita submissione, et petita exprimendorum venia, musiemy pro munere Nostro et obligatione Constitutionis sancitorum Zakonu Naszego exprimere to enorme praeiudicium, ktore ten inordinatus jego ascensus za sobą pociągnąłby, gdyż radicitus convelleret nie tylko novellas Constitutiones Congregacyey Naszey inveridica servatio, ale też cardines Juris Canonici everteret, bo komuż nie jest wiadomo, jako Religiosus sine licentia suorum Superiorum non potest Episcopatum petere, aut acceptare, co że się w Nas praktykuwało; W.M. Pana fidem appellamus, pod przeszłą szczesliwą na przeszley Congregaciey Bialskiey Praesidentią, ale utinam continuasset W.M. Pan hunc amorem Religionis, jako na tamtym mieyscu demonstrare poczęłes, nieżeli rupto Nexu abrumpere foedera justitiae ipsius przy zaczęciu officii Metropolitani; protestuiemy się za tym przed samym że W.M. Panem in supplementum Protestatiey in publicis actis uczynioney, że in tuitionem Jurium Nostrorum, ad avertenda mala secutura et nociva Zakonney observantiey, będziemy szukali remedia, do czego nie przyidzie jeżeli in bilancea(?) aequissima W.M.P. magis praeponderabit rebus zachowania in integro Praw Zakonnych, wszelkim inportunnym instancyom, o co profundissimo poplite suplikuiąc, pod Pasterską prawicą, pro Benedictione Vestra, schylamy głowy.

Z Bytenia, dnia 9 februarii, Anno 1711.

Polikarp Filipowicz, Zakonu S. Bazylego W^{o} Consultor, Starszy Bytenski.

Antoni Zawadzki, Zakonu S° Bazylego W° Consultor, Starszy Zyrowicki.
Jan Oleszewski, Z.S° Bazylego W° Consultor, Starszy Borunski.
Wawrzyniec Kaparski, Zakonu S° B° W° Pro-Consultor, Starzy Polocki.
Demetrius Zankiewicz, Zakonu S° Bazylego W° Secretarz, Starszy Nowogrodski.

Inwentarz Maiętnosci Tryszyna... (*omisimus* – AOSBM)

APRILIS (fol. 290)

1-mo. Prima mensis Aprilis die haec sunt acta Brestae a Protoarchimandrita: *1-mo*: Benedictus Trulewicz, culpans Archiepiscopum Polocensem Sylvestrum Pieszkiewicz et Laurentium Sokolinski, quod eum discedendo Roma scommatibus affecerint, quod eos quasi traduxerit coram Protoarchimandrita, jubetur pati eaque iam transacta sunt, allegando quod etiam ipse Protoarchimandrita ab iisdem patiatur. *2-do.* Martianus Jamuntowicz, Religiosus Bialensis Monasterii, redux Brunsberga, superveniens Biala pro consecratione sui in presbyterum, jubetur insequi Protoarchimandritam, eo quod iam post Missam absolutam superveniret ad proficiscentem Supraslium Protoarchimandritam. *3-tio.* Polycarpus Filipowicz, Superior Bithenensis, gratulatus est Episcopatum Protoarchimandritae, cui gratiae actae pro affectu. Idem rediisse se die decima sexta februarii Varsavia, et denuntians iam abire Varsavia Nicolaum Spinola, Nuntium,[24] Romam pro Auditoria Camerae, recepisse se expeditionem pro Archiepiscopatu Munkaczoviensi sub titulo Bodinensis Eppi. Hodermarscium vero a dicto Archiepiscopatu prorsus arceri etiam ab Aula Caesarea, in qua confidebat, a Fratre Regis Augusti, Cardinali Saxonico, Primate Regni Hungariae, eam provisionem sibi datam, iam dabatur a Cardinali Colonitz Josepho Camilli,[25] suo antecessori, et propterea datam sibi esse Abbatiam pro sustentatione ab Imperatore Josepho, accipit congratulatorias. Idem significans, quod Varsaviae viderit apostatam Porphyrium Prudzicki, eumque ut redeat molestaverit, qui tamen noluit redire, quinimo dixit se perecturum in Saxoniam pro recipienda haereditate post obitum fratris sui (quod falsissimum est, erat enim rusticus simplex in Moravia), arguitur, quod non acceperit eum brachio admoto. Idem deferens ab eodem Porphyrio audivisse, quod Hodermarski pro Archiepiscopatu

---

[24] Nuntius in Polonia Nicolaus Spinola (1707-1712). Nominatus cardinalis 16 Decembris 1715, tit. S. Sixti. Obiit Romae 23 Aprilis 1735. *Hierarchia Cath.*, vol. V, p. 30.

[25] Joseph Joannes de Camillis, Vicarius Apostolicus Mukačoviensis, Episcopus tit. Sebastenus (1689-1706).

Munkaczoviensi ad quinquaginta millia pecuniarum accommodaverit et multa suppellectilia derelicta post obitum Josephi Camilli, Archiepiscopi Munkaczoviensis, divendiderit. Idem significans quod Nuntius noluerit extradere Protestationem contra Josephum Lewicki, Superiorem Chelmensem, eo quod ille ambiet Chelmensem Episcopatum, ex eo quod quasi Metropolitanus cum Protoarchimandrita (quod est mendacium) eundem pro dicto Episcopatu recommendasset, pro notitia gratiarum accipit actionem. Idem expetens sibi dari in Hungariam Melchiorem Lossowicz in adiutorium, sive Adrianum Fabricium, Superiorem Lublinensem, ad Consultorium Suprasliense (ad quod invitavit Protoarchimandrita eundem pro die 3-tia Maii), reiecit. *4-to.* Pachomio Olszewski, Superiori Cobrinensi, mittitur Inhibitio de Kadzilnica specificata numero 28 in Martio. *5-to.* (fol. 290v) Joannes Oleszewski, Superior Borunensis, condolens morbo Protoarchimandritae Pinsci contracto, gratiarum accipit actionem. Idem deferens Regestra diversorum monasteriorum a se conscripta conservata esse in Comborio(?) Novogrodensi, jubetur ea pro informatione adferre secum Supraslium pro Consultorio die quarta Maii celebrando. Idem expetens, ut jubeat Protoarchimandrita Missas absolvi, tollendo Borunenses obligationes per Dioecesim, ad conferentiam in Consultorio reiicitur. Idem significans quod aliqui Pieslacy sint mortui, et iam tantum duo manserint, qui iam et pecunias acceperunt pro praedio Keriakowszczyzna dicto, pro zelo erga hunc locum gratiarum accipit actionem. Idem expetens consilium quid debeat facere cum cyrographo a Felice Vicario Bialensi dato, pro quinquaginta aureis Hungaricalibus, jubetur illud asportare pro Consultorio. Idem dans informationem de Leone Zalenski, Metropolitano, quod acceperit pro occisione cuiusdam Religiosi Zahoroviae sex millia a Czetwertynski, Principe Episcopo Luceoriensi, schismatico, et ea reddiderit pro Mazury villa, gratiarum accipit actionem pro notitia. Idem expetens notitiam, quid debeat facere cum suppellectilibus Borunensis ecclesiae, si ingruat pestis, jubetur ea Supraslium adferre. Idem Josephum Lewicki, Superiorem Chelmensem, arceri debere ab Episcopatu Chelmensi denuntians, pro zelo gratiarum accipit actionem. Idem tradidisse se monasterium Vilnense Basilio Procewicz, sed nimis ibidem mutari caerimonias deferens, adeoque ut eas redintegret Protoarchimandrita et confirmet missa ab eo Puncta expetens, obtinet quod petit. Idem summam Bialozorovianam, ut nemini praeter Vilnam extradat Protoarchimandrita, expetens, eo quod multa damnificaverit Martianus Biallozor, Archiepiscopus Polocensis, monasterio Vilnensi, obtinet promissum. Idem expetens ut tonna laminarum restituatur monasterio Borunensi a monasterio Vilnensi, ad Consultorium rejicitur. Idem expetens ut res derelictae Vilnae applicentur monasterio Borunensi (quarum Regestum misit) rejicitur ad Consultorium. *6-to.* Bonifacius Ostrowski recommendans quemdam ut consecraretur in presbyterum ecclesiae Korczo-

viensis, obtinet quod petit. *7-mo.* Alexander Rypinski, Administrator Rutensis, ut transmittat litteras Vilnam datas, expetitur. *8-vo.* Nobilis Tyszkowski, expetens, ut acceptet Protoarchimandrita pro debito a se debito monasterio Verchoviensi, debitum sibi debitum a Synagoga Dulenecensi, non obtinet quod petit. *9-no.* Gregorius Kosonicki creatur in Protopresbyterum Pruża-nensem. *10-mo.* Nestor, parochus ad cathedralem ecclesiam Brestensem, resigillet ecclesiam Ss.mae Trinitatis, sigillatam iniuste a Castellano Brestensi, Sadowski dicto, monetur et jubetur. *11-mo.* Capitaneus Brestensis Sapieha, ut moneat Brestenses Haebreos de restitutione debitorum Parochis Brestensibus, compellatur a Protoarchimandrita. *12-mo.* Extraduntur litterae Citationum Josepho Fabro, ad instantiam Josephi Wengierski, Secretarii Regii et Vice-Praepositi Brestensis, pro eo quod ille hunc concusserit. *13-tio.* Extraduntur litterae Citationum contra Stephanum Kwaszynski, Decanum Brestensem, et Joannem Artecki, Parochum Pieszczacensem ad instantiam Antonii Zatonicensis, Casimiri(?) Ceprensis, ... Religiosi, Superiorum Ordinis Basiliani, et Petri Zawadociorum parochi Codnensis, pro eo quod omnia suppellectilia, prata et agros, quin et domum a Petro extructam violenter acceperint et consorti Petri equum acceperint. *14-to.* Provincialis Religiosorum S. Francisci de Observantia expetitur, ut puniat suum Religiosum, quia viro et foeminae Ritus Graeci in secundo gradu consanguinitatis, assistentiam exhibuit. *15-to.* Eugenius Jakovicki Superior Lesczynensis, ut mittat discolos binos ad monasterium (fol. 291) Milcense compellatur a Protoarchimandrita.

Copia litterarum datarum a Congregatione de Prop. Fide ad Polycarpum Filipowicz, Superiorem Bithenensem (Cfr. Welykyj A., *Litterae S.C. de Prop. Fide,* III, 28, nr. 1019).

Pieniądze pozostałe po X. Sebastyanie Dębkowskym, zmarłym w Wilnie od powietrza (omisimus – AOSBM).

Regestr pozostałych Pieniądzy po Zakonnikach, także legatie rożnych na klasztor Wilensky S. Troycy (omisimus – AOSBM).

(291v) Ordo institutus Vilnae per P. Joannem Oleszewski Consultorem, Superiorem Borunensem (Constat ex 33 punctis; en quattuor prima):

Porządek opisany Monastyra Wilinskiego Cerkwi Przenas. Troycy przez mnie, X. Jana Oleszewskiego, Zakonu S^{o} Bazylego W^{o} Consultora, Starszego Borunskiego, jako Commissarza a Reverendissimo Nostro Protoarchimandrita do podania tegoż Monastyra Przewielebnemu w Bogu I.X. Bazylemu Procewiczowi, Zakonu Bazylego W^{o}, Starszemu Wilenskiemu zesłanego, ktory przez WW.OO. y BB. tego Monastyra ma bydz obserwowany, y I.X. Starszy,

według niżey mianowanych Punktow, wszystkiego tego przestrzegac powinien będzie.

1-mo. Aby Maiestat Bosky na narod Ludzki zagniewany był ubłagany, ażeby dalsza pomsta jego od Nas oddalona bydz mogła, maią WW. Ojcowie y Bracia starac się o przystoyne y bogoboyne w klasztorze pożycie, maiąc Boską przytomnośc y jego straszne sądy zawsze przed oczyma, jakoby nie tylko w celli, ale y na kożdym mieyscu, z naywiekszą chwalą Boską, z zbawieniem duszy y z zbudowaniem ludzkim bydz mogło.

2-do. W cerkwi rano przed zaczęciem Nabożenstwa, ma bydz reflexya jaka krotka uczyniona, względem przygotowania się przystoynego, na modlitwę ażeby z boiaznią Bożą mogły się odprawowac zwyczayne nasze modlitwy y z podniesieniem serca do Boga, a nie tak jako się teraz dzieie że jeden drugiego nie czekaiąc, bez przygotowania żadnego, zaczyna Nabożenstwo.

3-tio. Do rewerencyey Boskiey y to nie mniey należy, aby OO. y Bracia poważnie w chorze pacierze odprawowali, dla tego I.X. Starszy, a w niebytnosci onego, na mieyscu jego zostaiący, albo ustawnik, pilno postrzegac ma, ażeby nie skwapliwie, ale ze wszelką powagą, y z wyrażeniem słow, punctuatim gdy jeden chor dobrze skonczy, drugi zaczynał Nabożenstwo swoje.

4-to. Aby ceremonie swięte nam od (fol. 292) OO. Swiętych podane, w ni w czym nie były mutowane z czego by Syzma gorsząc się dalszą przez to nienawiść ku nam brac mogła, za czym oproszczone z Ewangelią na Służbie Bożey wychody, a odrzucone ohłaszennyie, ktore się za Cathechumenow po całym swiecie przy ofiarach Boskich odprawowac się zwykły; także podczas *Cherowika* wyszły ze zwyczaiu, y żertownika na wielki prestoł perenosy, So mirom izydim, nie wychodzenie na cerkiew, y cokolwiek ceremonie dawne swięte do powinosci nas obliguią, to wszystko WW. OO. odprawowac powinni, żadney rzeczy nie opuszczaiąc, ani na żaden zły zwyczay dotąd obserwowany nie zapatruiąc się, pod niebłogosławienstwiem Imieniem I.X. Prowincyała, miec chcą y przykazuię, y w tym wszystkim aby I.X. Starszy miał zawsze przezorne oko sumienie onego obowiazuię, ponieważ jeden z Episkopow naszych pobożnego y swiętobliwego żywota, te słowa nam w Congregacyey Zakonney zostawił: « iż doznałem, prawi y doswiadczyłem tego nieraz jako Bog znacznie nas karał y karze za opuszczenie naszych starożytnych ceremoniey ». Dla tego nie maią bydz w cerkwi naszey podczas Służby Bożey uklękania na kolana, opuszczenie gwiazdek, porzuciwszy Antymis na Portatelu Rzymskim odprawowanie, bo na to żadney, ni od kogo licentiey nie mamy, ale wszystkich tych zwyczaiow swawola nasza namnożyła y Rzymskie ceremonie w Cerkiew wprowadziła, dla ktorych wiele swoich ceremoniy zapom-

nieszy, y co raz one gubiąc, na to przywodziemy młodszą Bracią, że nie maiąc Instructiey dobrey o Nabożenstwie Ruskim, w wielkie błędy popadaią, y przyidzie do tego, że y do ostatka onych zapomnie muszą, z czego wszystkiego, nie kto inszy, tylko my Panu Bogu rachunek czasu swego dac powinni będziemy... (Omissa puncta usque ad nr. 33).

2-do. Secunda die Mensis Aprilis, haec sunt acta in oppido Wysokie a Protoarchimandrita: *1-mo.* Martinus Jamuntowicz, Religiosus, Concionator Bialensis, consecratur in presbyterum. *2-do.* Nobilis Wirczębski, Instigator Regni, expetens, ut mittat Religiosos Protoarchimandrita Drogiczynum ad recipienda duo monasteria a Schismaticis, rejicitur ad Consultorium. *3-tio.* Metrophanes Zenichowski, Superior Bialensis, expetens, ut Martinus Jamuntowicz, Religiosus, consecretur in presbyterum, obtinet quod petit. Idem expetens ut Theophilus Podrożnicki quantocius mittatur Bialam ex Podguria, quo divertit ad suos consanguineos ex licentia Protoarchimandritae, certioratur, quod de eo ubinam commoretur, nesciat Protoarchimandrita. Idem expetens, ut nonnullae Personae alienentur Biala, expetitur, ut designet, quo alienare et quas habere vellet. Idem denuntians, quod Carolus Radziwiłł, Princeps, Cancellarius Supremus Lythuaniae, omnino velit septimum habere Bialae Religiosum, alendum ex illis agris, quos tenuit parochus saecularis; jubetur ut hanc causam (fol. 295) releget ad Protoarchimandritam. *4-to.* Stephanus Kwaszynski, Decanus Ritus Graeci Brestensis, pro protestatione missa contra Zalenscios, de direptis mobilibus post obitum Leonis Zalenski, Metropolitani, gratiarum accipit actionem. Idem excusans se morbo, quod Brestam non supervenerit, veniam accipit. Idem iniuxisse se Decanis, ut Brestae compareant, concionatorem et oratorem habeant, arguitur, quod haec fecerit, et tum Decanos, tum Jesuitas inquietaverit. Idem ut jubeat connotari, quis quod reddiderit proventum Mensae de decanatibus Drogicensi, Camenecensi, Prużanensi, Cobrinensi, certioratur, quod nihil reddiderint. Idem Parochum Cobrinensem Sancti Nicolai suadens amovendum a Protopresbyteratu veluti idiotam et negligentem, et recommendans Joannem Duchnowski, Parochum Trostenicensem; ad Congregationem rejicitur. Idem culpans parochum Cobrinensem, ad ecclesiam B.mae, quod seipso promoverit generum suum ad Malcze oppidum, se vero Cobrinium beneficio Porphyrii Kulczycki, Episcopi Pinscensis, nullam tunc habentis potestatem, quod Revisores ad ecclesiam admiserit, quod sit idiota et alia plura patraverit; similiter ad Congregationem rejicitur. Idem praecavens Protoarchimandritam ne confirmet Investituram datam a Porphyrio Kulczycki, Episcopo Pinscensi, Mathiae Pawlowicz ad ecclesiam Wielkorycensem, eo quod a Leone Zalenski, Metropolitano, frater eius Basilius investitus esset. Idem expetens Teweloviensem sibi conferri ecclesiam, accipit permissum. Idem nonnullos

tenere duo Beneficia, veluti Decanum Prużanensem, duos Prużanenses, et Decanum Camenecensem, unum Camenecense alterum Visnicense, denuntians; similiter rejicitur ad Congregationem. Idem expetens moneri Decanum Prużanensem ne se ingerat ad quidquam post obitum fratris sui parochi Teweloviensis, obtinet quod petit. Idem deferens defunctum Kosowicz, Decanum Bielscensem, argentum ecclesiae illius oppignorasse, hoc obtinet in responso, quod Protoarchimandrita sit memor huius toties iam inculcatae legalitatis. Idem praecavens remittendum eum ad se, si quis de debitis Wierzchovicensibus... esse Protoarchimandritam; expetitur, ut magis elucidet hanc causam. Idem expetens, ut extradatur parocho Holoviensi sublevatio(?), non obtinet quod petit, non comparente parocho dicto. Petrus Kulczynski abiudicatus a parochia decreto Metropolitano, quod absolvat in villa quadam (de quo quaerendi sunt parochi Chotycensis et Janowiensis) culpabilem eundem, idem reddidit Stephanus, Protoarchimandrita vero connotavit. Idem expetens Inhibitionem, ne ab ovibus Dioecesis Brestensis frequentetur ecclesia Radnynensis, obtinet quod petit. *5-to.* Georgius Winnicki, Metropolitanus, certioratur quod Dux Exercituum promiserit omnem protectionem Bonis Unionis, et ut scribat ad Nuntium debere designari, ex parte Sanctissimi, Commissarium pro Commissione circa gravamina a Moschis illata Unitis. Idem expetitur ut Innocentium Piehowicz, Archimandritam Milcensem, mittat Supraslium pro Consultorio die tertia Maii celebrando. *6-to.* Martinianus Axamitowski, Oëconomus Zaprudensis, quatenus has litteras ad Metropolitanum transmittat; ut inseminationem bonam faciat, ut attendat integritati praediorum et ut moneat Clementem Rozniatowski, Superiorem Verchoviensem, quatenus vindicet a Lada, Nobili, contractum datum pro Villa Grodek, pro tribus annis (eo quod in membrano dato tantum pro uno anno, tres inscripserit) expetitur. *7-mo.* Metrophanes Zenichowski, Superior Bialensis, ut dignoscat Causam inter Radkiewicz, defuncti Superioris Brestensis, Fratris eius et inter Bartholomaeum Nowicki, succedaneum eius in Superioratu Brestensi; compellatur a Protoarchimandrita. *8-vo.* Bartholomaeus Nowicki, Superior Brestensis, ut omnes supralatas litteras transmittat ad sua loca expetitur. *9-no.* Valentinus Janczewski, Oëconomus Torocanensis, culpans milites (fol. 295v), quod iniuste velint accipere de decem fumis, quasi in Palatinatu Brestensi juratis, contributiones, certioratur, quod iam miserit in hac causa ad Ducem exercituum Protoarchimandrita. Idem deferens, quod Chwilowicz pro mensura agrorum, eo quod illi non redderentur quindecim floreni, binos boves acceperit a rusticis et apud se detineat a tribus septimanis, arguitur, quod has pecunias non reddiderit. Idem ecclesiam quantocius aedificare jubetur, expellere Romanum ... chum mandatum accipit. Idem Citationes porrigere Terlecki Nobili, oppressori subditorum Ciołkovicensium jubetur.

Decretum remissionis contra Gabrielem Korytynski, Parochum Malczensem invasorem parochiae Cobrinensis, inscio Administratore. (Omisimus – AOSBM).

(fol. 296v-297v) *Connotatio gravaminum, quae patitur Clerus Brestensis a Nobilibus diversis* (Omisimus – AOSBM).

(fol. 297v-299) *Inwentarz cerkwie y plebaniey Korczowskiey* (Omisimus – AOSBM).

3-tio. (fol. 299) Tertia mensis Aprilis die, haec acta sunt a Protoarchimandrita in itinere et Klewinowiae, in itinere quidem gener Protopresbyteri Bielscensis insecutus est, in nonnullis suis desideriis Protoarchimandritam, et iussus est pergere Klewinowiam, Klewinowiae vero haec sunt acta: *1-mo.* Vicarius Suprasliensis, Innocentius Charkiewicz, de adventu Protoarchimandritae certioratur et ut provideat aquam rosaceam pro oleis sacris, altaria portatilia vulgo Antimensia depingi curet, Catharinam Branicka, Palatinam Podlachiae, quatenus administret justitiam de Oëconomo suo Lada dicto (in qua materia et ipsa Palatina convenitur litteris a Protoarchimandrita), quia ille invaserit ecclesiam Orlensem, seras effregerit et Bacalauraeum concusserit, compellatur a Protoarchimandrita. *2-do.* Dantur litterae ad Decanum Bielscensem, quatenus Supraslii pro die Jovis post festa Paschatis, compareat, ad instantiam nobilis Bonikowski, quod eum diffamaverit de adulterio, bovem ei acceperit, eumque concusserit, monendo. *3-tio.* Parochus Pasynkoviensis, ut Dorotam Kosowiczowa, consortem defuncti Decani Bielscensis, iniuste a successore eius expulsam restituat ad eius domum, compellatur, eidem nihilominus Dorotae inhibet Protoarchimandrita, ut omnino argentum a marito Gedani locatum recuperet.

4-to. Die quarta mensis Aprilis haec sunt acta Klewinowiae: *1-mo.* Facta est revisio rerum Vice-Colonelli infra scribendi, qui discedens in Prussiam, locavit infra specificandas res Klewinoviae, ipse vero mortuus est in Prussia. *2-do.* Vicarius Suprasliensis, Innocentius Charkiewicz, gratulatus est consecrationem Protoarchimandritae, Josaphatum Sokolowski, Religiosum, obiisse Supraslii die 27-ma Martii detulit, expediisse se Brunsbergam pro studiis Michaelem Nietrzebinski, et Constantinum Toloczko, dedisse vero professionem Ignatio Retzen, significavit, et nullum obtinuit responsum. *3-tio.* De praedio Klewinoviensi ad praedium Topilcense perrexit et hac die pervenit Protoarchimandrita.

Rewizya rzeczy w Klewinowie zostawionych Pana Obeszteleytnanta I.X. Mci (fol. 299-299v; omisimus – AOSBM).

5-to. (fol. 299v) Die quinta mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchi-

mandrita in praedio Topilcensi: *1-mo.* Vicarius Suprasliensis, Innocentius Charkiewicz, detulit fuisse se apud Catharinam Branicka, Palatinam Podlachiae, eandemque in promovendo subiecto capaci ad parochiam Orlensem acquiescere desideriis Protoarchimandritae, expetere Supervisionem in Causa violatae ecclesiae eiusdem ab Oëconomo loci illius Łada dicto, ac interea ut aliquis presbyter ad excipiendas confessiones Orlam designetur postulare, detulit, quod et ipsa Palatina suis ad Protoarchimandritam datis litteris postulavit. *2-do.* Administratio ecclesiae Orlenensis data est presbytero Jasinski, ad instantiam Decani Bielscensis et generis eius Gabrielis Mitkiewicz ad hanc parochiam concurrentis, praeterea, Decanus dictus monetur, ut hic Administrator attendat ecclesiae, culpavit enim eum Palatina, quod septuaginta homines confessos, absque Communione dimitteret et dimiserit. *3-tio.* Innocentius (fol. 300) Charkiewicz, Vicarius Suprasliensis, alabastrum misit ad olea sacra conficienda, et denuntiavit, quod Antonius Tomillowicz, redux Brunsberga praestoletur et expectet Supraslii dispositionem suae personae. Pro primo gratiae actae, quoad secundum jubetur expectare Protoarchimandritam Antonius, quatenus ab eo consecretur in presbyterum. *4-to.* Parochus Berezoviensis, ut doceat et informet celebrationem Missae neoconsecratum Ruszczyc, compellatur a Protoarchimandrita. *5-to.* Casimirus Zaranek, Capitaneus Samogitiae, expetens (pro quo et Joannes Komorowski, notarius Terrestris Mozerensis, Capitaneus Suchovicensis et Nisovicensis Instantiales litteras tulit) ut deposita Chodkieviciana, non extradantur Carolo Joanni Chodkiewicz, Capitaneo Vielonensi, absque scitu eius, eo quod respectu uxoris suae, sororis vero Caroli, pertineret ad eadem deposita, obtinet promissum.

6-to. Die sexta mensis Aprilis, haec sunt acta in praedio Topilcensi, a Protoarchimandrita. *1-mo.* Supervenit ad praedium Topilcense Innocentius Charkiewicz, Vicarius Suprasliensis, et gratulatus est Protoarchimandritae Episcopale munus, cui gratiae actae pro gratulatione. *2-do.* Theophylus Zablocki, Procurator Generalis Provinciae Lythuanae Societatis Jesu, certioratur, quod illius litterae ad Rectorem Grodnensem Szyrma, sint transmissae et expetitur ut acceptet Romam cambium mittendum, scilicet octo aureos Hungaricales. *3-tio.* Innocentius Piehowicz, Archimandrita Milcensis, ut Varsavia superveniat Supraslium pro Consultorio, die tertia Maii celebrando, ut informet Joannem Lipczewski, Patronum Causarum in Nuntiatura, in Causa cum Zalensciis de Koilno et Mazury, et mobilibus Bonis direptis post decessum Leonis Zalenski, Metropolitani, ut Georgio Homanski, Postae Magistro, det pro honorario quinque Imperiales, ut emat antimonium pro typographia Suprasliensi, ut promoveat causam contra Glinscium nobilem, volentem adimere praedium Kotowka et Kadzilnica monasterio Cobrinensi;

ut Josephum Lewicki, Superiorem Chelmensem, arceat ab Episcopatu Chelmensi, et ut sigilla nonnulla servientia Protoarchimandritae recipiat ab artifice expetitur. *4-to.* Joannes Lipczewski, Patronus Causarum in Nuntiatura, certioratur de inita Concordia cum Zalensciis (quam et mittit ei in originali Protoarchimandritae) eidemque contra alios Zalenscios de Koilno et Mazury promovenda committitur Causa, et ut Decretum contra eos mittat, expetitur et hoc superadditur, quod iidem Zalenscii, Puhaczovienses rusticos, pertinentes ad praedium Tryszynense, donaverint nobili Rusiecki suo consanguineo, ... pienec vero villam in Podolia, Stanislao Oranski, vexillifero Czernihoviensi; mittitur vero huic Patrono Protestatio contra Zalenscios facta Brestae, Quietationes duae datae a Sigismundo Zalenski, Jacobo et Stephano Zalensciis, de receptis nonnullis rebus ab iis, post decessum Leonis Zalenski, Metropolitani, Attestationem, quod multa pecora Tryszyno abduxerit Metropolitanus ad praedium Mazury dictum, Regestum originale, quod acceperit Sigismundus Zalenski in cifra Leonis Zalenski, Metropolitani, subscriptum manibus Gedeonis Oranski, Episcopi Chelmensis, Januarii Ohurcewicz, Rectoris Vladimiriensis, Stanislai Oranski, Vexilliferi Czernihoviensis et Sigismundi ipsius Zalenscii, Attestationem Joannis Oleszewski, Superioris Borunensis, quod sex millia a Principe Czetwertynski, Luceoriensi Schismatico Episcopo, accepta pro occisione Religiosi sub monasterio Zahoroviensi, vi decreti Tribunalitii Lublinensis, extraderit similiter Zalenski Metropolitanus pro Mazury. Idem certioratur, quod Protoarchimandrita nemini nisi per decretum possit extradere summam Biallozorovianam, post obitum scilicet Martiani Biallozor, Archiepiscopi Polocensis, derelictam, quod vero non teneatur, sed nec habuerit alios proventus ex administratione Archiepiscopatus Polocensis, veluti frustra asseruit coram Nuntio Sylvester Pieszkiewicz, Procurator Romanus,[26] et postea Archiepiscopus Polocensis, similiter certioratur. Idem (fol. 300v) ut exsportet Protoarchimandritae Inhibitionem, ne in eius Dioecesi teneant Parochi duo Beneficia; ut expetat Adalbertum Wloszkiewicz, Patronum, quatenus tueatur partes Metropolitani, si eum quis ad assessoriam velit adcitare pro invasis bonis ad Peczarensem Archimandriam pertinentibus, quae antea iniuste nobiles tenebant. Idem ut cum Zalensciis praeter supra specificata promoveat quoque Causam de acceptis sex equis expetitur. *5-tio.* Hilarion Kruszewicz, Procurator Generalis Ordinis in Urbe, accusans postam, quod litterae non perveniant, jubetur eas consignare non ad Carolum Matusewicz, Superiorem Grodnensem, ad quem iam semel destinatae litterae perierunt, sed ad Georgium Homanski, Postae Varsaviensis Magistrum. Idem an Haliciensem Metro-

---

[26] Pieszkiewicz Sylvester, Procurator in Urbe (1700-1710), dein Archiepiscopus Polocensis (1710-1714). Obiit 8 Septembris 1714.



Scriptura metr. Leonis KYŠKA
(*Acta Kisciana*, Vol. V, fol. 278)

poliam deberet promovere, ut detur Georgio Winnicki, Metropolitano, omnino jubetur. Idem voluisse se dare contra Nuntium memoriale, quod non petat sibi dari Informationes in negotiis Ordinis, sed supersedisse, ex consilio multorum, laudatur. Idem missam iam pridem ad manus Nuntii expeditionem pro Archiepiscopatu Munkaczensi, in personam Polycarpi Filipowicz, Superioris Bithenensis, deferens, certioratur, quod iam eam ab eodem Nuntio recepit. Idem deferens quod cum Carolo Chodkiewicz, Capitaneo Vielonensi, de Choroszcza repetenda non possit promoveri causa, omnino ut eam promoveat expetitur et monetur. Idem pro misso decreto, ut redeat Laurentius Sokolinski ad Provinciam, a Sylvestro Pieszkiewicz, Archiepiscopo Polocensi, gratiarum accipit actionem et ut Zacharias Ochabski possit transire ad Ordinem Basilianum ab Ordine Piarum Scholarum, expetitur. Idem significans monachum Religiosum Ambrosium Nahuiewski non posse acceptari ad Collegium de Prop. Fide, omnino jubetur procurare, ut saltem acceptetur ad Collegium Graecorum, cui praeesse iam loco Fanti Imperialem denuntians, ut excuset quod ad eum non scribat Protoarchimandrita ob defectum in villa Topilec honesti papyri ad exteras nationes, obsecratur. Idem denuntians quod Banciardi fulminet contra Sylvestrum Pieszkiewicz, Archiepiscopum Polocensem, quod ei accommodatas non reddat pecunias, gratiarum accipit actionem pro notitia. Idem significans eiectos esse a regendo alumnatu de Propaganda Fide Missionarios, gratiarum accipit actionem pro notitia. Idem mittens nonnullorum ponconum formas et expetens an eas velit habere Protoarchimandrita, certioratur, quod multo meliores excudantur Supraslii. Idem mittens Regestrum expensarum Fini Agentis, certioratur de mittendis, quamvis indebite, octo Hungaricis Fino Agenti. Idem deferens apothecarium iam cedere de apotheca, et Gabrielopoli Religiosum alienari in Graeciam, a quibus habuit pro domo concessa pecuniam, proinde se privari proventibus, ad Deum remittitur Consolatorem, et ut agat de damnis illatis cum Sylvestro Pieszkiewicz, antecessore suo, nunc Archiepiscopo Polocensi, monetur. Idem deferens fuisse Romae apostatam Cornelium Pieszkiewicz, quem voluit dare ad galeram, nisi honor religiosus obstitisset, arguitur quod hoc non fecerit, veluti et pro hoc arguitur, quod cuidam vago peregrino Polono dederit litteras passus, eundem nominando esse Basilianum. Idem deferens Nicolaum Spinola, Nuntium Poloniae, scripsisse ad Cardinales, quod nos se immisceamus ad Status Reipublicae, proinde jussisse Cardinales, quatenus Protoarchimandrita intimetur, ne se immisceant ad Reipublicam, ad Deum remittitur Judicem et Vindicem tantae calumniae toti Ordini illatae, per hunc infensissimum statui Unito Nuntium. Idem ut denuntiet, quod cruce Metropolitana utatur Sylvester Pieszkiewicz, Archiepiscopus Polocensis, nimis arroganter; ut procuret ne Seminarium Premysliense consignetur manibus Theatinorum Leopoliensium, ut Alexandro Kizikowski, Notario Capituli Vladimiriensis,

procuret Protonotariatum Apostolicum, ut mittat Reliquias ad Antimensia imponendas, ut inquirat an Metropolita sibi datas facultates pro admittendis bigamis ad Ordines possit etiam conferre et communicare Episcopis suis suffraganeis?, ut Josephum Lewicki, (fol. 301) Superiorem Chelmensem, arceat ab Episcopatu Chelmensi, et ut Benedictum Trulewicz (cuius in hac materia litteras recepit Protoarchimandrita) calumnias Archiepiscopi Polocensis, Sylvestri Pieszkiewicz, et Laurentii Sokolinski, ei adhaerentis, quasi ille eos coram Protoarchimandrita circumveniret, vilipendat, et contemnat, monere faciat, expetitur. *8-vo.* Martinianus Axamitowski, ut attendat integritati Bonorum Episcopatus Vladimiriae, ad Tribunal Fiscale pro tuitione eorundem descendat, inseminationem optimam curet, per postam cum Protoarchimandrita correspondeat, Dorohiniciis inseminatam siliginem demetat, Religiosum Aponowicz, ut in cantu pueros exerceat, Rusticis pro inseminatione contribuat de horreis aulae, et ut moneat Clementem Rozniatowski, Superiorem Verchoviensem, quod in membrano dato tantum pro anno, pro Villa Grodek, nobili Lada, tres annos inscripserit, expetitur et monetur. *7-mo.* Georgius Homanski, Postae Varsaviensis Magister, ut has litteras transmittat, de antemonio et plumbo ad typographiam, quo pretio Varsaviae ematur? inquirat, expetitur a Protoarchimandrita. *8-vo.* Religiosus Paulus Wierzkowski, residens Zamoyscensis, ut litteras datas a Protoarchimandrita, ad Martinianum Axamitowski transmittat, convenitur a Protoarchimandrita.

Complanatio inter Protoarchimandritam et Jacobum, ac Stephanum Zalenscios, circa mobilia ab iis accepta post decessum Leonis Zalenski, Metropolitani (fol. 301-302v. Omisimus – AOSBM).

Quitatia dana J. Panu Jakubowi Zalęzkiemu od J. Pana Zygmunta Zalęzkiego (fol. 302v-303. Omisimus – AOSBM).

Quitatia dana od tegoż J. Panu Stefanowi Zalęskiemu, Podczaszemu Smolenskiemu (fol. 303rv. Omisimus – AOSBM).

Lista expensarum, functionum, sive honorariorum factorum in Causis Rev.mi Patris Leonis Kiszka, Generalis Ordinis D. Basilii M. (303v. Omissum – AOSBM).

Copia litterarum a S. Congr.ne datarum ad Nicolaum Spinola, Nuntium de Episcopatu Vladimiriensi (fol. 303v-304. Cfr. WELYKYJ A., *Litterae S.C. de Prop. Fide*, III, 34, nr. 1027).

COPIA LITTERARUM A STANISLAO SZEMBEK,[27] ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, DATARUM AD SS.MUM IN CAUSA MONACHORUM UNITORUM OPPRESSORUM A MOSCHIS.

Ss.me Pater. Domine, Domine Clementissime. Post oscula Beatissimorum Pedum Sanctitatis Vestrae, humillimam mei et Archidioecesis commendationem. Accepi cum debita eaque profundissima veneratione apostolicum Breve Sanctitatis Vestrae, in quo Sanctitas Vestra mihi mandare dignatur, ut pro munere meo requisitioni Sanctitatis Vestrae, meo consilio assistam, apud Celsissimum Regem, quatenus monachi Rutheni Catholici, Ordinis Sancti Basilii M., ab omni persecutione et consilio Moschovitarum possent esse liberi et securi.

Debeo dare testimonium veritati, Suam Maiestatem, et cum Magno Moschorum Duce, et cum Ministris eius, serias de immunitate et securitate praefatorum Monachorum, imo totius Cleri et Populi Sanctae Romanae Ecclesiae Uniti fecisse, et eandem immunitatem et securitatem in publicis declarationibus et etiam in proxime peracto consilio Varsaviensi, satis bene praecustoditam esse. Cum autem nunc accedant mandata Sanctitatis Vestrae, tanto magis spero, Suam Maiestatem allaboraturam esse, ut voluntas Sanctitatis Vestrae suum habeat effectum, ego quoque id urgere non desinam, pro maxima mea felicitate reputando, nutibus Sanctitatis Vestrae parere, et promptam semper ad vota et expectationem Sanctitatis Vestrae voluntatem gerere ac factis ipsis demonstrare. Procumbo iterum iterumque ad Pedes Sanctitatis Vestrae beatissimos, et Sanctam benedictionem supplex imploro, ac demississime recognosco me esse, quoad vivo, Sanctitatis Vestrae D.ni, D.ni clementissimi fidelem, oboedientem et infimum Servum. In Monte Claro Czenstochoviae, 11. X-bris 1710.

Stanislaus Szembek, Archiepiscopus Gneznensis, Primas.

MEMORIALE IN EADEM CAUSA AD SANCTISSIMUM PORRECTUM, NOMINE PROTOARCHIMANDRITAE (ad porrectum autem nomine Metropolitani nulla est expeditio data, quoniam et anteriores expeditiones in hac causa, vigore huius memorialis, sunt expeditae). Anno 1710, die 5 Octobris.

Beatissimo Padre. Padre Leone Kiszka, Generale dell'Ordine di S. Basilio M. e tutta la Religione Basiliana, Oratori umilissimi della Santità Vostra, genuflessi ai suoi Ss.mi Piedi, colle lacrime agli occhi, umilmente espongono, che doppo havere i Moscoviti ruinato affatto la Chiesa Cathedrale Polocense, con haverla altresì saccheggiata e spoliata affatto di tutte le cose sagre,

---

[27] Stanislaus Szembek, Archiepiscopus Gnesnensis, Primas Poloniae (1706-1721). Cfr. *Hier. Cath.*, vol. V, p. 210.

quale infortunio hanno patito, tutte le chiese, si dei Regolari, che dei Secolari Ruteni Paroci, hanno ancora privati e spoliati di Boni tutti i Monasteri del sudetto Ordine di S. Basilio M., essendovi anche ordine che tutti i Superiori de monasteri siano cattivati dalli soldati Moscoviti e scacciati tutti gli Monaci tanto del Regno di Polonia, quanto dal Ducato della Lithuania, e di tutte le Provincie della Russia, supponendovi (come sin ora si sa dalle lettere) che del sudetto ordine, ne sia consapevole il presente Regnante di Polonia, e perchè ciò si fà, solo per l'odio, che hanno contro i medesimi, a causa dell'Unione, che hanno con la Santa Romana Chiesa. Perciò ricorrono alla Santità Vostra acciò si compiaccia scriverne direttamente al Re Augusto di Polonia e specialmente a Mons. Stanislao Szembek, Primate del Regno e Pro-Cancellario, acciò l'Unione Sancta, seguita con spargimento di sangue del Beato Martire Josafat, si confermi sempre unita colla Santa Romana Chiesa, e restino assicurati gli Beni et i Monasteri della Religione. Che etc.

Informatio de Fratre Damiano Juniewicz operario, data a Procuratore Poloniae Piarum Scholarum ad Procuratorem Romanum earundem Piarum Scholarum (fol. 304v-305. Omisimus - AOSBM).

Copia memorialis dati contra Laurentium Sokolinski, ut redeat ad Provinciam (305-305v. Cfr. WELYKYJ A., *Supplicationes Ecclesiae Unitae*, II, 74-75, n. 510).

Memoriale porrectum pro dando viatico redeuntibus Religiosis Roma ex studiis (fol. 305v. Cfr. WELYKYJ A., *Supplicationes...*, II, 75, n. 511).

Memoriale pro exemptione Religiosorum a jurisdictione Latinorum Episcoporum (fol. 305v-306. Cfr. *Ibidem*, 75-6, n. 512).

7-mo. Die septima Mensis Aprilis haec sunt acta a Protoarchimandrita Fastoviae. *1-mo.* Hac die confectis iis quae ad olea sacra pertinebant, ad praedium Fastoviense perrexit et pervenit Protoarchimandrita. *2-do.* Joannes Skiryn, Parochus Sudzienicensis, Administrator Decanatus Wolkoniscensis, culpans Antonium Zawadzki, Superiorem Zyrovicensem, quod ei nolit extradere res post Alexandrum Tyniewicz, Zyroviciis peste extinctum consanguineum, obtinet litteras ad eundem.

8-vo. Die octava mensis Aprilis haec sunt a Protoarchimandrita in monasterio Suprasliensi acta, ad quod hac die pervenit de praedio Fastoviensi: *1-mo.* Catharina Branicka, Palatina Podlachiae, certioratur quod Protoarchimandrita miserit pro excipiendis confessionibus subditorum Orlanensium hominem ad haec munia idoneum, et expetitur, ut mittat suum quoque Commissarium pro die vigesima prima Aprilis Orlam ad inquirendum, qualem Lada,

Oëconomus loci, violationem fecerit ecclesiae, eandem reserando violenter et postea obsigillando. *2-do.* Alexander Rypinski, ut attendat Rutensis praedii integritati, et mittat currum Protoarchimandritae proprium Bithenium, compellatur a Protoarchimandrita. *3-tio.* Antonius Zawadzki, Superior Zyrovicensis, ut inter Jura Archiepiscopatui Polocensi servientia, conquirat aliquod sigillum Archiepiscopi Polocensis, qui non fuerit Metropolitanus, ad indagandum an Archiepiscopi usi sint in sigillis cruce (quod indebite et stulte praetendebat Archiepiscopus Polocensis, Sylvester Pieszkiewicz) nomine Metropolitani expetitur.

9-no. Nona mensis Aprilis die, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Dies Jovis Magna data est devotioni, Oleorum et Antimensium consecrationi, et praeterea consecrationi in presbyterum Antonini Tomillowicz, Brunsberga reducis, et in diaconum Ignatii Recen. *2-do.* Justinus Kozaczenko, alumnus Collegii Brunsbergensis, mittens theses philosophicas a se defensas, gratiarum accipit actionem et animatur ad ulteriores labores ac omnem exemplaritatem.

10-mo. Decima mensis Aprilis die haec sunt acta, praeter publicam die Parasceves devotionem, Supraslii a Protoarchimandrita: *1-mo.* Tobias Arent, Regens Collegii Brunsbergensis, denuntians se esse Regentem illius Collegii, praeter congratulationem, pro notitia gratiarum accipit actionem. Idem recommendans tum Antoninum Tomillowicz, iam reducem, tum Justinum Kozaczenko et Chrysanthum Powstanski, manentes Brunsbergae, de pietate et doctrina, hoc accipit responsum, quod haec omnia hauserint ex disciplina et sollicitudine Societatis Jesu. Idem appromittens duos adhuc acceptare adolescentes ad alumnatum, gratiarum accipit actionem, et quod iam missi sint, certioratur. *2-do.* Joannes Preüschhoff, Theologiae Professor in Collegio Brunsbergensi, recommendans eosdem, qui supra, accipit officiosas litteras et gratiarum actionem pro sollicitudine Religiosis Basilianis.

11-mo. Die undecima mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Extraduntur litterae universales ad decanatus Ritus Graeci: Drogicensem, Mielnicensem et Bielscensem, cum denuntiatione, quod Protoarchimandrita sit iam Episcopus Vladimiriensis, et cum monitione ut omnes ad recipienda olea sacra Bielsci compareant pro die prima Maii, cum Antimensibus et Investituris. *2-do.* Poluczewski, Parochus Zubaczoviensis, Decanus Ritus Graeci Bielscensis, quatenus litteras universales per parochias distribuat, compellatur a Protoarchimandrita.

12-mo. Die duo decima mensis Aprilis, erat dies Paschatis, proinde devotioni redditum est universum tempus, nonnulla tamen, etiam hac die acta a Protoarchimandrita: *1-mo.* Stephanus Kwaszynski, Decanus Ritus Graeci

Brestensis, ut det Szemborscio, famulo Protoarchimandritae, pecunias pro coëmendis armentis et frumentis pro inseminatione in praedio Tryszynensi, ut de derelictis parochiae Korcerynsis etiam ad praedium Tryszynense mittat aliqua pecora, ut avenam, quam parochi contribuerunt pro adventu Protoarchimandritae, det pro inseminatione Tryszynensi, ut de gravaminibus Parochorum agat cum Nobilibus, in Consistorio Romano Janoviensi, compellatur a Protoarchimandrita. *2-do.* Cobrinensi presbytero Korytyński, quod absque Investitura teneat hanc Parochiam, et Kulczewski, quod in Villa nobilis Osolinski administret Sacramenta, quamvis sit suspensus et abiudicatus, extraduntur litterae Citationum.

13-to. Die decima tertia mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Sadowski, Castellanus Brestensis, ut suis subditis inhibeat, ne rixas cieant cum subditis Tryszynensibus, et ne ipse aggravet, sed potius tueatur eosdem subditos expetitur. *2-do.* Nobilis Anna Sarnacka, Dapifera Mielnicensis, expetens, ut pro die vigesima Aprilis ad ecclesiam Juhnoviecensem superveniat Protoarchimandrita pro funere eius mariti; accipit condolentiam et excusatorias, quod ob (fol. 307) defectum musicae non possit supervenire Protoarchimandrita, nihilominus, quod mittentur Religiosi, responsionem accipit.

14-to. Die decima quarta mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Superior Brestensis, Bartholomaeus Nowicki, notificatur, quod pro Oëconomo Tryszynensi mittatur Szemborski, famulus Protoarchimandritae, et quod de Brestensis monasterii manutentione sit instituendus sermo in Consultorio. *2-do.* Presbyter saecularis Nestor, ut eundem Szemborscium ad aulam Tryszynensem introducat; mel ad vendendum, avenam ad inseminandam extradat; Rusticis, ut ei praestent oboedientiam inhibeat, compellatur a Protoarchimandrita. *3-tio.* Ad subditos Tryszynenses, ut Szemborscio oboediant, dantur a Protoarchimandrita patentes litterae. *4-to.* Pachomius Olszewski, Superior Cobrinensis, quatenus eundem Szemborscium in omnibus adiuvet consilio suo, et ut descendat ad parochiam Teveloviensem et inquirat ac decidat, cuinam debeantur frumenta derelicta post obitum Parochi illius loci, expetitur. *5-to.* Decanus Pružanensis, ne se ingerat ad frumenta Parochiae Teveloviensis, donec de iis decidat Superior Cobrinensis, accipit monitoriales ab Episcopo Protoarchimandrita. *6-to.* Valentinus Janczewski, Oëconomus Torocanensis, ut aedificet ecclesiam Torocanensem ac pro ea aedificanda vendat siliginem, ut procuret continuari altare, quod non perfecit ob mortem suam Religiosus Innocentius Szymbarowicz, ut integritatem praedii attendat, monetur. Et hae omnes litterae transmittuntur per Stephanum Szemborski, famulum Protoarchimandritae, hac die ablegatum Brestam, pro oëconomia Tryszynensi.

15-to. Die decima quinta mensis Aprilis haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Nobilis Galimski, Dapifer Orszanensis, ut restituat praedio Tryszynensi quinquaginta florenos acceptos pro Komięga, ut restituat eidem praedio rusticos Puhaczovienses, et ut restituat centum quinquaginta florenos, quos accepit a Parochis Brestensibus pro ecclesia aedificanda, quam non aedificavit, expetitur Protoarchimandrita. *2-do.* Dominicus Osnowski, Pincerna Novogrodensis, veluti Revisor Fumorum, ut paucos ponat fumos in villa Tryszyn, per milites et pestem desolata, expetitur. *3-tio.* Rector Collegii Brestensis Societatis Jesu ut addat aliquos agros ad ecclesiam suae collationis Punikwensem, valde miseram, expetitur. *4-to.* Żdanowicz, famulus Protoarchimandritae, pro eo quod concusserit Jacobum pastorem, Religiosum, absolvitur, et verberibus jubetur affici, sed fugit; ne ergo ad Moschos confugiat, mitti jubet ei Protoarchimandrita equum eius proprium et sclopeta ab eo in fuga derelicta, ut abeat in vias suas.

16-to. Die decima sexta mensis Aprilis haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Josaphat Jachimowicz, Oëconomus Bithenensis, ut locatam Bithenii Protoarchimandritae summam adferat ad se, compellatur a Protoarchimandrita. Idem ut papyrum pro typographia et Librum Actorum Ordinis, derelictum post obitum Josephi Pietkiewicz,[28] Superioris Bithenensis, Supraslium pro Consultorio, pro die scilicet tertia Maii adferat, expetitur. *2-do.* Hilarion Kruszewicz, Procurator Ordinis in Urbe, mittens Bullam Unionis, gratiarum accipit actionem et ut promoveat Ordinis exemptionem ab omnibus Ordinariis; ut litteras semper ordinet ad Georgium Homanski, Postae Varsaviensis Magistrum; ut decretum de transitu ab Ordine Piarum Scholarum ad Ordinem Basilianum, iam emanatum Romae transmittat; ut Zachario Ochabski, Religioso Piarum Scholarum, (fol. 307v) procuret transitum ad Religionem Basilianam (in qua Causa eiusdem Zachario litterae datae, ad Generalem Ordinis Piarum Scholarum dantur et mittuntur); ut evincat facultatem pro dandis seu satius consecrandis Hostiis Ritus Latini sub tempus Missae Graecae; ne memorialia ad Congregationem Sacram a se data, transmittat, veluti res nullius frugis, ob pretium postae; ut Haliciensem Cathedram applicari Metropolitano (in hoc enim notitiam exposcebat) procuret; ut resciat, utrum possit Nuntius dare Indulgentias Cathedrali Ecclesiae, pro sex annis; ut impediat Canonicis Luceoriensibus Kaszewski et Olszewski dictis Praeposituram Rosiscensem, de qua illi Romae contendebant, eo quod essent causa dirutae ecclesiae Ritus Graeci Rosiscensis, et cogant Ritus Graeci

---

[28] Josephus Pietkiewicz, Protoarchimandrita Ordinis (1686-1690). Fuit etiam Procurator in Urbe (1663-1668). Cfr. de eius vita M.M. Wojnar, OSBM, *De Protoarchimandrita...*, pp. 270-271.

homines ad Ritum Latinum; ut procuret quatenus Religiosus Ambrosius Nahuiewski, monoculus, saltem in Collegio Graeco possit pro studiis acceptari, expetitur a Protoarchimandrita; et simul quod iniuste ad Papam scripserit Stanislaus Szembek, Primas Regni, esse fundatam Unioni et Unitis securitatem, eo quod hoc inscriberetur in Acta Consilii Varsaviensis (quasi Consilium Varsaviense posset Carum Moschoviae adigere, ne persequatur Unitos) quoniam non tantum post hoc Consilium Religiosus Sergius Kozakiewicz est acceptus Rigam, et postea a Szeremeto semivivus dimissus, sed etiam et alia multa in hoc Consilio stabilita, nullum sunt sortita effectum. *3-tio.* Innocentius Piehowicz, Archimandrita Milcensis, expetitur, ut pro die tertia Maii Supraslium superveniat; chalybem Austriacam ad typographiam, et puerum aptum, vocatum Walmunt advehat, expetitur. *4-to.* Theophylus Zablocki, Societatis Jesu Provinciae Lithuaniae Procurator, ut has omnes litteras reddat Georgio Homański, Postae Varsaviensis Magistro, expetitur. *5-to.* Dictus Postae Magister, ut similiter dictas litteras consignet manibus debitis, similiter expetitur.

Bulla Unionis, *data Russiae Unitae, a Clemente VIII, Pont. Romano Anno 1595* (fol. 307v-310v: « Magnus Dominus ». Cfr. Welykyj A., *Documenta Pont. Rom.*, I, 236-243, n. 132).

17-mo. (fol. 310v) Die decima septima mensis Aprilis haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Ludovicus Pociey, Dux Exercituum Lythuaniae, et Regens eius Cancellariae Stanislaus Kalinowski, Capitaneus Telszeniensis, denuntiarunt, quod Torokanie non possit esse libera a fumis decem, in Palatinatu Brestensi, eo quod reperiantur in tarifa, nihilominus dederunt litteras ad Vice-Colonellum Bohun, ut se mansuete gerat, et persuaserunt hanc Causam promoveri in Tribunali Fiscali, secundus vero nomine sui Principalis detulit Dionysium Zabokrzycki, Episcopum Luceoriensem, nullo modo liberari posse ex servitute Moschovitica, et hoc colligi ex litteris datis ad Szembek, Procancellarium Regni a Holowkin, Careo Cancellario. Idem detulit Carum esse in Sluck, et velle Varsaviae conferentiam habere cum Augusto Rege, ac persuasit, ut etiam Protoarchimandrita illuc superveniat. *2-do.* Innocentius Piehowicz, Archimandrita Milcensis, Festa Paschatis est gratulatus, veluti imminentia, et expetiit ut Protoarchimandrita mittat equos Varsaviam pro eo. Idem misit eas, quae infra informationes. Idem denuntiavit Josephum Lewicki, Superiorem Chelmensem, misisse pro recipienda administratione Archimandriae Zydyczynensis, sed quia non attulit Hybernae mille sexcentos florenos, ideo negatam esse ei administrationem dictam. Idem detulit necessariam esse visitationem monasterii Chelmensis, eo quod Religiosi destituantur victu. Idem detulit Josephum Michalewicz, Religiosum, noluisse discedere Horodiscum, proinde expeditum

esse Supraslium, et expetiit, ut ad tollendas seditiones, alienetur omnino de Milcensi monasterio. Huic nullum datur responsum ob defectum occasionis. *3-tio.* Theophylus Zablocki, Procurator Societatis Jesu Varsaviensis, gratulatus est Festa Resurrectionis et gratias egit pro litteris transmissis Rectori Grodnensi Szyrma, declaravitque acceptandos octo Hungaricos Romam pro cambio. Idem denuntiavit inchoatos esse Romae processus pro canonisatione Stanislai Kostka, Cardinalis Bellarmini et Regis natione Galli. *4-to.* Catharina Branicka, Palatina Podlachiae, ut extradat genero Decani Bielscensis, Poluczewski dicti, dicto Mitkiewicz, litteras pro Orlensi parochia, compellatur a Protoarchimandrita. *5-to.* Stephanus Szemborski, Oëconomus Tryszynensis, ut caveat sibi et bobus, a Moschis appropinquantibus Brestam, ut quantocius (fol. 311) inseminet, ut frumenta conservet ad Cathedram, non Tryszyni, ne coëmat pecora donec transeant Moschi, compellatur a Protoarchimandrita. *6-to.* Judicatur Causa inter Michaëlem Poluczewski, Decanum Bielscensem et inter Nobilem infra specificandum, ac fertur subsequens decretum:

Decret między W.E. Michałem Połuczewskim y Panem Wawrzyncem Bankowskim. (fol. 311. Omisimus – AOSBM).

Informatio pro reunienda Cathedra Haliciensi Metropolitae Kyoviensi, tamquam suo toti, brevis, vera, realis et genuina, data a *Georgio Winnicki*, Metropolitano Russiae, Nicolao Spinola, Nuntio Apostolico, contra Barlaamum Szeptycki, Episcopum Leopoliensem.

(*Extat etiam in* APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 577, foll. 509-510).

1-mo. – Ab ipsa infantia Fidei Ruthenorum Christianae, quam cum suo Monarcha Vladimiro Magno[29] a Graecis susceperunt, circa annum D.ni 996, imperantibus Basilio et Constantino, unus erat tantum Metropolita, et primus nomine Michaël, qui Kyoviae venit, in Metropoli tunc totius Russiae Sedem suam posuit et ipsius successores. Successu vero temporis, quando latius atque latius coepit propagari fides, et grex Ruthenorum fidelis multiplicari, Monocratores illorum coeperunt illis providere Pastores et fundare Episcopatus Kyoviae vicinos, veluti Czernihoviensem, Novogrodensem, in Severia, Rostoviensem, Pereiaslaviensem, aliosque intra extraque Boristhenem, Desnam, Tanaim et Volgam fluvios, extendebatur enim hunc dominium Ducum Kyoviensium, etiam in Russiam Magnam, nunc Moschovia

---

[29] Princeps Volodimirus Svjatoslavyč I, Baptizator Ucrainae (an. 988). Cfr. Nazarko Ir., OSBM, *S. Volodimirus Magnus – Princeps et Baptizator Ruś-Ucrainae*, Romae 1954, in « Opera OSBM », nr. 4, in lingua ucraina.

dictam; omnes hi Episcopi dependebant a Metropolita Kyoviensi, tamquam suffraganei eius.

2-do. – Deinde quando coepit brevi tempore diffundi lux Evangelii in alias Russiae partes, fundati sunt alii Episcopatus Rutheni Vladimiriensis, Luceoriensis, Chelmensis, Pinscensis, Premysliensis, ceterique in Russia Alba, quamvis non omnes iisdem temporibus. Et hi omnes Episcopatus subdebantur Metropoliae Kyoviensi. Russiam tamen, in qua est Districtus Leopoliensis, Haliciensis, Camenecensis, tum Palatinatus Podoliensis et Braclaviensis solus Metropolita in spiritualibus regebat immediate absque suffraganeo Episcopo. Quia vero Ducum Kyoviensium monarchia, tum per partitiones successionis, tum per intestina fratrum bella et cognatas acies lacerata fuit, et Duces Kyovia sedem suam Haliciam transtulerunt, Metropolita enim quamvis retento priori Kyoviensis, assumpsit etiam Haliciensis titulum in honorem Urbis Metropolis Ducum suorum, quorum potentia in Dominio Haliciensi magis florebat, ut etiam Daniel Dux,[30] pater Leonis Ducis, a quo Leopolis exstructa est, Regem se Haliciensem vocari voluerit.

3-tio. – Quando vero potentia Moschorum crevit, et Principatus seu Ducatus distinctus ab aliis Ducibus Russiae, Magni Duces Moschorum in suis Dominiis fundarunt multas alias Sedes Episcopales et Metropolitanas, ac postea Patriarcham Moschoviae nuncupatum; reliqui tamen Episcopi omnes, in universa Russia, Regno Poloniae et Magno Ducatu Lythuaniae subiecta, remanserunt sub Metropolitano Kyoviensi, et Haliciensi, totiusque Russiae, nimirum ad Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lythuaniae spectantis.

4-to. – Metropolita Kyoviensis et Haliciensis alternis olim vicibus residebat, tum Kyoviae, tum Haliciae, ibique Clerum et Populum suo ovili commissum regebat, sustentatus ex bonis, ad utramque Cathedram spectantibus; tandem quia frequentius et diutius contingebat residere Metropolitam in Urbe Kyoviensi, utpote in meditullio suae Hierarchiae illis temporibus sita, Halicia enim ab Oriente, Valachiae, a meridie Hungariae non procul confinis est, pertaesi Clerus et Populus Halicienses, diuturnam Pastoris sui absentiam, supplicarunt Serenissimo p.m. Sigismundo primo,[31] Regi Poloniae, quatenus ipsis pro terris Palatinatus Podoliae et Russiae provideret Episcopum quasi Aulicum, seu Curiae Metropolitanae, propter (fol. 312) commo-

---

[30] Daniel Romanovyč, dux Haliciensis, religionem catholicam amplexus est (an. 1246); anno 1253 a delegato pontificio (Opizo) rex coronatus, sed post paucis annis a fide catholica defecit. Mortuus est anno 1264.

[31] Sigismundus I, rex Poloniae (1505-1548).

diores consecrationes presbyterorum, ecclesiarumque, tum propter discernendas Causas matrimoniales, atque alias functiones, officio annexas Episcopi, exercendas. Itaque Rex Sigismundus, ad instantiam importunam Cleri et Nobilitatis Ruthenae dedit diploma in personam Macarii Tuczapskij,[32] Vicarii pro tunc Officialis Ecclesiarum Leopoliensis et Haliciensis, Metropolitani, quem Macarium Tuczapski Rex pro Episcopo Haliciensi et Leopoliensi nominavit, extendendo jus suum regium, stante tunc inter Ruthenos Schismate, contra jus Metropolitanum. Privilegium hoc seu Diploma Regis Sigismundi datum est Macario Tuczapski anno 1539.

5-to. – Itaque forte ambitus privatus Macarii et proxime memoratum Diploma regium, conceperunt Episcopatum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem, inauditum a conversione Ruthenorum ad fidem Christianam, tandem anno D.ni 1540 hic Episcopatus nuncupatus partus est, vivente tunc Metropolita Kyoviensi et Haliciensi, eiusdem nominis Macario;[33] nihilominus adhuc in cunis suis existente hoc Episcopatu, Macarius Tuczapski primus nuncupatus Episcopus Leopoliensis, dedit scriptum Macario Metropolitae Kyoviensi, in quo scripto originali et authentico, extante etiamnum in Archivo Metropolitano, vocat se Episcopum Aulicum, ex brachio Archiepiscopi Metropolitae Kyoviensis et Haliciensis et totius Russiae, ex cuius scripti tenore et contextu elicitur, et liquet. Macarium Tuczapski merum fuisse Vicarium Metropolitani et duntaxat fuisse creatum titularem Episcopum Haliciensem etc. Jus vero ad Ecclesiam Haliciensem cum titulo, tum Leopoliensem et Camenecensem, aliasque reservatum fuisse et remansisse penes Metropolitam Kyoviensem, Haliciensem et totius Russiae, tunc et pro tempore existentem. Quod comprobatur etiam scripto Macarii Metropolitae anno 1548, in quo Macarium Tuczapski per expressum vocat Vicarium suum in loco Episcopi sui Aulici constitutum, circumscribitque eius jurisdictionem, proventus etc. ac in eodem scripto suo Macarius Metropolita subscripsit se Metropolitam Kyoviensem-Haliciensem et totius Russiae, iam post elapsos septem annos, a creatione Macarii Tuczapski in titularem Episcopum Leopoliensem.

6-to. – Ab anno igitur 1540 Episcopi Leopolienses et Camenecenses cum titulo etiam Haliciensium sub oboedientia debita Metropolitae manserunt usque ad annum 1595, quo anno Michaël Rahoza[34], Metropolita Kyoviensis et

---

[32] Macarius Tuczapskyj, episcopus Leopoliensis (1539-1549).

[33] Macarius, Metropolita Kioviensis, Haliciensis et totius Russiae (1534-1556).

[34] Michaël Rahoza, Metropolita Kioviensis, Haliciensis totiusque Russiae (1589-1599). Anno 1595-6 coaluit s.d. Unio Berestensis, primum Romae et dein ratificata in s.d. Synodo Berestensi. Cfr. *Documenta Unionis Berestensis eiusque Auctorum*, Romae 1970.

Haliciensis, cum suis Episcopis Conprovincialibus, inter quos etiam fuit Gedeon Balaban, per oratores suos Hypatium Pociey, Vladimiriensem et Cyrillum Terlecki, Luceoriensem Episcopos, regnante in Polonia Sigismundo III, professionem fidei catholicae (quam enim Gedeon Balaban, Episcopus Leopoliensis tunc, cum aliis subscripsit) ad fel. rec. Clementem VIII, Pont. Maximum, commisit. Tandem quando Roma reversi sunt praefati duo oratores Episcopi, Gedeon Balaban, Episcopus Leopoliensis, statim a fide catholica, quam subscripsit ante et oboedientia Ss.mo Pontifici vinculata, ad pristinum vomitum rediens recessit, pro qua apostasia sua in Synodo Provinciali Brestensi anno 1596 celebrata a Michaële Rahoza, Metropolitano Kyoviensi, Haliciensi, aliisque Episcopis Unitis, etiam anathemate ictus est Gedeon Balaban, ab Episcopatuque Leopoliensi et Camenecensi degradatus, quam Synodum Brestensem etiam Sigismundus III, Rex Pol., per litteras suas (in quibus Michaëlem Rahozam notanter vocat Archiepiscopum Metropolitam Kyoviensem-Haliciensem et totius Russiae, Varsaviae Anno D.ni 1596, die 15 X-bris, datas confirmavit) (fol. 312v) et Gedeonem Balaban, Episcopum Leopoliensem, condemnavit pro degradatoque declaravit, uti pro tunc fieri solebat.

7-mo. – Tandem Pseudo-Episcopus ille Gedeon Balaban, videns se excommunicatum et degradatum, non solum non resipuit, sed etiam furore actus Cathedram Haliciensem violenter deoccupavit et primus usurpavit sibi titulum Episcopatumque Haliciensem, cuius tantum erat Vicarius ac Officialis, eundem titulum postea rapuerunt et pervicaciter retinuerunt Succedanei eius Ep.pi Leopolienses Schismatici. Neque debent in dubium revocari Jura Metropolitarum Kyoviensium ad Cathedram Haliciensem, quia Sigismundus Rex non restitit impudentiae, contumaciae et violentiae Gedeonis Balaban, sicut neque Reges successores aliis Episcopis Leopoliensibus Schismaticis usurpantibus titulum Haliciensium restituerunt, quippe saeculo Gedeonis Balabani, densa erant agmina Nobilitatis Ruthenae protectricis Schismatis, tum adhuc extabant Principes Ostrogii, et praecipue praepotens ille Dux Ostrogius Constantinus, Palatinus Kioviensis,[35] magnus Schismatis Ruthenici promotor et defensor. Sequentibus vero temporibus, Cosaticis, Sueticis, Hungaricis, Turcicis, Scythicis, ideoque non poterant assistere Metropolitis ad vindicandam Cathedram Haliciensem, cuius Unionem et Nexum cum Metropolia Kyoviensi perpetuum probant hic documenta ut anteriora omitantur: *1-mo.* Privilegium Regis Alexandri a Macario Tuczapski, adhuc Officiali protunc Metropolitani, porrectum ad Acta Castrensia Leopoliensia anno 1537. *2-do.*

---

[35] Constantinus Ostrožskyj, dux Ostrogiensis, Palatinus Kioviensis (1558-1608). Hic fuit principalis oppugnator Unionis, eiusque adversarius.

Scriptum ipsius Macarii Tuczapski anno 1540. *3-tio.* Scriptum seu ordinatio circa Episcopatum Leopoliense Macarii Metropolitae Kyoviensis anno 1548. *4-to.* Privilegium Regis Sigismundi III Hypatio Pociey, Metropolitae Kioviensi pro Archimandria Peczariensi, datum anno 1599. *5-to.* Privilegium Regis Joannis Casimiri piae mem. Gabrieli Kolenda pro Coadiutoria datum, anno 1652, in quo Sielawa vocatur Metropolita Kyoviensis et Haliciensis. *6-to.* Administratio Metropoliae Kyoviensis a Rege Joanne III defuncto Ill.mo Leoni Zalenski anno 1693 data. *7-mo.* Bulla Unionis Ruthenorum Michaëli Rahozae Metropolitae, quae incipit: « Decet Romanum Pontificem » anno 1595. Item Breve Clementis VIII quod incipit: « Benedictus sit Pastor ille bonus » anno 1596. *8-vo.* Sacra Clementis VIII Metropolitae Pociey data anno 1607. *9-no.* Juramentum Josephi Rutski, Metropolitae, a. 1614. *10-mo.* Sacra ab Urbano 8° Metropolitae Sielawa 1640. *11-mo.* Bulla Unionis Clementis VIII, quae incipit: « Magnus Dominus et laudabilis nimis ». Quae omnia documenta, alia originalia, quaedam authentica producentur.

8-vo. Si vero diceret aliquis, cur stante vita post conversionem ad gremium Sanctae Romanae Ecclesiae Ill.mi Szumlanski,[36] Episcopi Leopoliensis, non repetebatur Cathedra Haliciensis. Resp., quia a pie defuncto Ill.mo Leone Zalenski repetebatur, sed a repetitione eius supersedit Ill.mus Zalenski Metropolita, interventu intercessionis Excellentissimi D.ni Jablonowski,[37] olim Supremi (fol. 313) Exercituum Ducis, pro Ill.mo Szumlanski dilataque fuit haec Causa et repetitio ad vitae eius tempora, ex duplici respectu: *1-mo*, quia in Dioecesi Leopoliensi primus plantavit Unionem Sanctam. *2-do*, quia Bona ad Cathedram Haliciensem spectantia, nempe Perehinsk, impensis et labore suo, ex manibus alienis vindicavit, qui respectus non possunt patrocinari moderno possessori.

9-no. Cathedram Metropolitanam Kyoviensem cum Bonis eiusdem extra Boristhenem possidet nunc acephalus nuncupatus Metropolita Kyoviensis, Joasaph Krukowski;[38] Metropolita vero Sanctae nostrae Romanae Ecclesiae Unitus nullam habet Cathedram, nulla Bona pro sua Provisione, quae enim Bona Metropolitana in Regno exstant, potius vocabula tantum sunt Bonorum et in manibus alienis, estque Metropolita Kioviensis Unitus mere titularis tantum Metropolita, absque ulla congrua ad sustentationem sufficientia, ideoque non solum Jus Metropolitanum liquidissimum, sed etiam necessitas Cathedram Haliciensem repetit.

---

[36] Josephus Szumlanskyj, episcopus Leopoliensis (1676-1706), qui eparchiam Leopoliensem ad unionem cum Ecclesia Catholica anno 1700 traduxit et univit. Cfr. « *Litterae Episcoporum* », vol. IV, nnr. 167-8, 171-2.

[37] Stanislaus Jablonowski, supremus dux exercitus (1682-1702).

[38] Metropolita non unitus Kioviensis, Joasaph Krokowskyj (1707-18).

10-mo. Pseudo-Metropolitae Kiovienses intitulantur etiam Halicienses, ergo semper spectabat et spectat Cathedra Haliciensis ad Metropoliam Kyoviensem, aut Episcopi Leopolienses probent, per quam Legem, Constitutionem aut Privilegium exclusi fuerint Metropolitae Kiovienses a Cathedra Haliciensi.

DUBBIA PORRECTA ROMAE AB HILARIONE KRUSZEWICZ, PROCURATORE, RESOLUTA NUNTIO A METROPOLITANO.

1-mo. – An parochi et parochiani Rutheni, servantes Ritum Graecum, teneantur ad taxas, census, onera, aliqua gravamina indicta a principibus et magnatibus Regni Poloniae?

2-do. – An parochi et parochiani Rutheni, degentes in Premysliensi aliisque Dioecesibus, teneantur ad Decimas praetensas per parochos latinos?

3-tio. – An Ruthenis de Ritu Graeco sit permissum transire ad Latinum?

4-to. – An expensis latinorum veniat reaedificanda ecclesia parochialis olim existens in oppido Tylicensi, una cum restituitione omnium mobilium et rerum ablatarum?

5-to. – An Archiepiscopus Metropolitanus Kyoviensis, Haliciensis et totius Russiae possit praecipere Episcopis Suffraganeis, ut in qualibet Dioecesi constituant idoneum Notarium seu Cancellarium pro accipiendis querelis exponendis per Ruthenos, ac Juribus respective, tam in Causis civilibus, tum criminalibus?

6-to. – An sint promovendi ad Episcopatus et Praelaturas ad Regiam nominationem Monachi Sancti Basilii Magni, inauditis Archiepiscopo Metropolitano, Protoarchimandrita et Consultoribus Religionis?

7-mo. – An Causae Monachorum Sancti Basilii Magni sint in prima instantia discutiendae coram Superiore Religionis, in secunda vero coram Episcopo seu Archiepiscopo, etiam omisso medio, et in tertia coram Nuntio Ap.?

Desideriorum Religionis et Hierarchiae Unitae Ruthenae a Sacra Congregatione de Prop. Fide, ad Exc.mum Ill.mum et Rev.mum D.num Nuntium Apostolicum, in Regno Poloniae, et Magno Ducatu Lythuaniae, pro informatione, anno 1710 transmissorum super dicta elucidatio.

1-mo. – Quantum ad primum desiderium, respectu immunitatis presbyterorum Clericorumque Unitorum non est dubitandum; haec enim immunitas (fol. 313v) a censibus, taxis, oneribus, omnibusque gravaminibus exquisitis, cauta est omni Jure ecclesiastico et politico; Jus ecclesiasticum non est

citandum tanquam evidentissimum, quia tot exstant Bullae et Decreta Summorum Pontificum, quibus Clerus Ruthenus Unitus comparificatur Clero Latino, iisdemque immunitatibus, et privilegiis, fori et canonis donatur. Jura vero Regni Poloniae pro immunitate Cleri Rutheni, volumina Legum implent et decisas habet Clerus Ruthenus, etiam olim stante Schismate, pro immunitate sua Constitutiones et Rescripta Regum specialia, incipiendo a Rege Casimiro Magno, usque ad Serenissimum Augustum II feliciter nunc regnantem, et natio Ruthena tempore Casimiri Magni Regno Poloniae incorporata cum Juribus suis, non ad Jura libere accessit et coaequata est in omnibus praerogativis, dignitatibus, libertatibus et privilegiis, Genti Polonae, ecclesiastici ecclesiasticis, saeculares saecularibus; sciunt haec omnia universi Status Poloniae Regni, et Magni Ducatus Lythuaniae, sed non omnes et singuli Legibus obtemperant, multi enim haeredes et possessores, presbyteros unitos in bonis suis ad census, vecturas et alia onera trahunt, sacerdotes clavigeros a granariis suis, canum suorum venaticorum altores faciunt et innumeris vexant iniuriis, pro quibus nulla aut modica sunt remedia in subselliis Judiciorum castrensium aut tribunalitiorum, cum iidem sint judicantes, qui et opprimentes, unicum proinde restat horum malorum remedium – Ss.mi D.ni Nostri Providentia et clementissima instantia scripta ad Serenissimum Regem, tum Ordines Regni et Magni Ducatus Lythuaniae, in Comitiis generalibus congregandos, quatenus Constitutiones pro immunitate Cleri Rutheni Uniti latae observentur et novella Constitutione executio earum demandetur, tum etiam Brevia ad Ill.mos Dominos Episcopos Latinos in Regno Poloniae e Magno Ducatu Lythuaniae expediantur, ut oppressores Cleri Uniti moneant, coram Tribunalibus suis conveniant, iudicent et si opus fuerit contumaces censuris feriant.

2-do. – Decimae praediales seu manipulares per sacerdotes Ritus Latini exiguntur in Episcopatu Premysliensi a Clericis et subditis Unitis Ruthenis, quo iure ignoratur, nisi tantum consuetudine vetustate roborata, quae olim invaluit ex odio Schismatis, quod Schisma, quia eradicatum est, per profusionem sanguinis, veluti testatur martyrium gloriosum Beati Josaphat, Archiepiscopi Polocensis, tum per impensas antistitum Ruthenorum Unitorum, prout remonstrant hae impensae in dioecesi Premysliensi Ritus Graeci per piae mem. Rev.mum D.num Innocentium Winnicki,[39] Episcopum Premysliensem factae, qui plantavit, promovit et nidificavit in sua Dioecesi

---

[39] Innocentius Wynnyckyj, Episcopus Peremysliensis (1680-1700), qui anno 1692 eparchiam suam Sedi Apostolicae et Ecclesiae Catholicae univit. Cfr. Balyk B., OSBM, *Innocentius Wynnyckyj, Episcopus Peremysliensis, Samboriensis et Sanocensis (1680-1700)*, Romae 1978, in « Opera OSBM », vol. 38, in lingua ucraina.

Unionem Sanctam propriis impensissimis fortunis haereditariis. Tunc cessante odiosa Causa, etiam effectus eius odiosus debet tolli, quando ulnis Sanctae Matris Ecclesiae Romanae aggregata est Ecclesia Ruthena in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lythuaniae (si unus dematur Episcopatus in Alba Russia, disunitus adhuc) est iam praeiudicatum inter Capitula Ritus Latini et Ritus Graeci Uniti Chelmensia, per decisiones Rotales Curiae Romanae factum, quid ut etiam in aliis dioecesibus Premysliensi, Luceoriensi et Leopoliensi possit in exemplum venire, supplicat Sanctae Sedi Apostolicae Hierarchia tota et Religio Ruthena Unita; si enim parochi latini non exercent curam animarum (fol. 314) parochianorum Ruthenorum, multo minus presbyterorum Unitorum, quo titulo exigent ab ipsis Decimas praetensas? Compositio in hoc puncto amicabilis inter Capitula Latina et Ruthena Unita, absque decisione finali Sanctae Sedis Apostolicae, oleum et operam perderet, ideoque humiliter supplicat Religio et Hierarchia tota Unita, pro Decreto Sanctae Sedis Apostolicae in hoc negotio.

3-tio. – Transitus de Ritu Graeco Unito ad Latinum prohibitus est per decretum fel. rec. Ss.mi D.ni N.ri Urbani VIII, die 7 februarii 1624 emanatum, quod transitum eiusmodi sine speciali licentia Sanctae Sedis Apostolicae vetat sub nullitate actus. Modo plurimi et praecipue Nobiles transeunt ad Ritum Latinum, transeunt vero ideo, quia aggravando presbyteros Unitos et parochos simul suos, quando pro respondendo in judicio Episcopali conveniunt, refugiendo poenas pro gravaminibus in sacerdotes commissis, transiliunt ad Ritum Latinum, excutiendo simul jurisdictionem spiritualem suorum Pastorum, quamvis sibi medicinalem et discretissimam, atque ut ita eloquantur desideria sua, plus opprimentibus, quam oppressis propter praesentes circumstantias indulgentem. Supplicat itaque humillime tota Religio et Hierarchia Ruthena Unita, quatenus Ss.mus D.nus Noster decretum antefatum Ss.mi D.ni N.ri Urbani VIII publicari et promulgari mandet, moneaturque Ill.mos D.nos Episcopos Ritus Latini et Capitula eorum, tam in Regno Poloniae, quam Magno Ducatu Lithuaniae, ne transeuntes de Ritu Rutheno Unito ad Ritum Latinum sine speciali licentia sua Apostolica, successorumque suorum, pro tempore existentium, suscipiant, suscipique permittant; poterit enim venire tempus, quo Pastores Uniti Episcopi et Presbyteri remanebunt sine ovibus suis, quando hic transitus non erit prohibitus. Et Causa Generosi D.ni Eliae Wislocki, Dapiferi Zytomirensis, ex antecessoribus suis Rutheni (qui transiit ad Ritum Latinum) etiam nunc in Tribunali Sacrae Nuntiaturae Ap. pendens, demonstrat, quam nociva sit Ritui Unito; multos enim traxit ad Ritum Latinum Ruthenos Unitos Nobiles impunitus transitus eius, qui traxit post se Bandrowscios, Blażewscios caeterosque Nobiles Ruthenos Unitos.

4-to. – Ecclesia Ruthena Unita Tylicensis specialissimam compassionem Sanctae Sedis Apostolicae et opem implorat; haec Ecclesia, ante infelicem suam demolitionem, erecta et fundata est, ante annos demolitionis suae circiter sexcentos, habens suos parochos et parochianos Unitos Sanctae Romanae Ecclesiae. Haec Ecclesia Ruthena demolita est funditus, tenente tunc Episcopatum Cracoviensem Ill.mo D.no piae mem. Joanne Malachowski, Episcopo Cracoviensi. Fundi Ecclesiae illius ab eodem sunt avulsi et ad ecclesiam parochialem latinam Tylicensem incorporati, nempe duo lanei, imagines conculcatae et distractae, Sacratissimum Venerabile D.ni Jesu X.ti, vel eiectum, vel nescitur quo acceptum, et Rutheni Uniti parochiani illius Ecclesiae Tylicensis remanserunt sine Ecclesia, sine Pastore, sine devotione et administratione Sacramentorum. Ligna ex ecclesia Ruthena Tylicensi transportata sunt in oppidum Mistyna dictum et ex illis templum aedificatum est. Caeperat Causam dirutae ecclesiae Tylicensis promovere defunctus piae mem. Malachowski,[40] Episcopus Peremysliensis, Unitus, et iam commissiones et inquisitiones in hac Causa expeditae sunt, sed effectum earum mors defuncti Ill.mi Malachowski, Episcopi Cracoviensis prevenit et impedivit. Et piae mem. Ill.mus D.nus Denhoff, Episcopus Cracoviensis, stante vita sua scripsit litteras ad modernum Unitum Episcopum Peremysliensem et Metropolitam Kyoviensem, datas die 7 Martii anno 1702, in quibus declarat restitutionem fundi ecclesiastici, reaedificationem Ecclesiae, promittitque expeditionem suorum Commissariorum, in Tylicz ad eum effectum, (fol. 314v) sed et hunc antistitem rapuit mors, et oppidani Rutheni Uniti remanserunt sine Ecclesia sua, qui excedunt numerum quingentorum et debent miseri quaerere alienos parochos pro perceptione Sacramentorum, parochus vero Tylicensis Latinus, nescitur quo titulo possidet fundum Ecclesiae Tylicensis Ruthenae. Nihil proinde iustius, quam ut fundus ecclesiae Tylicensi Ruthenae restituatur et ecclesia reaedificetur, sumptibus Latinorum, a quibus est diruta.

5-to. – Concedendum Metropolitano facultates ad creandos notarios, tum pro Archidioecesi sua metropolitana, tum pro aliis Dioecesibus confratrum Episcoporum Unitorum, necessitatem indispensabilem demonstrant iniuriae, tum presbyterorum, tum ecclesiarum Ruthenarum; multa enim presbyteri a Dominis haeredibus et possessoribus, imo a privatis saecularibus, contumelias, gravamina, vulnera interdum et concussiones patiuntur, nec ob suam pauperiem possent remota adire acta, coram quibus consignarent, suas ecclesiarumque suarum iniurias et violationes. Ut ergo Metropolitanus pro sua Kyoviensi, Haliciensi, caeterisque Dioecesibus Suffraganeorum

---

[40] Joannes Malachovskyj, Episcopus Peremysliensis catholicus (1669-1691), dein nominatus Chelmensis (1692-3).

episcoporum possit creare Notarios seu Cancellarios, cum ea potestate, qua tabelliones seu notarii Apostolica Authoritate creati fruuntur, ut illi notarii valeant suscipere et consignare querelas sacerdotum Ruthenorum, laesionemque jurium eorum, tam in civilibus, quam criminalibus Causis, Sanctae Sedi Apostolicae Metropolitanus et Universa Hierarchia Unita supplicat. Concessae huius facultatis Metropolitano Russiae, extat iam Breve Apostolicum, fel. rec. Urbani VIII, Pont. Maximi, die 20 Augusti A. Domini 1635, Pontificatus eius anno XIII emanatum.

6-to. – Ne Monachi Ordinis Divi Basilii Magni ad Episcopatus et caeteras Praelaturas, ad Jus Regium patronatus spectantes, per solam anticipatam nominationem Regiam promoveantur, sine praevia recommendatione Metropolitani, Ordinis Basiliani statuta approbata a Summis Pontificibus possunt, quae statuta sic obloquuntur et disponunt, ut ad Sedes vacantes aliasque Praelaturas subiectas nominationi Regiae, subiectum capax primo a Protoarchimandrita et Consultoribus Ordinis recommendetur Metropolitano, postea a Metropolitano recommendandum Regi in ordine ad obtinendum diploma regium; si enim cuilibet monacho per privatum pruritum licebit procurare nominationes regias ad episcopatus et alias praelaturas îndependenter, indipendenter a recommendatione Metropolitani, Protoarchimandritae, et Consultoribus Ordinis, solvetur inter Religiosos votum paupertatis, quo... que, enim proprietatem in Religione damnatum, utpote circa professionem suam abdicatam, sequetur et pecuniam clandestine congregabit, qua postea corrumpat promotores ambitus sui, ideoque necessarium est Ss.mi D.ni Nostri decretum inhibitivum huius ambitus, nisi primo Protoarchimandrita et Consultores Metropolitano recommendent ad vacantias subiecta idonea, quae postea nominationem regiam impetrent, obtineantque ex recommendatione Metropolitani.

7-mo. – Ut licentiae et praepotentiae Monachorum obviaretur, statutum est in Congregatione Ordinis Basiliani Generali, quatenus laesi Monachi reos Monachos conveniant primo coram Protoarchimandrita Religionis (fol. 315) et si gravamen praetenderint in secunda instantia, coram Metropolitano, in tertia vero Instantia per viam appellationis coram Nuntio Ap. in Regno Poloniae pro tempore existente. Quod statutum concorditer conclusum, ut ratificetur et approbetur a Sancta Sede Apostolica, humillime tota Religio Basiliana supplicat, haec vero adiectio etiam omisso medio, tanquam inutilis, impertinens et supervacanea omittatur, utpote quae nescitur unde irrepserit, inter desideria et in quem finem.

18-vo. – Die decima octava mensis Aprilis, haec sunt acta Supraslii a Protoarchimandrita: *1-mo.* Chrisostomus Kublicki, residens Torocanensis,

detulit nihil se evicisse apud Ludovicum Pociey, Supremum Exercituum Lythuaniae Ducem, in Causa Torocanensi; jussit enim exolvi fumalia ex decem fumis Torocanensibus, eo quod reperiantur in tarifa Brestensi, in quo puncto jubetur ut exsolvat, ne rustici intereant (quod et in litteris ad Janczewski, Oeconomum, scripsit idem, eidem quoad hoc punctum respondendo Protoarchimandrita). Idem detulit missas esse litteras tuitionis praediorum Volhynensium, ab eodem Duce a cohortibus Volhyniam transeuntibus. Idem significavit quinque legiones illac transiisse (quae omnia significavit quoque Oëconomus Janczewski) Moschorum, aulas invadere, rusticorum aedes omnes Dumae diripuisse, in aula Torocanensi pauca direpta, Dumam in integro manere, equos acceptos etiam in aula Marescalci Wołłowicz, quin etiam apud matrem eius Mleczkowa direptos equos esse, Brigadierum noluisse dare Moscho obsidium vulgo *załoga*, eo quod timeret ne aufugeret, presbyterum Torocanensem ab iisdem Moschis amisisse triginta quinque mensuras siliginis, anseres, anates et duas tonnas salis; pro his omnibus seu pro eorum omnium notitia, gratiarum accepit actionem. Idem non posse extrui ecclesiam significans, eo quod desit calx ad eam subtus muro ducendam, omnino jubetur extruere et ut suppeditetur calx Bithenio, litteras accipit ad Oëconomum loci, Superioremque Bithenensem. Idem expetens ut rusticis, oppressis a Moschis, detur siligo, obtinet, quod petit. Idem expetens notitiam an Haebreis debeat dari et vendi siligo, obtinet hanc notitiam, ut vendatur. Haec omnia scripta quoque sunt ad Valentinum Janczewski, Oëconomum Torocanensem, quoniam etiam ille in eadem materia suas dedit ad Protoarchimandritam litteras. *2-do.* Alexius Płaszkiewicz, Vice-vicarius Suprasliensis, et Joannes Sieskiewicz, Parochus Pasynkoviensis, mittuntur Orlam pro inquisitione circa violentiam factam ecclesiae Orlanensi, a nobili Lada, Oëconomo Orlensi. *3-tio.* Sylvester Romanowicz, Consul Bielscensis, excusavit defuncti Decani Bielscensis filios, per litteras, quod illorum parens mansum agri vendiderit illi de consensu Leonis Zalenski, Metropolitani, quod interesse reiecit Protoarchimandrita ad futuram Bielsci parochorum Congregationem. *4-to.* Kosovitii, filii Decani Bielscensis Kosowicz dicti, peste exstincti, supervenerunt Supraslium et expetierunt, quatenus manuteneantur penes domum suam et unus consecretur pro parochia Bielscensi; respondit Protoarchimandrita utrumque appromittens, dummodo redimant argentum ecclesiasticum a parente eius oppignoratum et dedit litteras ad Decanum Bielscensem Połuczewski dictum, quatenus eos non inquietet, tum in domo, tum in argento redimendo, tum in agris inseminandis, quos iis inseminari indulsit Protoarchimandrita. Iidem expetentes, ut iis restituantur a parochis pecuniae, quas pro illis dabat parens eorum Leoni Zalenski, Metropolitano, ad Congregationem reiicitur, (fol. 315v) scilicet ad demonstrandas a parochis litteras quietationum. *5-to.* Ruszczyc, culpans Decanum eundem Bielscensem, quod eum in

multis rebus inquietet, similiter ad congregationem Bielscensem reiicitur. *6-to.* Georgius Homanski, Postae Varsaviensis Magister, detulit datas Romam et Zamoscium litteras a Protoarchimandrita, esse transmissas a se, artificem incisorem sigillorum idem denuntiavit Varsaviae reperiri non posse. *7-mo.* Clemens Rozniatowski, Superior Verchoviensis, expetens, ne alienetur Werchoviis Sylvanus Manturowicz, obtinet quod petit et vindicationem contractus dati nobili Lada pro villa Grodek appromittens, ulterius in eadem materia accipit mandatum. *8-vo.* Joannes Lipczewski, Patronus Causarum in Nuntiatura, gratulatus est Protoarchimandritae initam cum Zalensciis Concordiam, cum ab iis vero Koilno et Mazury, jam inchoatam esse causam nec posse eam terminari, absque Commissione denuntiavit, proinde adventum Protoarchimandritae est Varsaviam praestolatus. Idem recepisse se omnia documenta, specificata hoc mense sub nº 6-to, puncto 4-to significavit et nullum responsum ob defectum occasionis et postae, ob pestem praepeditae, obtinuit. *9-no.* Carolus Matusewicz, Superior Grodnensis, festa gratulatus, gratiarum obtinet actionem, expetens vero ut Calixtus Krzywoszanski consecretur in presbyterum, obtinet quod petit.

19-no. Die decima nona mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Antonius Zawadzki, Superior Zyrowicensis, ad Antoninum Tomillowicz dans litteras, quibus expetebat notitiam, ubinam sit Protoarchimandrita, nimis Protoarchimandritam consternavit, eo quod bene nosset nondum pervenisse litteras eius, quibus per famulum Archimandritae Milcensis, dictum Krzeczetowicz invitavit pro Consultorio Supraslium, pro die tertia Maii, proinde, ut saltem superveniant Consultores Supraslium pro die nona Maii postulavit et ut ille cum Superiore Novogrodensi faciat visitationem monasterii Bithenensis expetiit. *2-do.* Polycarpus Filipowicz, Superior Bithenensis, in eadem materia compellatur a Protoarchimandrita, et insuper ut secum adducat Supraslium Josaphatum Jachimowicz, Oëconomum Bithenensem, ad deducendum in Consultorio, quinam ex illis sit causa ruinae monasterii Bithenensis, monetur. *3-tio.* Barnabas Swidnicki, Superior Lyskoviensis, expetitur, quatenus litteras datas ad nobilem Zaranek, Capitaneum Samogitiae, circa depositum Chodkievitianae domus, transmittat ad eundem expetitur. *4-to.* Dominus Osnowski, Pincerna Novogrudensis, expetens, ut ad ecclesiam Orelensem consecretur ab eo recommendatus, obtinet quod petit. *5-to.* Teressa Omelanowiczowa, Civis Vilnensis, expetens restitui sibi debitum, post obitum Isidori Janowicz, Superioris Pustinensis, rejicitur ad commodius tempus ob insufficientiam ad restituendum. *6-to.* Szemborski, Oëconomus Tryszynensis, ut inseminet bene agros illius loci, et si quae adsint litterae a Duce Exercituum Lythuaniae Ludovico Pociey, mittat citissimis passibus Supraslium, monetur. *7-mo.* Princeps

Michael Radziwiłł, Incisor Ducatus Lythuaniae, offerens fundationem in Wierzchowicze, expetitur de quantitate summae et de quantitate personarum, quas scilicet eas vellet habere. *8-vo.* Demetrius Zankiewicz, Superior Novogrodensis, expetens ut ad tollendum (fol. 316) ambitum de Episcopatu Chelmensi, transferatur Chelma in Lythuaniam Josephus Lewicki, Superior illius loci, ut ad Torocanense praedium, ne a Metropolitano deoccupetur, introducantur Religiosi et ut moneatur Josephus Saporowicz, Superior Rakowiensis, de restituitione Jurium, direptorum Lawryszovia, quoad duo prima ad Consultorium reiicitur, quoad 3-tium vero litteras accipit ad Josephum.

20-mo. Die vigesima mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Extraduntur litterae universales ad Decanatus Brestensem, Polesensem, Wlodaviensem, Cobrinensem, Camenecensem et Pruzanensem, ut compareant Brestae, die vigesima prima Maii pro recipiendis oleis sacris. *2-do.* Metrophanes Zenichowski, Superior Bialensis, ferens instantiam ut Paszkiewicz consecretur in presbyterum ad ecclesiam Ortelensem, obtinet quod petit. Idem culpans Samuelem Szyskiewicz, quod vagetur et tum monitoriales, tum alienationem eius expetens, quoad utrumque reiicitur ad Consultorium. Idem deferens Religiosum Schismaticum Drogiczyni manentem aspirare ad Unionem et omnia Jura reddidisse nobili Wirczębski, Instigatori Regni, expeditur ut hunc Religiosum Supraslium mittat. Idem detulit Alexandrum Wyhowski, Episcopum Luceoriensem praesente Principe Carolo Radziwiłł, Cancellario Lythuaniae, quaesivisse ab eo in haec verba: « Co tam *za kręc głowa*, w Rzymie Prokuratorem WMsci, ktory kusi się o rzeczy niepodobne, y chce dziesięcinę, ktora należy Rzymskim płebanom od Rusi dla Ruskich kapłanow odebrac, ale tego nie dokaże, zawiedzie Zakon, y odpisałem tak ad Sacram Congregationem, jakom rozumiał ». Idem expetitur ut cum litteris infra specificandis discedat ad Ducem Exercituum Lythuaniae. *3-tio.* Ludovicus Pociey, Exercituum Lythuaniae Dux Supremus et Regens Cancellariae eius Stanislaus Kalinowski, ut locum Berezvecensem liberent a contributionibus militaribus, quibus gravari litteris infra specificandis collegit Protoarchimandrita, expetuntur ab eodem. *4-to.* Cum his omnibus litteris et universalibus expeditur Paszkiewicz, parochus Ortelensis, cum aliis vero litteris Bithenium et Novogrodecum scriptis, expeditur Religiosus Antoninus Tomillowicz, cui et oboedientiales litterae pro magisterio novitiorum datae. *5-to.* Stephanus Kwaszynski, Decanus Ritus Graeci Brestensis, ut ad ecclesiam Ortelensem introducat Joannem Paszkiewicz compellatur. *6-to.* Adamus Kisiel, Succamerarius Vitebscensis, culpans Administratorem Rutensem, Alexandrum Rypinski, quod ei nec villam Przylepy consignet araendatario contractu, nec mille florenos restituat, accipit ad

eum litteras, ut alterutrum praestet. *7-mo.* Chrysanthus Swiacki, Superior Minscensis, deferens teneri se ad exsolvendam tonnam vini mercatori Regiomontano, ut quantocius exsolvat et Mauritio Bocewicz restituat quinquaginta florenos ad manus eius pro vestimentis ab ipso Protoarchimandrita consignatos, monetur. Idem expetens, ut fratri eius restituatur siligo absumpta a monasterio Vilnensi, reiicitur ad inquisitionem. Idem certiorans Protoarchimandritam, quod restauret ecclesiam Minscensem Ascensionis Xti. D.ni, gratiarum accipit actionem. Idem ut litteras ad Succamerarium Vitebscensem datas, ad eundem remittat, expetitur. Idem denuntians Minsci si acceptentur ad novitiatum, plures concurrere personas, jubetur eas transmittere Bithenium, vel etiam Minsci acceptare, dummodo sint exemplaris eorum institutio et institutor. *8-vo.* Nobilis Josephus Korsak, expetens, ut ei a monasterio Vilnensi vendatur villa et praedium Zalesie, reiicitur in tam gravi negotio ad Capitulum. *9-no.* Pachomius Malewicz, culpans Superiorem Polocensem Laurentium Kaparski, quod eum alienaverit Berezveciis, redire Berezvecios jubetur, sed quia rusticos (fol. 316v) horrende eum concutere solere, fama est, idcirco nullum ei datur officium, sed pro simplici manere jubetur. *10-mo.* Jeremias Haraskiewicz expetens eliberationem sui ab officio Vicarii ad Consultorium reiicitur. Idem denuntians Moschos omnes iam e Palatinatu Polocensi abscessisse, imo Polocia quoque die vigesima tertia Aprilis, abscedere debere, Rusticos Berezvecenses ob paupertatem, hac et illac dilapsos esse, census vix a quoquam receptos, pro notitia et bona et mala gratiarum accipit actionem. Idem praemi Berezvecensem locum denuntians contributione fumali, certioratur quod ab hac hieme sit liber. Idem significans quemdam Polecki noctasse duabus noctibus Berezveciis et multa damna intulisse, jubetur contra eum formare processum. Idem significans, quod aliqui milites velint contributionem ad septingentos florenos ascendentem, certioratur quod miserit Protoarchimandrita clementiam impetrans, ad Ducem Exercituum Lythuaniae. *11-mo.* Daniel Piotrowicz rediisse se Wierzbilovia, sed vix aliquid de censibus advexisse significans, jubetur venire quantocius Supraslium. Idem significans praemi contributionibus Berezvecium, jubetur de iisdem proventibus dare ducentos florenos, dummodo sit inseminatio. *12-mo.* Gregorius Wasilewski, Superior Czereiensis, expetens mitti sibi Jura Czereiensia, praecipue ad limites servientia, certioratur, quod nulla habeat. Idem deferens pro debito contracto a Chrysostomo Franckiewicz, Archimandrita Czereiensi,[41] invasam esse villam Kłubienicze, exdivisam monasterio,

[41] Monasterium-archimandria Czereiensis situm inter civitates Polock et Orša; fundatum an. 1454, unitum a. 1599, incorporatum in Provinciam Lithuanam an. 1623, abolitum an. 1638; titulo Nativitatis BV Mariae. De hoc et de aliis monasteriis Basilianis cfr. opus M. Wawryk, OSBM, *Evolutionis Ordinis Basiliani S.ti Josaphat saeculo XVII-XXmo topographico-statistica deliniatio*, Romae 1979, in « Opera OSBM », nr. 40.

sed a se similiter acceptam aliam villam, Korewicze dictam, laudatur, quod hoc fecerit.

21-mo. – Die vigesima prima Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Nożynski, Commissarius Ducis Exercituum in Palatinatu Polocensi, compellatur et expetitur quatenus conformiter ad litteras Ducis Exercituum Ludovici Pociey non aggravet contributionibus monasterium Berezvecense. *2-do.* Laurentius Kaparski, Superior Polocensis, deferens, quod nobilis Krzeczetowski absolute nihil velit dare pro monasterio Dobrihorensi, jubetur ut eum adcitet Lucas Przewłocki, Superior Uszacensis. Idem culpans Michaelem Grotuz, Archimandritam Polocensem,[42] quod obtento officialatu ab Archiepiscopo Polocensi, Sylvestro Pieszkiewicz, nimis superbiat, quod eum scommatibus afficiat, quod eum recognoverit esse atheistam, Capitulum Bialense judicaverit, quod ille eum a decreto liberaverit, quod visitationem sui monasterii impediat, quod coram rusticis Ładisnianensibus Rusticum eum vocaverit, ac hoc totum fecerit ob duas causas, scilicet, quod ab eo acceperit Religiosum Michaelem Kowalewski et quod dixerit eum fuisse causam depraedationis monasteriorum, factae per Moschos; accipit ad eum litteras monitoriales, ut supersedeat ab eius vexatione. Idem expetens membrana pro Litteris Oboedientialibus et Instrumentum pro visitatione monasteriorum Albae Russiae, accipit quod petit. Idem expetens facultatem ut possit acceptare ad Novitiatum, non tantum accipit eam, sed etiam jubetur. Idem denuntians a Moschis subditos esse oppressos, reiicitur ad Deum Consolatorem. Idem deferens, quod protopresbyter Czereiensis Sutowicz, neque Missalia, neque pecunias pro iis restituat, accipit ad eum litteras. Idem significans quod Laurentius Sokolinski[43] sedeat in Ciotcze, accipit pro eo litteras oboedientiales, ut se conferat Zyrovicios et praeterea eidem mittuntur litterae datae a Congregatione de Propaganda Fide ad Sylvestrum Pieszkiewicz, Archiepiscopum Polocensem, quatenus Laurentium Sokolinski dimittat a latere suo (fol. 317) sub oboedientiam Protoarchimandritae, quas litteras ut duo Religiosi eidem reddant, ne scilicet eas occultet, et ad se non pervenisse dicat, accipit mandatum. Idem deferens supervenisse nobilem Antonium Buynicki Pologiam a Martiano Wołłowicz, Mareschalco Supremo Lythuaniae, Legato ad Carum, quatenus die 25 Martii jubeat cedere Moschos Polocia, ex mente Cari, sed eos misisse pro ulteriori declaratione Peterburgum

---

[42] Michaël Grotuz Tarnavskyj, Archimandrita Polocensis ab anno 1709, postea Archiepiscopus Smolenscensis (1713-1719).

[43] Laurentius Drucki-Sokolinskyj, Archiepiscopus Smolenscensis (1719-1727). Hic plura communia habuit cum Procuratore generali in Urbe, Sylvestro Pieškiewicz (1700-1710), dein Archiepiscopo Polocensi (1710-1714).

ad Principem Mężyk. Idem deferens Berezvecensem locum aggravari a militibus extorquentibus contributiones, remittitur ad litteras Danielis Piotrowicz, qui ut superveniat quantocius Supraslium, ita tamen ut monasterium Berezvecense repleatur Religiosis personis juxta solitum jubetur. Idem, ut olea sacra mittat ad parochos pertinentes ad Archiepiscopatum Smolenscensem, compellatur a Protoarchimandrita. *3-tio.* Tobias Gurski, superveniens Wolna, ob defectum victus et expetens, alienari se Wolna, transfertur Rożanam. *4-to.* Epiphanius Hryniewski, culpans Casimirum Zawadzki, Superiorem Ceprensem, quod vestes non subministret, quod eum saepe in carceres conjiciat, scommatibus afficiat, proventus in suum usum convertat, accipit litteras ad eum, ut se corrigat, et expetentem Epiphanium alienationem sui Cepro, expediat bene vestitum, Berezvecios. Et vero has litteras Ceprum transmittat, artificem murarium Supraslium provideat, Religiosum idoneum ad addiscendam artem typographicam Bithenio Supraslium mittat, compellatur a Protoarchimandrita Oëconomus Bithenensis, Josaphat Jachimowicz.

22-do. – Die vigesima secunda mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Supervenit Brunsberga Michael Nietrzebinski, non acceptatus ad alumnatum a Tobia Arent, loci illius Regente, eo quod nebulo ille revelaret se esse sacerdotem, quod quamvis ille a se revelatum esse negaret, collegit nihilominus hoc totum Protoarchimandrita ex circumstantiis et litteris, cum enim esset Michael Supraslii, coram Religiosis dixit se non posse pati, ne revelet esse sacerdotem se, ideo etiam Missale accepit ex monasterio Suprasliensi; hoc idem alumni Justinus Kozaczenko et Constantinus Toloczko in litteris suis exararunt, et insuper addiderunt, quod ebrius coram Regente compareret et semper per septem dies suae residentiae Brunsbergensis ebrius esset. Expeditur hic insolens nebulo pedester Zyrovicios et ab ordine sacerdotii suspenditur, pro poenis vero inflingendis pro hoc excessu reservatur ad Consultorium. *2-do.* Supervenit Josephus Wasilewski, Parochus Suchopolensis, et pro se quidem expetiit parochiam Chorevensem, filio autem Hieronymo ademptam esse parochiam Sielcensem a Nowicki, consecrato ab Episcopo Pinscensi, Porphyrio Kulczycki, denuntiavit, quoad primum data est ei tantum administratio pro quinque septimanis, quoad secundum, et Citationes contra Nowicki, pro ea quam praestitit insolentia, sunt extraditae, et simul quia comperta erant documenta, introduci jubetur Hieronymus ad parochiam Sielcensem, Gregorius vero Kosonicki, quod non certioret Episcopum Protoarchimandrita, de talibus excessibus, veluti Decanus sui Decanatus Prużanensis, arguitur per litteras a Protoarchimandrita.

Administratia cerkwie Chorewskiey dana Jozefowi Wasilewskiemu do pięciu niedziel (Omisimus – AOSBM).

(fol. 317v-318) *Litterae intimatoriae ad Parochiam Sielcensem, Hyeronymi Wasilewski* (Omisimus – AOSBM).

23-tio. – Die vigesima tertia mensis Aprilis haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Franciscus Zenowicz, Sucamerarides Polocensis, de his omnibus quae hic numero 22-do, puncto 2-do specificata sunt, veluti Collator certioratur et praeterea expetitur, ne ullum ponat impedimentum Hyeronymo Wasilewski in parochia Sielcensi. *2-do.* Rediit Orla ex commissione Alexius Płaszkiewicz, Vice-vicarius Suprasliensis, detulitque Oëconomum loci, Łada dictum, non esse reum violatae ecclesiae, sed ipsos cives dictam Orlensem ecclesiam reserasse, timendo ne Administrator illius ecclesiae aliquid surripuerit, ac insuper detulit, inquisitionem hanc esse transmissam ad Catharinam Branicka, Palatinam Podlachiae; intellexit mox Protoarchimandrita, cives Orlenses esse subordinatos ex aula, pro iustificatione Oëconomi Łada, se solis enim non auderent talia perpetrare cives, quin etiam ipse Łada dixit coram parocho Pasynkoviensi, sibi multo maiora facienda esse imperata a Palatina Podlachiae; sed haec omnia quia tantum verbaliter exposuit Alexius, idcirco totum negotium suspendit Protoarchimandrita ad missionem inquisitionis a Palatina.

24-to. – Die vigesima quarta mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Supervenerunt Grodna nonnulli milites et retulerunt: Grodnae fluvium Niemen dictum transire, cum tormentis bellicis, quinque millia Moschorum, quia nihilominus eos milites non Grodna, sed Sidra venisse constitit, idcirco ob meliorem notitiam ordinavit Protoarchimandrita ad oppidum Sokołka dictum, pro investigatione Moschorum. *2-do.* Nobilis Burzynski dictus promittens Protoarchimandritae libera pascua in pratis Wasilkoviensibus, gratiarum accipit actionem.

25-to. – Die vigesima quinta mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Rediit de oppido Sokolka, famulus Protoarchimandritae, et detulit nil prorsus inibi audiri de Moschis, quod etiam parochus illius loci, Decanus Podlachiae Ritus Latini, suis confirmavit litteris. *2-do.* Parochus Kleszczelonensis Ritus Graeci expetens sibi dari Orlensem parochiam, rejicitur ad futuram inquisitionem, seu iam factam, sed nondum transmissam a Palatina Podlachiae Branicka, quatenus scilicet indagari possit, an non ille sit et fuerit occasio violatae ecclesiae Orlensis?

26-to. – Die vigesima sexta mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Religiosis Suprasliensibus data sunt nonnulla ad observandum puncta et quidem, ut Festa Sanctorum Antonii et Theodosii Peczarensium, (fol. 318v) Petri et Alexii Metropolitanorum observentur, ut caeremoniae omnes, Ekteniae de Cathechumenis observentur, ut notentur in

tabella qui debent legere Psalterium, ut Regulae S. Basilii quater in anno legantur, ut benedictio ad mensam sit post secundum sonitum, patribus congregatis, ut in coena legantur Prołohy, ut legatur Pominnik sub tempus Missae Regalis, ut omnes, exceptis typographis et patrefamilias, tum ad ecclesiam, tum ad refectorium concurrant, diebus vero festis, ut etiam typographi, tum ecclesiam, tum refectorium frequentent, ut nemo audeat portionem ex refectorio exportare, ut nemo adeat refectorium post examen, ut examini omnes intersint, ut nemo adeat culinam, ut artifices nemo incommodet, nec det illis ullos labores absque Vicarii facultate, ut denique post examen silentium observetur, ne fiant divagationes per cubicula. *2-do.* Supervenit a Palatina Podlachiae, Catharina Branicka, vir magni momenti, et inquisitionem de violata ecclesia Orlensi attulit, qua excusabatur Łada Oëconomus, quod nullam fecerit violentiam, accusabantur vero cives Orlanenses, quod ipsi propria sponte reseraverint ecclesiam, proinde mittitur ad Palatinam Innocentius Charkiewicz, Vicarius Suprasliensis, ad statuendum cum ea, quod in negotio hoc operari vellet.

27-mo. – Die vigesima septima mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Remigianus Szczawinski, Canonicus Premysliensis, recommendans Procopium Romanowski pro parochia Knyszynensi, non exauditur, tum quod ibi sit Dioecesis metropolitana, tum quod ipse Procopius nolit suam ecclesiam Bohusoviensem deserere, et desertam Knyszoviensem acceptare. *2-do.* Andruszkiewicz, Parochus Kleszczeloviensis, expetens sibi dari facultatem, ut possit procurare apud Palatinam Podlachiae Catharinam Branicka litteras Protestationis pro ecclesia Orlanensi, obtinet eandem.

28-vo. – Die vigesima octava mensis Aprilis haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Innocentius Charkiewicz, Vicarius Suprasliensis, de Białystok datis litteris, denuntiavit extraditas esse ad instantiam Protoarchimandritae litteras praesentationis, pro parochia Orlensi, Andruszkiewicz parocho Kleszczeloviensi. *2-do.* Nobilis Wirczębski, Instigator Regni, expetens, ut ad monasterium Drogiczynense introducantur Religiosi Uniti, expetitur, ut notificet Protoarchimandritam de proventibus illius loci, et de civium, an velint esse Uniti?, inclinatione, ac praeterea expetitur, ut Religiosus Disunitus ad certum tempus ob Moschos toleretur, et interea superveniat Supraslium ad emittendam fidei professionem et ad accipiendum portatile altare, alias antimense.

29-no. – Die vigesima nona mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Alexander Kizikowski, Notarius Capituli Vladimiriensis, et Januarius Ohurcewicz, Rector ac Officialis Vladimiriensis, ut distribuant olea sacra per Decanatus monentur, et de adventu Protoarchimandritae post Festum S. Petri Vladimiriam certiorantur. *2-do.* Metrophanes

Zenichowski, Superior Białensis, ut distribuat olea sacra Brestae, et residuum eorum transmittat in Volhyniam compellatur, eidemque datur Instrumentum, ut distribuat illa, et praeterea Informatio, ut proponat in Congregatione Parochorum, quibus impensis Seminarium erigi possit? Ut revideat (fol. 319) Quietationes datas parochis a Decanis, quatenus sciri possit, quid quis importaverit, ut recipiat omnes Investituras datas a Porphyrio Kulczycki, Episcopo Pinscensi, ab Aprili anni 1710, ut recipiat antimensia corrupta, ut dijudicet querelas, ut investiget an Sacerdotes Latini decimas a Ruthenis recipiunt, ut det notitiam de ecclesia schismatica Drogiczynensi, ab Instigatore Regni, Wirczębski, ad Unionem reducenda, ut unicuique Sacerdoti mandet tres Missas absolvendas ad intentionem Protoarchimandritae, ut connotet ecclesias vacantes, et denuntiet Parochis, neminem posse duo Beneficia tenere. *3-tio.* Bielscium ordinatur pro distribuendis oleis sacris Decanatibus Mielnicensi, Drogicensi, et Bielscensi, Polycarpus Mihuniewicz, Auditor Episcopi Protoarchimandritae, eidemque ea quae et Metrophani datur Informatio, et praeterea dijudicanda Causa nobilis cuiusdam oppressi a Protopresbytero Drogicensi committitur, et investigatio de perditarum Suppellectilium ab antecessore eius Kosowicz dicto mandatur. *4-to.* Nestor, ad Cathedram Bielscensem residens, monetur, ut argentum ecclesiae ob timorem pestis conservet in terra, et secreti conscios faciat Metrophanem Zenichowski, Białensem, Bartholomaeum Nowicki, Brestensem, Superiores, et Stephanum Szemborski, Oëconomum Tryszynensem, ut olea sacra in Cathedra Brestensi honeste conservet, monetur. *5-to.* Stephanus Szemborski, ut litteras Białam datas transmittat compellatur, collecta ut ad adventum Protoarchimandritae, a Superiore Bialensi recepta, conservet et inseminationem bonam Tryszyni faciat, monetur. *6-to.* Michael Poluczewski, Decanus Bielscensis, ut olea sacra Brestam transmittat compellatur. *7-mo.* Stephanus Kwaszynski, Decanus Ritus Graeci Brestensis, ut adsit Congregationi Brestensi, si infirmitas permiserit, ut de erigendo Seminario modum adinveniat, ut Superiorem Bialensem, si non possit adesse, quoad omnia informet, ut eligat aliquem, qui Causas oppressorum Parochorum promoveat in Consistorio Latino Janoviensi, compellatur.

30-mo. – Die trigesima mensis Aprilis, haec sunt acta a Protoarchimandrita Supraslii: *1-mo.* Vicarius Suprasliensis, Innocentius Charkiewicz, excusans se quod tamdiu non supervenerit Supraslium, ob... pedienda navi vulgo komięga distractus, veniam obtinet. Idem expetens ut nonnulla necessaria ad komięgam mittantur, obtinet quod petit. *2-do.* Ignatius Jackowski, Oëconomus Topilcensis, ut mittat hominem scientem altaria conficere, ad ea extruenda Torocaniis, compellatur a Protoarchimandrita. *3-tio.* Martianus Wołłowicz, Mareschalcus Supremus Lythuaniae, redux ex Moschovia, expe-

titur ut denuntiet quod Car responderit illi circa negotium securitatis Unitorum, et an sit spes aliqua eliberationis Dyonysii Zabokrzycki, Episcopi Luceoriensis.[44]

FINIS TOMI QUINTI VISITATIONUM - LAUS DEO.

4.

Vilna, 12. IV. 1711.

Archiepiscopus Polocensis Sylv. Pieszkiewicz enarrat iter suum Pologiam; de administratione Polocensi P. Sokolinski, de Protoarchimandrita eiusque Consultorio, de necessitate novi Capituli generalis electivi, ob promotionem P. Leonis Kiszka in Ep. Volodimiriensem petitque alias provisiones in favorem Religionis Basilianae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 3, fol. 385-387v.

Ill.me ac R.ndme D.ne, D.ne Patrone, et Benef. Amplissime.

Post scriptas primas literas, prope summa incommoda, et discrimina viarum perveni Vilnam circa medietatem mensis Martij proxime decursi, ubi adusque moram traho. Unde nunc posta incepit currere Varsavia Romam, expectando donec milites Moschovitae continuo transeuntes liberiorem, et securiorem relinquant passum; quia sine ullo respectu Personarum, vix non omnibus recipiunt equos, immo peiora faciunt. Quapropter D.nus Episcopus Vilnen.,[45] Samogitae, et multi alij suaserunt mihi, ut me hic trateneam. Misi itaque R.ndmum Patrem Laurentium Sokolinski in Albam Russiam adhuc 25 mensis praeteriti ad bona Archiepiscopalia, a quo, qualem nunc habui relationem Ill.mae D.ni Vestrae etiam communico. Ad talem enim pervenerunt statum, quod partim per solertem curam Administratoris, partim per varias extorsiones nostrorum Religiosorum sunt eradicata, et ita ad nihilum deducta, ut ostiatim panem in amaritudine cordis, cum dedecore status mei, mendicare debeam. Scripsi de hoc ad R.mum Prothoarchimandritam Ordinis, Patrem Kiszka, uti Administratorem, sed surdo fabula fuit, nullum obtinui responsum, qui de facienda calculatione suae Administrationis absolute non cogitat. Audivi quod iam illum consecraverit Dominus Metropolita pro Episcopatu Vladimiriensi,[46] et cum sit consecratus, tamen Prothoarchimandritatum

---

[44] Dionysius Zabokrzycki revera nunquam ex sua deportatione rediit, et anno 1715 obiit. Cfr. « *Analecta OSBM* », vol. VIII (1973), pp. 85-87.

[45] Episcopus Vilnensis Constantinus Casimirus Brzostowski (1687-1722).

[46] Leo Kiszka electus fuit episcopus Volodimiriensis (1711) durante adhuc suo munere Protoarchimandritatus, quod duplici vice tenuit (1703-1709, 1709-1713); ei successit anno 1713 in Capitulo Vilnensi (1713) - Basilius Procevicz (1713-17). Kiszka vero anno 1714 electus fuit Metropolita Kioviensis (1714-1728). Obiit die 19.XI.1728.

resignare, uti audivi, non vult, subterfugiet et prolongare intendit, modo ex Volynia, suo Episcopatu vult venire in Albam Russiam, ad Monasterium Beresvecense, in dioecesi mea situm, quod, Prothoarchimandritae, contra mentem Fundatoris, pro sua provisione tenere consueverant, et scripsit ad Patrem Oeconomum dicti Monasterij, quatenus debita praeparamenta faciat, quia habet magnum comitatum hominum. Qui Prothoarchimandritatus per ascensum illius, de iure, et vigore Constitutionum, vacare deberet, et ille ultro se adhuc cum inenarrabili damno Religionis, intrudere audet; Religiosi, etsi venerit, se opponere, ita sunt oppressi, quod peius Turca omnes timent illum, quia habet plurimos suos factionalistas, nec os aperire possunt; Consultorium, sive definitorium non est plenum; Pater Kiszka enim fuit primus Consultor, secundus Pater Filipowicz, qui ivit Monkaczoviam in Ungariam pro Vicariatu Apostolico, (f. 387) destinatus a Sacra Congregatione. Caeteri duo qui remanserunt, sunt purae creaturae illius, facti Consultores a duobus circiter annis in Congregatione sive Capitulo Bialensi praeterito,[47] homines viles, illi soli applaudentes; unus quidem horum Theologus, secundus, nescio utrum sit Rhetoricus, Secretarius Ordinis tertius, audivi quod sit Logicus solummodo; in Religione adusque nullus ordo fuit, per faventes sibi gubernabat illam, omnia sus, deque ibant, perperam fiebant: Optimum itaque foret si Ill.ma Dominatio Vestra, novum pro eligendo Prothoarchimandrita procuraret a Sac. Congregatione per Dominum Nuncium intimare Capitulum, vel per decretum eiusdem, donec maturetur tempus convocandi illud, substituatur aliqua alia Persona indifferens, simplex et purus Religiosus, qui non sit ex dictis Consultoribus, pro Vicario Generali Ordinis, et ille meo vili iudicio esset melior longe prae alijs, aptior, capacior, et habilior, R.ndus Pater Basilius Procewicz,[48] Superior Vilnensis, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Alumnus, homo rectus, iudicijs plenus, non impetuosus, doctrina, et exemplaritate religiosa conspicuus. Pater Kiszka vero, modernus Episcopus Vladimiriensis, moneatur, ut desistat a gubernio Religionis ulteriori et ab exercitio muneris Prothoarchimandritalis, et intra hoc tempus satius se praepararet de reddenda (f. 387v) Calculatione Novennij sui. Omnia enim deposita Religionis, et quamplurimae summae, immo etiam iure Archiepisco-

---

[47] Capitulum generale Bialense I anni 1709, in quo L. Kiszka reelectus fuit in Protoarchimandritam. Cfr. M.M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, pp. 20-21.

[48] Basilius Procevicz erat alumnus Col. de Prop. Fide annis 1693-1699. De hoc notatur in documentis Archivi: « Partito dal Collegio li 8 Maggio 1699, dopo aver studiato tre anni di filosofia e altrettanti di teologia. Per la grazia speciale della S. Congregazione gli è stata conferita la laurea... È di mediocre capacità, di maniere un poco rozze, e nel tempo che ha dimorato in Collegio ha dato poca sodisfatione ». Cfr. Dm. Blažejowskyj, *Ukrainian and Bielorussian Students in the Pontificio Col. Urbano de Prop. Fide (1627-1846)*, in: « *Analecta OSBM* », vol. IX (1974), pp. 208-209.

patus mei, et alia, quae cum suppellectili, et peculio post mortem Antecessoris mei avara absorbsit manus,[49] sine quibus mihi modo perquam difficile est (quia certi Nobiles bona occuparunt, et actu tenent), apud illum delitescunt. Scribo haec unico amore oppressae Religionis ab illo, de reliquo quae parum spectat ad me; per me sit, quiscunque ille sit Protoarchimandrita, hoc solum millenis ingemino vicibus, quod non est qui sublevet illam. Ultimus enim recursus, et refugium est ad Ill.mam D.nem Vestram, tanquam ad Sacrae Congregationis Organum. Quare quidquid consummatissima sua prudentia faciet, omne id perfectum erit, ac pro rato, et grato habebitur sufficietque, quod per Ill.mam Dominationem Vestram, optata, et diu desiderata tandem adferetur quies. Ego intra paucos dies hinc vadam ad meam dioecesîm, ubi peracta visitatione, de omnibus Ill.mae D.ni Vestrae exactam dabo notitiam. Modo vero pro praestitis mihi beneficijs, Promotori et Patrono meo singularissimo, aeternum gratus, maximas dum refero gratias, maneo

Vilnae, die 12 Aprilis 1711.

Ill.mae ac R.mae D.nis Vestrae humillimus et obseq.mus Servus
Sylvester Pieszkiewicz,
Archiepiscopus Polocensis (m. propria).

5.

Leopoli, 17. VI. 1711.

Nominatus Ep. Bodonensis Filipowicz de difficultatibus exequendi munus sibi commissum scribit ad Praefectum de Prop. Fide petitque remedia ad removenda impedimenta.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 578, fol. 68rv.
Hodinka A., *Okmánytara...*, 549-550, nr. 420.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Domine Clementissime.

Cum ex pluribus capitibus redditur difficilis adeptio consecrationis meae hic loci, tum ob adversam valetudinem Ill.mi Metropolitae nostri, qua detinetur, cum periculo longioris eidem alligationis, tum ob summam arduitatem congregationis praescriptorum Assistentium actui, qui iuxta tenorem literarum Apostolicarum paris debent esse characteris cum ipso consecrante,

---

[49] Antecessor Archiepiscopi Polocensis Sylvestri Pieškiewicz erat Marcianus Bilozor (1696-1707).

tum denique ob non mediocres expensas, quae exigerentur ad perficiendum huiusmodi actum in his oris; aliunde autem ardua, imo moraliter impossibilis est ipsarum provisio; ex alia vero parte urget et ipsa ratio iniuncti mihi muneris, et voluntas intimata mihi ab Eminentia Vestra Sacrae Congregationis, sistendi me quantocius gregi mihi commisso; hoc ipsum deferendum Eminentiae Vestrae debiti mei esse duxi ac, ipsa mediante, caeteris Eminentissimis DD. meis clementissimis, ut pro sua altissima providentia occurrere dignentur opportuniori et praesentiori aliquo remedio, quidquid praetactum (f. 68v) effectum consecrationis meae remorari posset. Et in omnem eventum invictae permanentiae dictorum obstaculorum, vel indultum absolutum Apostolicum expediri faciant, quo integrum mihi sit Ritu Latino consecrari, ubi planius, et opportunius visum fuerit, vel saltem modificatio, et relevatio fiat circa Assistentes, ut inferioris etiam gradus ab ipso consecrante, in defectu adhiberi possint, vel si aliud quid expeditius in hanc rem adesse potest, id mihi intimatum esse dignarentur. Qua in re mentem et ultimatam resolutionem Eminentiae Vestrae et aliorum Dominorum meorum, clementissimorum, dum e manibus Ill.mi Domini Nuncij Viennensis[50] praestolabor, nunc me humillime inclinando ad osculum Sacrae Fimbriae Eminentiae Vestrae, eiusdem me indeficienti patrocinio operosissime dedico.

Leopoli, die 17 Iunij 1711.

Eminentissimae et R.dmae Dominationis Vestrae, Domini mei Clementissimi humillimus et obligatissimus Servus

Polycarpus Filipowicz, Ord. D. Basilij Magni.

6.

Leopoli, 28. VI. 1711.

Exempli gratia ponitur Instrumentum electionis Coadiutoris Archiepiscopi Leopoliensis Armeni in persona Sac. Joannis Augustinowicz, Leopoli peracta, ad illustrandum usum tunc temporis in hac regione vigentem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 578, fol. 773-4.

In Nomine Domini Amen. – Praesenti Publico Instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum. Quomodo anno a Nativitate eiusdem Domini Nostri Millesimo septingentesimo undecimo, Indictione Romana IV, Pontificatu Sanctissimi Domini Nostri, Domini Clementis Papa XI, eius nominis feliciter moderni anno ipsius XI, die vero Dominico, qui fuit vigesimus octavus

[50] Nuntius Viennensis tunc temporis erat Julius Piazza (1709-1713).

mensis Iunij, hora circiter tertia post meridiem. – In mei Notarij Apostolici Testiumque infrascriptorum, ac aliorum quam plurimorum praesentia, Illustrissimus et R.ndmus D. Vartanus Hunanian,[51] Archiepiscopus Armenorum in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithuaniae ac alijs ad Regnum Poloniae pertinentibus, in termino per literas Innotescentiales pro electione Coadjutoris cum futura successione in Archiepiscopatu Leopoliensi assignato, coram universis Praepositis, Parochis totoque Clero Archidioecesis suae, Natione Armena Leopolien. tum et Zamoscensi, per suum deputatum comparente, ad eandem electionem congregatis, in ecclesia Cathedrali exposuit, quod ipse senio confectus, viribus per labores attritis, oneri Pontificali et regimini ecclesiarum in Archidioecesi commode satisfacere non valeat, cupiatque ne aliqua dispendia in spiritualibus et temporalibus Ecclesia patiatur, ideoque in animum induxit, ut persona idonea in Coadjutorem (postposito omni respectu humano, sed in virtute Spiritus S. et sub periculo animarum suarum) et quae creditur futura utilior et melior Ecclesiae, eligatur, insinuavitque consensum Sacrae Congregationis per literas Eminentissimi Domini D. Josephi Cardinalis Sacripantes, Praefecti Congregationis, Roma, undecima Octobris anno Domini Millesimo septingentesimo decimo ad se scriptas et antea eidem Clero et Nationi Armenae praesentatas et lectas de electione ad Coadjutoriam sui. Qui Clerus et Natio Armena Leopoliensis et Zamoscensis pro hujusmodi electione congregati, votis praenominati Illustrissimi et R.ndmi D. Archiepiscopi annuerunt. In nomine itaque Dei omnipotentis ad hujusmodi electionem Coadjutoris processerunt, electisque duobus Scrutatoribus, uno e medio Cleri, videlicet R.ndo Stephano Faruchowicz, Presbytero, altero e medio Nationis, videlicet Nobili et Honorato Gregorio Bernatowicz, Iudice Nationis Armenae Leopoliensis, qui vota secreta a singulis, in praesentia memorati Ill.mi et R.ndmi D. Archiepiscopi Leopoliensis, et mei Notarij publici susciperent, et connotarent, receptoque ab illis juramento de fideliter connotandis votis, ac nulli unquam pandendis, iuxta formam praestito; Hymnum Veni S. Spiritus etc. ante majus altare cum jubilo cordis decantarunt, post decantatum ad locum interiorem Sacristiae ecclesiae Cathedralis Illustrissimus (f. 773v) et R.ndmus D. Archiepiscopus cum Scrutatoribus processit. Ad hunc, singuli de clero et natione congregati vocati, per vota secreta Illustrem et Admodum R. Joannem Thobiam Augustinowicz, Officialem Leopolien. Nationis Armenae elegerunt et nominaverunt. Quibus receptis votis, redijt Illust.mus et R.ndissimus D. Archiepiscopus ex Sacristia in ecclesiam et eum electum Coadjutorem cum futura successione toti Clero

---

[51] Hunanian Vartanus, coadiutor, dein Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum (1675-1715).

et Nationi denuntiari et in praesentia omnium publicari fecit, nemine dissentiente. Quam electionem sui, Illustris et Admodum R.ndus Joannes Thobias Augustinowicz, Electus, Divinis dispositionibus non contraveniens, invocato Dei auxilio dictae electioni consensit, eamque ac onus sibi impositum suscepit et acceptavit, accedente ad id approbatione Sanctissimi Domini Nostri et S. Sedis Apostolicae. His sic peractis, hymnum « Te Deum laudamus » etc. universi decantarunt, post decantatum ex ecclesia cum Ill.mo et R.ndissimo D. Archiepiscopo ac electo Coadjutore alij in Aedes Illust.mi D. Archiepiscopi, alij in Aedes suas recesserunt.

Super quibus omnibus et singulis dictus Illustrissimus et R.ndmus D. Archiepiscopus Leopoliensis a me Notario publico unum seu plura postulavit Instrumentum seu Instrumenta confici, et confectum et confecta sibi extradi. Acta sunt haec Leopoli in Russia, in ecclesia Cathedrali Armenorum, anno, Indictione, Pontificatu, die, hora, mense, quibus supra Praesentibus Admodum R.ndis Patribus Stephano Trombetti, Praefecto[52] Missionis Apostolicae in Regno Poloniae, et Vincentio Guarnerio, Missionario Apostolico et Lectore in Collegio Pontificio Leopoliensi, Ordinis Clericorum Regularium, ad praemissa Testibus specialiter rogatis et adhibitis.

Et quia Ego Petrus Makowski, Publicus Sac. Authoritate Apostolica et Consistorii Leopolien. Notarius, praemissae electioni una cum praenominatis Testibus praesens interfui, omniaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc praesens Publicum Instrumentum confeci et de mea scientia manu alterius scriptum, manu mea propria subscripsi, signoque, nomine et cognomine meis solitis, quibus in talibus utar communivi, rogatus et requisitus.

Joannes Skarbek, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Marochiensis, Suffraganeus Decanus, Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Leopoliensis.

Universis, et singulis quorum interest significamus et attestamur (f. 774) Nobilem Petrum Makowski in hoc Instrumento subscriptum, publicum, legalem et authenticum Notarium fuisse et esse eiusque scripturis et Instrumentis per eum confectis plenam semper et ubique tam in Iudicio quam extra adhiberi fidem. In quorum etc. Datt. Leopoli, die trigesima Mensis Iunij, Anno Domini Millesimo septingentesimo undecimo.

Jacobus Michael Komborsky, S Th. Doctor., Canonicus
Leopoliensis et pro tunc Judex surrogatus (mp).

---

[52] Stephanus Trombetti, Praefectus Col. Ucrainorum et Armenorum (1706-1723).

7.

Bartha, 1. VII. 1711.

Josephus Hodermarskyj cuidam Praelato de non mittendo Vicario Apostolico in Transcarpatiam, minitando oppositionem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 534v-535.
Hodinka A., *Okmánytara...*, 550, nr. 421.

Copia Litterarum R.P. Hodermarski, Barthae die 1 Iulij 1711.

Ex litteris ad Magnificum Dominum Primarium Iudicem huius liberae Cesareae Regiaeque Civitatis Barthensis intelligo, quod eadem Excellentia vellet se huc recipere; doleo quod non mecum, suo indigno servo, dignata sit mandare, rogans demississime, dignetur gratiose intimare in quo servire potero, ad omnia me promptissimum experietur. Praeterea inaudivi quod Excellentissima, et Rev.ma D. Vestra sit (f. 535) intentionata quemdam Vicarium Apostolicum huc exmittere,[53] quem ego absolute in prostitutionem authoritatis, et iuris collationis Regiae admittere non possum, uti etiam S. Curia Romana de hoc abunde informata est, ac proinde ne illius formae ac notae huc exmittatur Vicarius, et ne examittatur solemnissime protestor, alias utar authoritate benignissima Suae SS.mae Maiestatis, et forsan cum scandalo Gentis Neo-Unitae Ruthenicae (uti ab Augustissima Aula licentiam habeo) et repellam manu militari, quod tamen Deus avertat, et spero quod Excellentissima, ac Rev.ma Dominatio Vestra de his melius disponet, et me singularibus gratijs recommendans maneo...

8.

Leopoli, 15. VII. 1711.

Joannes Augustinowicz, Electus Leopoliensis Armenorum certiorat Congregationem de Prop. Fide de sua electione promittitque obedientiam et fidelitatem. Littera haec hic ponitur pro illustratione usuum tunc temporis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 578, fol. 772rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini, Domini Patroni Colendissimi et Benefactores Clementissimi.

Dum Clerus et Natio haec nostra Armena humillime subiecta, et dependens a nutibus, et mandatis Emin.rum Vestrarum Rev.dmarum descendit ad elec-

---

[53] Agitur de Polycarpo Filipowicz, Basiliano, Procuratore in Urbe (1690-1700) et nominato Vicario Apostolico die 11 Julii 1710, cum titulo Episcopi Bodonensis (a die 21.VII. 1710). Revera Sedem hanc nunquam obtinuit ob oppositionem Aulae Viennensis.

tionem Coadjutoris juxta clementissimam concessionem earundem, placuit eisdem per secreta suffragia, ultra spem et supra merita, meae miserrimae Personae vilitatem extollere die 28 Iunij. Quapropter cum Dextera Domini fecerit hanc virtutem, quae unice Nationi huic nobisque omnibus refulsit a summa clementia suae Sanctitatis, et Eminentiarum Vestrarum, procumbens ad pedes earumdem, dum altissimam protectionem suplex exoro, memet ipsum pariter in omnibus Eminentijs Vestris Rev.mis, Orbis totius Supremis Moderatoribus, humillime subijcio.

Quam a teneris annis, dum in hoc Pontificio Collegio Leopoliensi fui, nutritus gratijs, et charitate Emin.rum Vestrarum (f. 772v) Rev.marum didici venerationem, et obedientiam erga Sanctam Sedem Apostolicam, hanc semper in corde conservo; adeoque non alio, quam Eminentiarum Vestrarum Rev.marum voluntatis imperio regi, nutibus dirigi, et mandatis vivere volo, et protestor. Et dum hanc animi mei submissionem humilio Eminentijs Vestris Rev.mis, implorando supplex per interpositionem earumdem a Sanctitate Sua Apostolicam Benedictionem maneo deosculando Sacratissima fimbria Purpurae.

Emin.rum V. Rev.marum humillimus, devot.mus, et oseq.mus Servus

Joannes Thobias Augustinowicz, Off. Gen. et Electus.

Leopoli, 15 Iulii 1711.

8a.

Mosqua, 21. VII. 1711.

Episcopus Luceoriensis, Dionysius Zabokryckyj, Clementi XI P.M. Condemnatus ad exilium et carcerem perpetuum, protectionem et eductionem supplicat.

ASV, *Vescovi e Prelati*, vol. 117, fol. 193.
ASV, *Fondo Albani*, vol. 199, fol. 202-203 (*copia*).

Beatissime Pater.

Infimum schabellum Beatissimorum Pedum Sanctitatis Vestrae post exactum hic in Metropoli Moschoviae ab inchoata captivitate mea servilissima, in summa egestate octodecim mensium temporis iam spatium, in Oceani insulam dictam Solovicensem, ad Monasterium Basilianorum ibidem situm pro perpetuo carcere, et exilio emandatus hodie pergendo; paternis Beatitudinis Vestrae advolvor plantis, exoroque humillime pronus, filius orthodoxus a Sanctitate Vestra Patre misericordiarum et compassionis plenissimo, paternam primo, eamque supremam post Deum benedictionem, demum commiserationem certissimam ac singularissimam, quatenus non dedignetur Sanctitas Vestra animam meam de salute aeterna in praesentibus et subsequenti-

bus angustiis periclitantem, educere e carceribus perpetuis, ut confiteatur Nomini Tuo Beatissimo, et a desperationis extremae discrimine liberata: albescentem senili aetate comam circa ovile suum proprium ultimis funeribus demandare valeat. Quod dum millies geminatis vicibus demisissime cum uberrimis lacrimis a Sanctitate Vestra, paternos eius in corde meo exoscolor Pedes et sum ad extremum halitum meum

Sanctitatis Vestrae ac Domini mei Clementissimi indignissimus coram Deo continuus Exorator et schabellum infimum, Peccator maximus

Dionysius Zabokrinschi, Episcopus Luceoriensis et Ostrogiensis R.G.U.

Mosqua, 21 Jul. 1711.

9.

(*Ex Transcarpatia*), *6. VIII. 1711.*

Quaedam littera Georgii Bizanczy, Vicarii Gen. Mukačoviensis de intrusione J. Hodermarskyj in negotia Mukačoviensia et suum modum agendi et desideria explicat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 535-535v.
Hodinka A., *Okmánytara...*, 553-4, nr. 426.

Excerptum ex Litteris R.P. Georgij Bizanczy,[54] Episcopatus Munkaciensis Ritus Graeci Vicarij, die 6 Augusti 1711.

Soluta iam, blocata iam in partibus Hungariae extrema, conspicio in Regno omnes Religiones, Saeculares itemque Ecclesiasticos alto subesse silentio. Pacem Sanctam colere cunctos. Unica misera Natio nostra Ruthenica per adventum Hodermarskianum tumultuosis exactionibus, sub colorato Cathedratici (annorum praeterlapsorum) titulo extraordinarie vexatur. Nam equidem licet a pie defuncto Imperatore Josepho Joannes Hodermarski collationaliter sit nominatus Episcopus Munkaczinensis, super quem Episcopatum confirmationem Roma nullatenus obtinere valuit, qua non obtenta etiam in Episcopum consecrari minime possit; (f. 535v) stante hoc impedimento praesumit Jurisdictione Episcopali uti; grave hoc negocium ex consensu multorum Vestrae Excellentiae notificandum esse duxi. Ego iam pluribus curis exoneratus (quia ex Monasterio sum amotus), ubi pro utilitate Excellentiae Vestrae etiam adlaborare studuissem facilius potero induere cappam, si Excellentiae Vestrae visum fuerit assecurare meum obtinere intentum.

---

[54] Georgius Bizanczy, devenit postea Episcopus Mukačoviensis (1716-1733). De eius vita et activitate cfr. Pekar A., OSBM, *Narysy istoriji Cerkvy Zakarpattja*, Romae 1967, in « Opera OSBM », vol. 22, pp. 198-9, 56-58.

10.

Vienna, 8. VIII. 1711.

Nominatus Episcopus tit. Bodonensis, Vic. Apostolicus Mukačoviensis, certiorat de suo adventu Vindobonam et conaminibus obtinendi consensum Imperatoris.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 578, fol. 470-1.
HODINKA A., *Okmánytara...*, 554-5, nr. 427.

Eminentissime et R.dme Domine, Domine, Domine Clementissime.

Accepit iam minime ambigo Eminentia Vestra ex aliis de meo isthic adventu et, Deo Auspice, utcunque fausto, nisi quod ad perficiendum hoc iter non modice sumptuosum, aere alieno onerare me debuerim, ne in mora essem, ac noxa exequendi mandata Sacrae Congregationis, cum subsidium ab Eminentissimo Domino Cardinali de Saxonia,[55] pro quo iussus eram ab Eminentia Vestra recurrere ad eandem, valde longum esset expectare (cuius etiamnum sola spe solor), aliunde autem verebar, ne per id temporis perderem opportunitatem adeundi hanc Augustissimam Aulam, ac etiam meam Caulam, vel praeclusione passuum, ob de novo oriri incipientes suspiciones pestis in nonnullis locis Poloniae, vel interiectu alterius alicuius obstaculi, quod praesenti rerum tempestate non aegre enasci potuisset. Modo tertiam exigo isthic septimanam, cum non mediocri angore animi mei, expectando tum gratiosam (f. 470v) resolutionem ab Eminentia Vestra, in negocio consecrationis meae, pro cuius facilitatione confugi ad patrocinium ipsius, per meas Leopoli adhuc datas,[56] supplicando ut eam mihi liceret consequi vel totaliter Ritu Latino, quod existenti praecipue in his Oris longe facilius esset, vel in forma privilegij moderno Ill.mo Metropolitae Russiae concesso, cum Assistentibus inferioris gradus ab ipso consecrante, a cuius usu, sine speciali hac in parte resolutione desuper, scrupulo arcebar, eo quod inter Suffraganeos ipsius non recenserer, tum etiam ob expeditionem ab hac Aula, in qua non ita planum reperi negocium meum prout autumabam, sed non modicis implicitum difficultatibus, ex ratione praetensi iuris nominandi, ac emanatam iam praesentationem in personam aliam, in quibus dissolvendis hucusque adhuc laboratur, tum a praefato Eminentissimo D. Cardinali de Saxonia, tum ab Ill.mo D. Nuncio huiate; quorum tamen patrocinio et activitate suffragante, spero non minus secundum, quam (f. 471) maturum omnium mearum rerum exitum, et mihi ad exercitium iniuncti Ministerij ac aditum Ovilis mihi concrediti ostium ocyus aperiendum. Hoc etiam non sit grave scire Eminentiae Vestrae, Domino meo Clementissimo, quod Abbatia illa, quam per Eminen-

---

[55] Cardinalis Christianus Augustus de Saxonia, nominatus cardinalis die 17 Maii 1706. Obiit 22 Augusti 1725. Cfr. *Hier. Catholica*, vol. V, p. 25.

[56] Cfr. doc. sub nr. 5, sub data 11 Junii 1711.

tiam Vestram in subsidium sustentationis meae declaratam habui, alteri iam per favorem Aulae cessit,[57] nymirum Pseudo Episcopo Munkacinensi, non obstantibus in contrarium instantiis factis ab Emin.mo Cardinali de Saxonia, et sub dubio vindicandi in personam meam. Ego ex mea parte paratus sum in omnem sortem ire, dummodo sit cum beneplacito Sanctae Sedis ac Sacrae Congregationis, et si eorundem adfuerit consensus, potius iterum ad angulum meum Religiosum redire, quam ad fastigium hoc, ad quod me gratia Sanctae Sedis, et Sacrae Congregationis immeritum elevavit, per tricas et litigia quibus et sumptu et ratione sum impar, respectu tam potentis adversarij, contendere. Id dum religiosissima observantia in sinum benignissimae gratiae Eminentiae (f. 471v) Vestrae, Domini mei Clementissimi depono, una eiusdem sacram fimbriam devotissime exosculor, et me in subpedaneum sterno.

Viennae, die 8a Augusti 1711.

Eminentissimae et R.dmae Dominationis Vestrae humillimus et obligatissimus Servus

Polycarpus Filipowicz, Nominatus Bodonen.,
Vicarius Apostolicus Munkacinensis.

11.

Vienna, 15. VIII. 1711.

Nominatus Mukačoviensis Polycarpus Filipowicz de sua commoratione Vindobonae, de immutato statu rerum suarum, de difficultatibus ibi ulterius commorandi, de necessitate subsidii etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 578, fol. 472-3v.
HODINKA A., *Okmánytára...*, 555-6, nr. 428.

Emin.me et R.dme Domine, Domine Clementissime.

Post ea, quae anterioribus meis detuli Eminentiae Vestrae de meo rerumque mearum statu, nihil habeo his addendum nisi quod in ijsdem, in quibus prius, verser difficultatibus, et in maioribus in dies anxietatibus.

Ego ex mea parte in nulla re defui, quominus maturarem obsequi mandatis Sacrae Congregationis per Eminentiam Vestram intimatis; nunc sit cum gratia Eminentiae Vestrae dictum, paenitet quodammodo me tantae

---

[57] Aula Viennensis praetendebat nominationem omnium episcoporum in suo Imperio, etiam titularium. Ideo nominationi P. Filipowicz obstabat.

sollicitudinis in arrepto hoc itinere, dum ea obstacula, quae iam pridem rupta esse existimabam, fere intacta adhuc reperi, propter quod tam diu sine ullo fructu hic haereo. Quod tamen levius me afficeret, si haberem unde et de quibus praestolari exitum huius negocij. Ast cuius infelicitatis maxime quaeri cogor coram Eminentia Vestra, hoc me prae omnibus premit, quod non est qui intelligat super egenum et pauperem. Jam palam feci Eminentiae Vestrae, qualiter mutuato aere, expostulatoque summis precibus et assicurationibus ab amicis huc me contuli, innixus declarationi (f. 472v) Eminentiae Vestrae, quod a piissima generositate Emin.mi Domini Cardinalis de Saxonia praesto mihi deberent esse omnia, quae tam itineri huc perficiendo, quam ulteriori modo subsistendi necessaria forent. Nunc autem nec minimum quadrantem adhuc vidi, esto iam aliquoties, pro innata mea ingenuitate, modeste quidem, sed sat ad intelligentiam innui meam egestatem, tam eidem Emin.mo Domino, quam Ill.mo Domino Nuncio. Unde ad eas angustias sum redactus, ut si me manserit adhuc paulo ulterius subsidium appromissum ab Eminentia Vestra, et indigitatum in Emin.mo Domino Cardinali de Saxonia, contra quem ferat institutum et status mei prioris, et moderni, in quem benignissima gratia Sacrae Congregationis translatus sum, quaestu media vitae quaerere cogar.

Jam enim et supellex illa tenuissima, quam huc mecum attuli, quamque ulteriori meo statui, cum tali quali decore gerendo paraveram, iuri alieno obaerrhata esse debuit, propter tam longam et dispendiosam commorationem meam huic loci. Subjicio enim id altissimo iudicio Eminentiae Vestrae, quanta impensa a me fieri debuerit in hunc usque diem, cum iam quartus evolvitur mensis, (f. 473) a quo me fixo residentiae meae religiosae loco moverim, et tot mihi fuerint emetienda itinera, in tanta temporum caritate ubique locorum, et cum comitatu plurium personarum, non supererogatoriarum, sed necessariarum, sine quibus non. Met quintus enim hic dego, et cum sex equis in tali siquidem regione mansi, in qua non datur commoditas aliter commeandi, nisi propriis vehiculis et non conductitiis, et hic iam quartam insumo septimanam, cum eodem onere personarum et equorum, spe quotidiana allectus dimissionis ab hac Urbe. Tanta igitur pressus animi aegritudine, cum nesciam quid agere debeam, hoc unicum habeo, ut me conijciam in sinum benignissimum patrocinij tum Eminentiae Vestrae, tum totius Sacrae Congregationis, DD.meorum Clementissimorum, hac certa fiducia fretus, quod praetactis rebus meis afflictis, esto forsan minus mature, opportune tamen prospicere dignabuntur. Interea autem non cessabo pulsare fores pietatis et liberalitatis Emin.mi Cardinalis de Saxonia, si forsan illos benignitatis et benevolentiae suae excessus (f. 473v), quos mihi gratiosissime verbo hactenus explicuit offerendo, se mihi usque in Patrem, Procuratorem, et Advocatum effectu etiam sit comprobaturus. Haec dum Eminentiae Vestrae reverentissime

exprimo, una me ipsius indeficienti gratiae et protectioni enixissime devoveo, cum demississimo sacrae purpurae basio.

Viennae, die 15 Augusti 1711.

Eminentissimae et R.dmae Dominationis Vestrae humillimus et obligatissimus Servus

Polycarpus Filipowicz, Electus Episcopus Bodonensis,
Vicarius Apostolicus in Munkacz.

12.

Leopoli, 19. VIII. 1711.

Acta Capituli s.d. Unioviensis Basilianorum, sub ductu Episcopi Leopoliensis, Barlaami Szeptyckyj celebrati, in quo ordo monasticus instauratus, revisus et sancitus fuit. Minutissima etiam relatio actorum huius Capituli, confirmata subscriptionibus omnium participantium. Quia est opera primaria Episcopi Barlaami Szeptyckyj, ideo Acta haec in Litteris Episcoporum ponimus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 581, fol. 177-182v, vol. 588, fol. 581-592r.

Constitutiones et Sancita Congregationis Unioviensis Religiosorum Patrum in Ritu Graeco unito, Ordinis S. Basilij Magni, Dioecesis Leopoliensis, Halicien., et Kamenecensis Podoliae, die XIX mensis Augusti veteris styli, anno Domini Millesino septingentesimo undecimo.

Ad maiorem Dei Ter Optimi Maximi gloriam. In Nomine Domini. Amen.

– Ad perpetuam Rei Memoriam. –

Barlaamus Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis gratia Leopolien. Halicien. et Kamenecensis Podoliae Archiepiscopus (!), Archimandrita Unioviensis. – Significamus praesen. Literis nostris quorum interest, universis et singulis. Postquam Divina disponente gratia et manuductione, liberis trium ordinum votis et suffragiis ad Episcopatum evecti, mediante Sanctae Sedis Apostolicae assensu consecrati et feliciter in hac Cathedra Episcopatus Leopolien., Halicien., et Camenecensis Podoliae constituti fuerimus,[58] illico bene gnari ea esse felicissima et firmissima cujusvis imperij principia, quibus ipsa Supremi Numinis, uti Principis Pastorum, Authoris Fidei, et Consummatoris, per quem Pastores et Reges regnant, ac post ipsius in Ecclesia Vicarij assistit protectio et debitus, uti anima rerum, firmat ordo.

---

[58] Barlaam Szeptyckyj, Archimandrita Unioviensis per 35 annos, consecratus fuit in Episcopum Leopoliensem, Haliciensem et Camenecensem Podoliae anno 1710; obiit vero die 4 Aprilis 1715.

Huic Domino Deo principijs nostris in supremam tutelam oblatis, non alias a prima inauguratione sumpsimus intentiones, et sollicitudinis nostrae studia, solummodo quatenus gloriae Dei prospiciatur, Fides S. in Unione cum Ecclesia Romana eo impensius augeatur, Professio per nos facta intaminate adimpleatur, atque omnis in religioso, et saeculari spirituali statu, in virtute Canonum Sanctorum Patrum servetur Ordo.

Quapropter expedito paulo ante per nos Generali totius uniti cleri, Dioecesis nostrae Conventiculo, visum est nobis trito exemplo et zelo Antecessorum nostrorum, etiam conventiculum Congregationis Admodum Religiosorum Patrum Igumenorum et Seniorum universorum Monasteriorum Generalium et Particularium in Dioecesi nostra Leopoliensi, Haliciensi et Kamenencen. Podoliae existentium, propter firmandum rectum ordinem, sananda vulnera, meliorandas exorbitantias, et quidquid ex Orbita Legum SS. Patrum declinavit ad suum esse reducendum, constituere et designare. Prout quidem antiquo Antecessorum nostrorum exemplo plusque adimplendo Regulam et Legem SS. Patrum et vel maxime studendo, si quid perierat requirere, si quid abiectum, reducere, si quid confractum, alligare, si quid infirmum consolidare, si quid forte et pingue custodire et hanc Regulam in quam meliori statu, ad augmentum Gloriae Dei et firmius charitativi, sub una S. Sedis Apostolicae obedientia vinculi robur constituere, consequenter inconvenientias, si quae his temporibus irrepserant corrigere et in debitam Constitutionum Canonicarum reducere formam, idem Conventiculum designavimus et determinavimus, eosdemque Admodum Religiosos Patres Igumenos et Seniores (praemissa prius per Commissarios in singulo quoque Monasterio quantitatis et qualitatis Personarum Religiosarum, Iurium, Fundationum, mundi Ecclesiastici, subsidij, et subsistentiae revisione) seorsivis Literis nostris Universalibus pro die XIX mensis Augusti, veteris styli, in anno praesenti millesimo septingentesimo undecimo, ad Uniow, Archimandriam (f. 177v) nostram convocavimus et congregavimus.

Quo in termino praemisso, ad primum eiusmodi congregationis obtutum exultavit cor nostrum, intuendo uti Pater Filios obedientes, sicut Pastor dilectum ovile in unum congregatum; Domino Exercituum qui omni vetustior aevo, et qui ludens in Orbe Terrarum inevitabili nutu gentes de gente transfert pro eiusmodi in vita nostra felici beatitudine et beata felicitate, perpetuum diximus cultum, quod in eo saeculo nostro, Archimandriae quadragesimo tertio, Episcopatus vero secundo anno, stantibus hisce concatenatis praesen. temporis calamitatibus, quibus nos Divina Potentia pro peccatis visitat, multa diffundendo flagella, eam potissimum de gratia et favore Eius percipimus felicitatem et consolationem, videre in personis Congregatorum Patrum Regulam in suo esse ac imagine Patriarchae sui S. Basilij Magni et consequenter benedictionem: quoniam viderunt oculi mei salutare

tuum, intuendo facie ad faciem unumquemque Lumen ad revelationem Gentium et Gloriam plebis Tuae.

Post haec dulci paeane invocato Spiritu Sancto, occupatosque per singulos Admodum Religiosos Patres Igumenos inferius specificatos, pro qualitate personarum, praerogativarum et functionum locis, ac tandem praemissa a nobis, ad omnes et singulas in ordine huius Actus reflexiones per expressum, plane, aperte, luculenter ad intelligentiam cuiusvis sufficienti propositione, quidquid cum ijsdem Patribus Igumenis unanimi omnium et concordi assensu constituimus ac ordinavimus, inferius ad meliorem memoriam conservationemque secuturis saeculis exprimimus et ad Monasteria tradimus ac publicamus.

Atque imprimis, siquidem per continuas temporum vicissitudines, per multa Monasteria privata absque Fundationibus, Iuribus, sustentatione debita, seu potius quaedam reclinatoria particularia, sine lege, sine ordine, et forma (prout revisio Religiosorum Patrum Commissariorum edocet) reperiuntur, in quibus unus tantummodo Religiosus existens, fratres penes se nullos habens, titulum Igumenatus, sibi usurpare praesumit, et exinde pessimae proveniunt sequellae, disordo, libera per diversa loca vagatio et per vagationes inconvenientiae: – Quapropter, obviando ulterioribus consequentijs, et hunc errorem ac abusum ad meliorem reducendo statum, omnes et singulas eiusmodi particularitates absque Fundatione, absque Iuribus et Fundis, in una tantummodo Particula glebae aliquot cubitorum locatas, sub regimen et dispositionem maiorum et nobiliorum ac in fundatione positorum Monasteriorum subijcimus, tradimus et incorporamus, atque seorsiva eo nomine ad quod Monasterium seu claustrum, quae particularitas regulari et spectari debeat iuxta praesens pactum, et laudum dispositionem extradere ac publicare declaramus. Obligando Admodum Religiosos PP. Igumenos, quemlibet seorsive, quatenus quisque debitam cuius particularitatis sibi per declarationem cessae, et competentem ex officio suo et conscientia adhibeat attendentiam, curam, sollicitudinem et conservationem.

Quolibet anno visitet, quaeque mobilia, et sese moventia suae particularitatis revideat, regestro circumscripta habeat, disordinem reprobet, nec quidquam ex eodem particulari Monasterio ad suum Monasterium percipiat et applicare praesumat, augere magis ad gloriam Dei in ijsdem particularitatibus, non (f. 178) minuere studendo. Religiosi vero Patres, quibus istarum Particularitatum seu particularium locorum attendentia, provisio et cura comittetur, non amplius iam titulum Igumeni assumere praesumant, verum tantummodo titulo Senioris seu potius Curatoris gaudent.

Quoniam vero et hoc per insolentiam (quae tamen ad praesens in Dioecesi nostra non reperitur) nonnullorum contingit, quod effusi in licentiam proprium investiturae suae monasterium, seposito solemne votivo suo proposito

deserunt et ad aliud Monasterium, absque ulla Superioris sui licentia, transeant, sive in locum aliquem particularem non propter aliquas devotiones et solitariam vitam, verum satisfaciendo malae voluntati suae et insolentiae, nova sibi pro erigenda Fundatione quaerunt loca; et sic in Privatis, nulla fundatione dotatis, degendo locis, alter alteri investituram monasticam tribuit; post haec per oppida et vicos divagando, Vicariatus penes ecclesias Parochiales tenent, eleemosinis hominibus molestias inferunt, cum summo scandalo; quocirca nos, referendo se hac in parte ad normam et regulam Fundatoris nostri Divi Basilij Magni, Constitutionesque SS. Patrum, unanimi consensu statuimus et authoritate praesentis Synodi decernimus, quatenus omnes ejusmodi transgressores et desertores, si qui ex proprio Monasterio ad aliud, sive in alia loca privata transierunt, confestim ad sua propria Monasteria, Coenobia, et Claustra redeant, sub privatione officij sacerdotalis et benedictionis Dei.

Admodum vero Religiosi Patres Igumeni tenentur et tenebuntur, sub abiudicatione dignitatis suae, profugos et desertores suos inguirere, investigare, revertentes et redeuntes in omni charitate et clementia suscipere. Advenas vero et alienos statim ad propria coenobia cum debito testimonio remittere. Exorbitantes similiter et delinquentes, secundum Apostolum Sanctum compescere, et corrigere spiritu lenitatis, alter alterius onera portando, in Monasterio suo poenas ipsis irrogando, non vero ex illo expellendo, scientes quia et illorum et vester Dominus est in Caelis, et personarum acceptio non est apud eum. Propter quod, ut eo solidior, sufficientior, et perfectior omnibus et singulis quorum interest possit esse informatio ac notitia, seorsivis Universalibus Literis nostris, sub poenis in secus facientes, ad mentem SS. Canonum determinandis circumscribere et easdem universales quantocius per Dioecesim ordinare et transmittere declaramus.

Et ut facilius tam praemissa constituantur, firmentur et conserventur, quam et debitus in omnibus ordo, qui est anima rerum, in suo maneat esse, visum nobis in praesenti congregatione Superintendentes sive Consultores quatuor, alias Sobornych super universa Monasteria e medio nostri eligere et ordinare, prout eligendi campus conceditur.

Et quoniam ijdem Admodum Religiosi Patres Igumeni in eadem sessione e gremio sui nominarunt, nemine contradicente, et elegerunt Admodum R.ndos et Religiosos in Christo Patres, Dionisium Sinkiewicz, Leopolien. Sancti Georgij, Parthenium Lomikowski, Podhoreczensem et Zloczoviensem, Hiacinthum Zukouski, Pitrecensem et Theodosium Syczynski, Wyszpianensem Igumenos, Ipsisque publico ore et concordi voto hanc provinciam Consultoriatus (f. 178v) praecommiserunt; idcirco officium et munia qualia esse debent, tam eorundem Consultorum, quam etiam ipsorum Igumenorum, et Fratrum Religiosorum circumscribuntur.

Et quidem praedicti Admodum R.di et Religiosi in Christo PP. Consultores, alias Soborni, ante omnia tenebuntur saltem semel in anno Monasteria universa in Dioecesi praesenti existentia seorsive visitare, Iura omnia, Fundationes, et quasvis ipsorum dispositiones videre, revolvere et in uno volumine connotatas ac inscriptas habere. Perceptorum et Expensarum cunctarum cujuslibet Monasterij ab Admodum Religiosis Patribus Igumenis calculationem et rationem excipere. Excessivos et delinquentes, pro demerito et qualitate facti, iudicare et punire. Ornamenta ecclesiae in auro, apparatu, libris, tum et cunctas obventiones caenobiales, in pecoribus, pecudibus, crescentiis, caeterisque utensilibus, seorsivo regestro conscripta, penes se semper habere et tenere. Qualitatem Personarum, ad quae munia et ministerium quisque aptus, tum quantitatem et numerum, quot videlicet ex annuis et obventionalibus Monasterii proventibus subsistere in victu et amictu queant considerare. Quocirca Admodum Religiosi Patres Igumeni debebunt memoratis Admodum R.dis et Religiosis Patribus Consultoribus numerum Personarum in quolibet Monasterio dispositioni suae subiecto, quemlibet de nomine et cuius capax sit Ministerij ac obedientiae specificando deferre.

Tenentur observare iidem Admodum R.PP. Consultores, ne absque licentia et obedientia Ipsorum de monasterio ad monasterum Religiosi Patres transeant, quae obedientia non debet dari sine Canonica ratione, ob quam Religiosus in hoc Monasterio, in quo est investitus, persistere non valeat. Hanc vero rationem Admodum R.dus Pater Igumenus sub conscientia denuntiare et exprimere obligatur. Vagabundos, et ubicunque, quovis praetextu, extra scitum et claustrum fundatione authentica fundatum degentes, et existentes pro arbitrio et exigentia religiosae institutionis ad potiora et nobiliora caenobia remittere.

Tum quoque Admodum R.di PP. Igumeni debent eligi ad hoc officium superioratus iuxta solitum morem usitatam in quolibet monasterio praxim, per gradus cuiusvis obedientiae, ad Regulam S. Basilij Magni sese referendo, experti, exemplares in pietate et experientia ad eandem dignitatem probati. Oportet enim Superiorem esse prudentem, sobrium, non otiosum, irreprehensibilem, ornatum, pudicum, doctorem, non tardum, vigilem, pium, rectum, circumspectum, domui suae bene praepositum, omnia et de omnibus scientem, non cupidum, sui oblitum, amabilem, misericordem, hospitalem, modestum, non litigiosum.

Debent de unoquoque suo scire, quolibet die et vita eius.

Perceptarum et expensarum Monasterii cuiusvis solidam debent habere diligentiam et animadversionem ne dispendantur, sed ut debite dispensentur (f. 179) et exacte regestro connotentur.

Ornamenta ecclesiastica, videlicet argentum, apparatus, libros, et alias

obventiones Monasterii in pecoribus, pecudibus, crescentiis, totamque ac universam oeconomiam regestro conscribere, eademque regestra quolibet anno Admodum R.dis et Religiosis in Christo Patribus Consultoribus alias Sobornym, nunc Synodaliter electis, praesentare, calculumque ac rationem perceptorum ac expensarum reddere debebunt.

Fratres Religiosos ex aliis Monasteriis, licetsi cum iustissima Superiorum licentia dimissi fuerint, suscipere neque etiam summe excessivos de Monasterijs suis expellere sine notitia, assensu et licentia praeditorum Consultorum facultatem habebunt, quinimo ut ad propria monasteria revertantur urgere et compellere tenebuntur, porro servantes in toto verba Sanctorum Apostolorum: Patres, nolite ad indignationem provocare Filios vestros, ut non pusillo animo fiant, pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte sed spontanee secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps Pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam.

Et quoniam in minoribus et particularibus seu potius privatis Monasterijs, praesumunt Religiosi Patres Seniores tonsuram et investituram monasticam ingredientibus Religionem offerre, ex quo multi in diversis locis numerantur vagi, quocirca, obviando ne amplius eiusmodi eveniant scandala, inhibetur abhinc in praedictis minoribus privatis monasterijs tonsura et investitura Monastica.

Antequam vero Divina Providentia aliquod in erectionem unius formalis novitiatus monstrabit et offeret subsidium, eiusmodi in praemissis ex hoc publico conventiculo datur declaratio, quae ut ab omnibus manuteneatur volumus.

Si et in quantum aliquis ad minimum quodque particulare monasterium ingredi voluerit, ex tunc Monasterij eiusdem Senior alias Curator debebit illum Admodum Religioso Patri Igumeno, a quo dependebit, praesentare; Admodum vero Religiosus Pater Igumenus praecognitis ipsius intentionibus, et votis ad monasterium quodcunque, suae tutelae subiacens, promovebit et ordinabit eum, quatenus ibi ad normam novitiatus, nedum investituram, sed vitae religiosae institutionem imbibat; ubi si, Divina suffragante gratia, perficiet, Senior eiusdem loci debebit ipsum iterum ad Admodum Religiosum Patrem Igumenum ordinare cum Testimonialibus prout, vitae religiosae sumpsit principia; tandem per eundem Admodum Religiosum P. Igumenum ad Monasterium in quo votum fecit, sub obedientiam remittetur.

Excedunt in nonnullis locis in habitu et vestitura monastica; quocirca iniungitur authoritate presentis Conventus, ut habitus Religiosus sit competens, ad Regulam et Ordinem Divi Basilij conformis, absque ullis figmentis et colorum diversitate, utpote: Klobuki, Podkapki, Sutanny, Mantye nigri

coloris, cinguli e corio nigro, compositi non plumatiles; similiter sandalia sint simplicia absque ullo unquam figmento.

Refectorium vulgo Trapeza sit iuxta antiquum usum et legem praedicatam, absque (f. 179v) carnibus, in lacticinijs sive oleo, sicuti Regula Fundatoris loci disponit, mortificantes membra sua quae sunt super terram. Omne item sit commune, in cubiculis nihil apponatur, verum ad unum Refectorium omnes insimul congregare et in illo quidquid apponetur contenti esse debent, in omni modestia, et sanctimonia sicut Electi Dei, sancti et dilecti, induti visceribus misericordiae, benignitate, humilitate, modestia et patientia.

Obedientia quaeque Monastica debet esse prompto et alacri animo, absque excusatione, murmuratione et tergiversatione, in omni diligentia et executione, non ad oculum serviendo quasi placendo, sed in simplicitate cordis, timendo Deum. Siquidem illa est major victima vivificans Religiosum, ad quam singuli in Monasterio, tam seniores quam iuniores Religiosi ex Regula et obligatione sui, pro capacitate uniuscuiusque tenentur, ne per otium in opprobrium incidant et laqueum diaboli. Quodcunque vero facient in verbo aut opere, omnia in nomine Domini, gratias agentes Deo et Patri per Ipsum.

Et prout quaevis prorsus in spe... obedientia ab Admodum Religioso Patre Igumeno, sive Seniore alias Curatore designata, libenti et prono animo suscipi, non oscitanter et gravatim exequi ac adimpleri, ita etiam Patri Igumeno debitus honor, observantia, et reverentia exhiberi ab omnibus dependentibus Fratribus Religiosis debet, ad singulos ipsius nutus, ex professione sua existentes parati, vel in minimo non contraveniendo, omnia in Gloriam Dei ex animo operantes, sicut Domino et non hominibus, scientes quod a Domino accipient retributionem haereditatis.

In cubiculis nihil quidquam sui proprij vel minima particula sive alicubi alibi, sive in depositorio habere praesumant, verum omnia et cum omnibus sese ad commune referant, neque commestiones aliquas in cubiculis sibi apponere faciant.

In Refectorio alias Trapezie, lectioni, exhortationi et doctrinae, solidissime et diligentissime sint attenti, evitando quosvis discursus, loquelas et contentiones, omnes sensus et mentem dirigendo ad capienda exempla SS. Patrum, ut eo facilius vitam Religiosam percipiant.

De monasterio ad monasterium divagari, et ne quidem extra portam claustri progredi sine licentia Superioris prohibetur.

Scripturas nullas et literas etiam ad Parentes suos transmittere non poterunt, nisi prius a Superioribus videantur et legantur, quod seriae attendentiae eiusdem Superioris committitur.

Confessarios duos proprios selectos et omnium voto electos ac ordinatos habeant, conscientias suas saepissime examinent, et peccata per confes-

siones diluant, memores doctrinae S. Scripturae: Quoties cades, toties consurgas et salvus eris. Dum vero quis ex Religiosis Monasterij eiusdem, coram eodem electo Confessario deponere Confessionem non poterit, ex rationibus se permoventibus, eo casu tenebitur Admodum Religiosus P. Igumenus alium ipsi ad excipiendam Confessionem ordinare et substituere.

In ecclesia cum omni reverentia, modestia, timore, humilitate et veneratione Majestatis (f. 180) Divinae, absque ira et disceptatione sint stantes, sursum corda habentes, deorsum capita inclinantes, a vanitate oculos avertentes, ore et cordibus orantes et cantantes Deo.

In Monasterijs vero adinvicem se diligant, ante omnia charitatem mutuam in semetipsis continuam habeant, convenienter, placide, quiete, cum exemplo fidelium, in verbo, conversatione, charitate, fide, et castitate permaneant, animas suas sanctificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem se diligentes, iram, indignationem, malitiam, dolum, simulationes, et omnes detractiones deponendo. Sobrij sint et vigilantes, lectioni ac orationi, quia adversarius circuit quem devoret, verbum Christi habitet in eis abundanter, in omni sapientia docentes et commonentes semetipsos, psalmis et hymnis, canticis spiritualibus, in gratia, ut integer spiritus et anima et corpus sine querela in Adventum Domini Nostri Jesu Christi servetur.

Monasteria quoque Fratres suos Religiosos non debebunt ordinare ad Benefactores, absque licentia Admodum Religiosi Patris Igumeni sui proprij, nam exinde multi Religiosi numerantur vagi, de varijs Dioecesibus excurrentes, qui fictis de quocunque Monasterio, praesertim aliquo potiori, Testimonialibus pios homines decipiunt, eleemosinas intercipiunt, ad illicitos usus convertunt, videlicet compotationes et alias inconvenientias, cum scandalo Infidelium et aliorum in fide dissidentium. Et in quantum necessitas eandem missionem exiget, non unus sed duo ordinentur, ubi vero paucitas Religiosorum, potest et unus ordinari cum Laico tamen maturo ac Testimonialibus.

Et quoniam ob nimium defectum et egestatem contingit in Monasterijs, quae mendicatis tantummodo suffragijs ex sola eleemosina et opera manuum suarum subsistunt, in sustentationem Fratrum Religiosorum, sive etiam ob alias infelicitates, argentum ecclesiasticum oppignorare et aliquando alienare ac vendere idcirco, adhinc vel minimam rem ecclesiasticam quovis titulo alienare, neque immobilia bona oppignorare, multo magis divendere iuxta illud: Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, quod enim semel dicatum Deo, amplius ad humanos usus transferri non debet. Admodum Religiosus Pater Igumenus seu Senior alias Curator habebit potestatem, nisi prius per Admodum Religiosos PP. Consultores, alias Sobornych, necessitatis et causae, an videlicet expediat ecclesiae alienatio huiusmodi, subsequatur

cognitio ac deinceps authoritas, facultas et licentia. Quocirca Admodum Religiosi Patres Consultores praedicti non solum hoc in puncto, verum etiam in omnibus et singulis suis munijs obeundis superius circumscriptis semper et quovis casu, ad sensum et dispositionem loci Ordinarij sese referre et conformes esse debebunt, non derogando quidquam authoritati et Jurisdictioni ejusdem, siquidem nedum antiquus usus et consuetudo atque Constit. Juris Canonici Ecclesiae Nostrae, verum et mediatio authentico Instrumento in Comitijs Generalibus Regni Varsaviensibus, millesimi sexcentesimi octuagesimi primi anni in causa Religionis, ratione unanimis et spontaneae Illustrissimorum Leopolien. et Praemisliensis Episcoporum ad Unionem accessionis, Perillustres et Magnificos Commissarios ad hoc pium opus a Serenissimo Rege olim piae memoriae Joanne (f. 180v) Tertio[59] deputatos, stante pro tunc Nuntiatura Illustrissimi ad R.ndmi Domini Opitij Pallavicini, post Eminentissimi S.R. Ecclesiae Cardinalis officio,[60] sub felicissimo vero SS.mi Domini Innocentij XI Pontificatu transacta, tam Spiritualem quam Religiosum Clerum immediate Iurisdictioni loci Ordinarij absque omni controversia ac disceptatione subdidit et tradidit.

Consurrexerat quidem contra praemissa aliqua ex parte et fulminabat Congregatio Ordinis S. Basilij Magni Lithuaniae, intendendo haec et eiusmodi nostra Jura, ac Immunitates a tot annis, a primaevis fundationibus solemnisatas et antiquo usu practicatas, ex cardinibus movere ac evertere, nos in Regno existentes, Provinciae suae Magni Ducatus Lithuaniae incorporare, de potestate ac Iurisdictione loci Ordinarij proscribere et eximere,[61] nisi quorundam Religiosorum Patrum iurium et libertatum nostrarum sollicitudo obviasset, atque huic actui Protestatione sua, hic Leopoli, coram Illustrissimo et R.ndmo Domino moderno Metropolitano Kiioviensi,[62] protunc Administratore Episcopatus praesentis Leopoliensis, in Collegio Pontificio Ordinis Clericorum Regularium existente, per Admodum Religiosum Patrem Parthenium Lomikovski Podhoreczensem et Zloczoviensem atque Antonium, Leopoliensem Sancti Onofrij Eremitae, Igumenos, cum consortio Religiosi P. Theophili, ad ecclesiam Civitatensem Leopoliensem, Assumptionis in Coelum Gloriosissimae Virginis Mariae existentis, comparentes, praesentibus et adstantibus protunc R.ndmis aeque ac Religiosissimis Patribus Stephano Trombeti,

---

[59] Joannes III Sobieski, rex Poloniae (1674-1696).

[60] Pallavicini Opitius, Nuntius ap. in Polonia (1680-1686); nominatus fuit cardinalis die 6 Sept. 1686, tit. S. Martini in Montibus. Obiit Romae die 11.II. 1700. Cfr. «*Hier. Catholica*, vol. V, p. 12.

[61] Praesertim temporibus Protoarchimandritae Leonis Kiszka haec conamina notantur (1703-1713).

[62] Georgius Wynnyckyj, metropolita Kioviensis (1708-1713) et Episcopus Peremysliensis (1700-1713).

BARLAAM ŠEPTYCKYJ
Episcopus Leopoliensis
(1710-1715)

Praefecto et Vincentio Guarnerio, Lectore Collegij eiusdem Pontificij Leopoliensis, tum Caietano Belavita, Vicario Varsaviensi Ordinis Teatinorum, et Innocentio Piehowicz, Ordin. S. Basilij Magni, Auditore protunc eiusdem Ill.mi Metropolitani necnon Magnifico Alexandro Rytarowski, Vicesgerente Castrensi Leopolien., verbaliter die vigesima tertia mensis Iulij, anno millesimo septingentesimo nono facta, etiam a Superioritate Ecclesiastica suscepta obstitisset.

Quapropter et nos omnes in praesenti Conventiculo congregati, nomine universorum et singulorum Fratrum nostrorum praemissam protestationem reassumendo, ad eandemque sese referendo, in perniciem eiusmodi moliminum humillime supplicamus Eminentissimis ac Reverendissimis Sanctae Romanae Ecclesiae Principibus Cardinalibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, Dominis Patronis Colendissimis et Benefactoribus Munificentissimis, quatenus de plenitudine gratiae et potestatis suae, nos Religiosos, in Regno existentes, ab eiusmodi impetu et molimine Provinciae Lithuanae paterne protegere, circa jura nostra antiquata vetustate temporum ac usu solennisata etc. practicata, Diplomatibus recentibus et Constitutionibus Regni firmata, inviolabiliter conservare, incorporationi eidem suprema authoritate sua derogare, et eandem reprobare dignentur. Non tradant nos egenos et pauperes, nulla opima fundatione gaudentes, subditos nullos habentes, magisque ex eleemosina sive in sudore vultus ac opere manuum suarum panem queritantes, in manus et Iurisdictionem praemissae Provinciae Lithuanae, practicato inter Religiosos Ritus Latini exemplo, inter quos Provincia Regni distinguitur a Lithuania. (f. 181) Quod negotium gratiae et peculiari nominationi Ill.mi loci Ordinarij submittimus, Admodum vero Religiosos Patres Consultores, alias Sobornych, quatenus eiusmodi Promotioni invigilent et ipsimet sese interponant, fraterne obligamus.

Quando quidem et hoc saepe evenit, quod Parochiani ad Monasteria sibi placita propter Sacramenta Paenitentiae et Eucharistiae, aliaque sese conferre solent, proinde sub gravissimis censuris ecclesiasticis cavetur et statuitur ne Monasterium ullum Paschalem Confessionem recipere a Parochiano audeat, nonnisi praevio consensu et licentia proprij Parochi sui in scripto data. Qui vero sub tempus aliarum Festivitatum ex devotione et pietate sua in Monasterijs confiteri et communicare voluerit, non prohibetur immo committitur.

Hoc tamen quilibet Religiosus observare tenetur, ne ex casibus, qui solummodo solis Episcopis sunt reservati, si et in quantum expressa ad id per Superioritatem sibi communicata caret facultate, absolvere non praesumat, verum paenitentes, cum ijsdem Casibus venientes, sive ad ipsummet loci Ordinarium sive ad illum quem sciret plenaria eo in passu insignitum esse facultate, remittat, intaminate sigillum conscientiae servando.

Reservati vero casus sunt eiusmodi: Haeresis, apostasia non solum a fide, sed etiam a Religione et lege divina; Homicidium deliberatum publicum, percussio malitiosa et scelerata sacerdotum vel parentum; Procuratio internecionis in matrimonio alterutrius; Veneficium et incantamentum; Divinatio; Scripturae Sacrae perversa interpretatio et abusus; Deliberata partus perditio; Oppressio progeniei; Violentia in raptu Virginis; Matrimonium in affinitate, sive post factum Castitatis votum; Cum consanguineis sive contra naturam coitus vel communicatio; Perjurium sive falsum in Iudicio testimonium; Blasphemia contra Deum et Sanctos eius; Sanctuariorum aut ecclesiarum sive aliarum alienarum rerum combustio; Bonorum ecclesiasticorum illegitima et iniusta possessio.

In articulo tamen mortis potest ejusmodi Paenitentem quilibet sacerdos absolvere et dispensare.

Ad extremum, cum inter tot et tantas pernecessarias considerationes earum et hoc potissimum rei pretium Congregatio praesens esse habuit, quod Noviciatus, ob tonsuram, investituram et institutionem venientium ad Regulam Divi Basilij, sit vel maxime pernecessarius ac utilis et omnino requiratur; Monasterium autem respondens ex Fundatione sua et sufficiens omnibus ejusmodi et singulis in noviciatu necessarijs, ob carentiam dotis et patrimonij non reperitur, Benefactores quoque ad erigendum desunt, neque modus sustentandi inveniri potest, proinde supplicandum ei ex praesenti conventiculo duximus Sanctae Sedi Apostolicae et Sacrae Congregationi, quatenus de plenitudine supernae gratiae suae, ex zelo pietatis, tum amore Ecclesiae et Religionis dignentur, supplendo egestatem et angustias nostras, subvenire tam piae necessitati et operi prospicere et providere aliquod subsidii pro erigendo, sustentando (f. 181v) et conservando eiusmodi Noviciatu, ad incrementum Gloriae Dei et perpetuam nominis sui memoriam. Tot loquuntur arae, loquuntur caenobia, Collegia, Seminaria varijs in locis, mille gratias, mille beneficia Sanctae Sedis Apostolicae, tanquam a fonte benefico gratiarum diffuso. Utinam et in nostram Regulam S. Basilij simile de rore Vicarij numinis defluat beneficium; etiam de micis edat, quae cadunt de mensa Domini sui. Quibus eiusmodi intentionibus, supplicationi et votis nostris ut eo impensius assistat authoritate sua Ill.mus Dominus loci Ordinarius, idemque negotium, ut reliquiae Ordinis nostri salvae fiant, promovere dignetur submisse expostulamus. Admodum vero Religiosis PP. Consultoribus alias Sobornym, nunc electis, quatenus huic operi instent serio committimus.

Hoc etiam in praesenti Congregatione statuitur, ut quovis triennio elapso similis Congregatio, praemissis Innotescentialibus loci Ordinarij in praxim et usum veniat,[63] pro die et festo Nativitatis S. Joannis Baptistae, iuxta vetus

---

[63] Haec Congregatio nunquam propositum suum in operam deduxit.

Calendarium, in qua vel approbatio vel mutatio Officiorum Admodum Religiosis Patribus Igumenis salva reservatur, ubi et liquidationes expedientur. Taliter itaque unanimi omnium consensu, consilio, liberaque voce compositis, confectis, et conscriptis superius paemissis articulis nostris et Constitutionibus, quod felix faustumque sit ad maiorem supremi Numinis gloriam. Eo tandem ultimo articulo concludimus ac terminamus praesentem Congregationem nostram: Super acceptantibus haec Sancita nostra et adimplentibus sit et maneat semper Benedictio Dei Omnipotentis; super vero secus facientibus et contrariantibus Anathema.

Quemadmodum vero concordi sensuum et affectuum combinatione animas nostras Benedictrici Sanctae Sedis Apostolicae Dexterae per expletam Professionem vovimus subditasque fecimus, ita etiam praesentes nostros, circa meliorem ordinem et firmanda mutuae charitatis vota, conatus, benedictionum plenitudini, scabelloque eiusdem S. Sedis Apostolicae, cum solemni perpetui cultus voto, demissis capitibus nostris subijcimus. Supplicantes continuo Divinae Majestati pro felici successu et longaevo imperio, non Nestoreos inane votum, sed Petri vivat Clemens XI annos, et non solum vivat, sed perennet diu nobis, et ter beato senio veteranam Ecclesiae Sanctimoniam detineat diu et repraesentet.

Quamobrem Nos Episcopus, confestim, eodem plane instanti, ad Sancta Sanctorum constitutus, votivo Sacro has intentiones, vota ac suspiria universorum Congregatorum Maiestati Divinae, effusis specialibus orationibus reposuimus, ac post in signum gratitudinis decantato Te Deum Laudamus hymno, haec Congregationis praesentis Sancita, in maius robur et valorem cum omnibus Igumenis et Senioribus manu propria subscripsimus.

Barlaamus Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenensis Podoliae, Archimandrita Unioviensis.

Pater Heraclius, Igumenus Monasterij Krechoviensis, suo et totius Religiosae Universitatis Monasterij eiusdem nomine.

Pater Philaretus, (f. 182) Vicarius Monasterij Skitcensis, suo et Admodum Religiosi in Christo Patris Igumeni, ad praesens valetudinarij, totiusque Religiosae Universitatis Confratrum suorum Monasterij eiusdem nomine.

Pater Dionysius, Igumenus Monasterij Leopolien. ad aedes Cathedrales S. Georgij siti, suo et Confratrum suorum nomine eiusdem Monasterij.

Pater Antonius, Igumenus Monasterij Leopolien. ad aedes S. Onofrij Eremitae, suo et Confratrum suorum nomine eiusdem Monasterij.

P. Pachomius, Igumenus Monasterij Leopolien. ad aedes S. Joannis Evangelistae, suo et Confratrum Monasterij eiusdem nomine.

P. Heraclius, Vicarius Monasterij Uhernicensis, suo et Admodum Religiosi in Christo P. Igumeni, ad praesens absentis, totiusque Religiosae Universitatis Confratrum suorum Monasterij eiusdem nomine.

Pater Parthenius, Igumenus Monasteriorum Podhorcensis et Zloczoviensis, suo et Religiosae Universitatis dictorum Monasteriorum nomine.

Pater Dionysius, Igumenus Monasterij Trembovlien., suo et Confratrum suorum Monasterij ejusdem nomine.

P. Hyacinthus, Igumenus Monasterij Pitrecensis nomine et Confratrum suorum eiusdem Monasterij.

P. Theodosius, Igumenus Monasterij Wyszpianen. suo et Confratrum Monasterij sui nomine.

P. Silvester, Igumenus Monasterij Zadarovien., suo et Confratrum Monasterij eiusdem nomine.

P. Geodeon, Igumenus Monasterij Pohonensis, suo et Confratrum Monasterij eiusdem nomine.

P. Silvester, Igumenus Monasterij Hoszoviensis, suo et aliorum Confratrum Monasterij eiusdem nomine.

P. Isichius, Igumenus Monasterij Krasnopustynensis, suo et aliorum Confratrum Monasterij sui nomine.

P. Dosophtaeus, Igumenus Monasterij Domaszoviensis, suo et Confratrum suorum Monasterij eiusdem nomine.

P. Tarassius, Igumenus Monasterij Biesiadensis, suo et aliorum Confratrum Monasterij eiusdem nomine.

P. Innocentius, Igumenus Monasterij Jazienicensis, suo et aliorum Confratrum suorum Monasterij eiusdem nomine.

Pater Gedeon, Senior seu Curator Monasterij Vicinensis.

P. Domentianus, Senior seu Curator Monasterij Krylosoviensis, S. Eliae Prophetae.

P. Raphael, Senior seu Curator Monasterij Swaryczoviensis.

P. Isaia, Senior seu Curator Monasterij Podhorodicensis.

P. Silvester, Senior seu Curator Monasterij Zavalovien.

P. Gedeon, Senior seu Curator Monasterij Dobrzanensis.

P. Theodosius, Senior seu Curator Monasterij Sokolensis.

P. Parthenius, Senior seu Curator Monasterij Ladczanensis.

P. Cornelius, Senior seu Curator Monasterij Rukomyszczensis.

P. Raphael, Senior seu Curator Monasterii Bolochoviensis.

P. Vitalius, Senior seu Curator Monast. Dorohoviensis.

P. Martinianus, Senior seu Curator Monast. Rudnicensis.

P. Athanasius, Senior seu Curator Monast. Sokolecensis.

P. Paladius, Senior seu Curator Monast. Grabovecensis.

P. Joannes, Senior seu Curator Monast. Lapszynensis.

P. Gedeon, Senior seu Curator Monast. Lisnicensis.

P. Pachomius, Senior seu Curator Monasterij Tarnopolien.

P. Bartholomaeus, Senior seu Curator Monasterij Satanoviensis.

P. Seraphinus, Senior seu Curator Monasterij Ludcensis.
P. Ezechiel, Senior seu Curator Monasterij Zwiniacensis.
P. Josephus, Senior seu Curator Monasterij Skalatcensis.
P. Paisius, Senior seu Curator Monasterij Stezynen.
P. Nicodemus, Senior seu Curator Monasterij Międzybozen. (f. 182v).
P. Innocentius, Senior seu Curator Monasterij Rohatynensis.
Pater Heraclius, Senior seu Curator Monasterij Zyznomiriensis.
P. Dorothaeus, Senior seu Curator Monasterij Czortkoviensis.

Quod vero haec omnia taliter in Polonico Originali de verbo ad verbum, iuxta tenorem praesentem, ex eodem fidelissime rescriptum, subscriptionesque hae omnes appositae contineantur, in majorum horum fidem manu mea propria, cum appositione sigilli, subscribo. – Barlaamus Szeptycki, Episcopus Leopoliensis, Haliciensis et Camenecensis Podoliae, Archymandrita Unioviensis, manu propria. – Locus Sigilli. –

Et quia Ego M. Simon Stanislai Wosinski, Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius, et ab Ill.mo et R.ndmo Domino Nicolao Spinola, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Thebarum, etc. et in Regno Poloniae ac Magno Ducatu Lithuaniae, cum facultate Legati a latere, Nuncio Apostolico, ad hoc Instrumen. publicum conficien. praecise vocatus; ipsum Originale praesentis transumpti vidi, legi et in manibus habui, ex illoque de verbo ad verbum transumi feci, idcirco praesens Instrumentum Transumpti manu et sigillo meis proprijs, quibus in talibus utor, subscripsi et communivi. Datum et Actum Cracoviae, hac die XII mensis Decembris 1711.

M. Simon Stanislai Wosinski, Notarius qui supra (mpp.).

Et quia supradictus Monsignor Simon Stanisl. Wosinski esto talis, qualem se facit, ideo per praesentes testamur omnibus quorum interest, ut praef. scripturae sic transumptae de mandato nostro per ipsum plena fides adhibeatur. In quorum... Datum Cracoviae, 17 Decembris 1711.

. . . . . .

13.

Vienna, 21. VIII. 1711.

Nominatus Mukačoviensis Polyc. Filipowicz exponit ulterius Cardinali Praefecto de Prop. Fide suas difficultates manendi Vindobonae et providendi rebus suis quoad eparchiam Mukačoviensem nec non de sua subsistentia, nisi a S. Congregatione ipsi de hoc provideatur.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 578, fol. 474-5v.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 557-8, nr. 429.

Eminentissime et R.dme Domine, Domine Clementissime.

Dignabitur dare benignissime veniam Eminentia Vestra importunitati, quam ei adfero toties repetita crambe, et magis adhuc ingratissima materia illius, quae dumtaxat solis constat querelis et lamentis. Hoc enim unicum in praesenti afflictissimo statu meo solacium mihi relictum est, quod possum communicare res meas deploratas illis, a quibus solum auxilium effulgere aliquod potest. Placeat itaque scire Eminentiae Vestrae, Domino meo Clementissimo, quod nihilo melius negotium meum procedit, quam nuperrime eidem significavi; me interea reducto ad desperatos ferme terminos, quid agere, vel quo me vertere amplius debeam prorsus ignorare; eo quod omnis mihi facultas adempta sit, et hic subsistendi, et ad propria, ex quibus veni remeandi. Non negligo ex parte mea ullas diligentias ac sollicitationes, quascumque possum facere, tum apud Eminentissimum D. Cardinalem de Saxonia, tum etiam apud Ill.mum D. Nuntium, quibus etiam iam haud dubie factus sum gravis et visu et (f. 474v) auditu, ob assiduam ipsorum inquietationem, et tamen non accusando minime pietatem ipsorum, sat pronam in alios, sed tantum de mea dolendo mala sorte, demerito aliquo forsan vel apud eosdem, vel quod certius est apud Divinum Numen contracta, nullam hactenus inveni miseriis meis realem et efficacem compassionem. Si de meis solum ageretur pressuris et damnis, quorum iam nonnulla sunt secuta non modo per tot erogatas impensas, quae mihi propriae esse poterant, acquisitae mercede meorum servitiorum, quae apud notos Praelatos Ritus nostri per plures navavi annos, verum etiam per attritas adeo vires, tam multifario, longo, incommodo, et aerumnosissimo itinere, alia secutura non vane a me metuuntur, ob periculum honoris et famae; minus id adhuc a me curaretur. Scio enim pridem arctioribus quibusvis vinculis obligatum esse ad obsequendum Deo et Ecclesiae Sanctae, non modo leviorum istarum rerum iactura, verum etiam dispendio ipsiusmet vitae. Sed quod me maxime (f. 475) angit, ne per me alii, quibus forsan non eadem est obligatio nec idem animus, quique nullum hac in parte habuerunt interesse, damnificentur, tum qui mihi aere suo mutuo dato succurrerunt ad velociorem mandatorum Sacrae Congregationis executionem, quibus imparem me prorsus agnosco satisfaciendo, tum etiam qui operam suam in famulando mihi ex necessitate et decore ministerii mihi iniuncti locaverunt. Addit non minimum momentum afflictioni spiritus mei, non modo allegata tanta tarditas auxilii in necessitatibus meis ab Eminentissimo D. Cardinali de Saxonia, verum etiam quod esto aliquod sperare, licet illud non potest esse nisi admodum tenue, quemadmodum mihi iam sat clare suggessit tum Ill.mus D. Nuncius, tum etiam ipsemet praefatus Emin.mus, praeoccupando hac in parte sua excusatione meam expectationem et expostulationem, dum patetice dicere dignatus est, se nonnisi exiguum valde, ob praesentem rerum suarum angustiam, subsidium praestare mihi

posse. Unde esto quam pietate subvenerit mihi, id tamen vix sufficiet ulteriori meae (f. 475v) sustentationi, non modo expensarum anteactarum, et debitorum alicui compensationi. Modo idem Eminentissimus est huius intentionis, mittere me ad assistendum certae inquisitioni de actis et gestis competitoris mei in praesenti munere, et Nominati a piae mem. Imper. Episcopi Munkacinensis, qui hucusque intrudebat se in administrationem illarum Ecclesiarum; malus enim valde odor exhalare coepit ex ipsius actionibus et operationibus, qui penetrando aliquatenus ad Eminentissimum ex diversis delationibus, quarum copiam visum est mihi non inutili negotio adiungere ad hasce meas Eminentiae Vestrae, commovit eundem ad committendum allegatum examen de vita et moribus ipsius. Pluribus non fatigando E.V., Dominum meum Clementissimum, haec dum cum omni maiori demissione repono in sinu benignissimo et gratiosissimo illius, et totius Sacrae Congregationis, una plenus spe obtinendae quantocius consolationis, in praetactis meis angoribus et moeroribus, humillime sacram eius exosculor fimbriam.

Viennae, die 21 Augusti 1711.

Eminentissimae et R.dmae Dominationis Vestrae humillimus et obligatissimus Servus

Polycarpus Filipowicz, Electus Episcopus Bodon.
et Vicarius Apostolicus in Monkacz.

14.

Kielce, 26. VIII. 1711.

Episcopus Cracoviensis informat de statu negotii ecclesiae Tylicensis et an per Latinos damna illata resarciri debeant.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 580, fol. 110-111.
MUH, vol. V, 184-5, nr. 110.

Informatio super statu ecclesiae Ruthenae unitae, quae quondam in oppido Tylicensi extitit, et tandem demolita est; et sensus, utrum impensis Latinorum veniat reaedificari et mobilia omnia, quae sub tempus demolitionis illius praetenduntur per Latinos intercepta, restitui debeant Ruthenis.

Ad plenariam in hac Causa dandam Informationem necessario duxi prius praemittendam esse Inquisitionem, ex qua expedita constat pro certo, quod in dicto oppido Tylicensi Episcopatus Cracovien. quondam extiterit ecclesia Ruthena unita, quae agros certos pro dote habebat; verum continuus ad eandem ecclesiam non erat Presbyter Ruthenus residens, sed alijs ex locis conducebantur quandoque, qui conducti Presbyteri Rutheni saepius in domi-

bus privatis, quam in ecclesia baptizabant infantes, et alia Officia Divina et Sacramentalia absolvebant, et exinde quaedam molimina contra fidem catholicam comperta sunt, ac indicia exorta fuerunt, quod magis Schismatici essent, quam Uniti, quibus cognitis Illustrissimus olim Malachowski, Episcopus Cracoviensis, eam demoliri mandavit. Colligitur etiam ex Inquisitione, quod haec ecclesia nullum apparatum proprium, aut decorem aliquem praeter aliquot Imagines habuerit, sed quoties adscitus aliunde Presbyter Ruthenus venerat, apparatum secum adferebat, et absolutis Divinis eundem iterum recipiebat. Circa demolitionem huius ecclesiae imagines nonnullae et duae tantum campanulae parvae repertae, quae translatae sunt ad ecclesiam Parochialem Tilicen. latinam, et agri ecclesiae Ruthenae adscripti, applicati sunt ecclesiae latinae Tylicensi. Praeterea elicitur ex hac Inquisitione, quod quotiescunque Divina absolvebantur in ecclesia Rutenica, oblationum, quae fuerant, duae partes Parocho latino, et tertia tantum Rutheno Presbytero cedere solebat. Insuper, ut ex ipsorum (f. 110v) Ruthenorum dictis ad Inquisitionem vocatis informati Commissarii sunt, non praetendunt, ut Latini ipsis novam construant ecclesiam, sed suis sumptibus et impensis eandem se aedificaturos declarant, dummodo consensus noster accedat, et ligna dentur ipsis ex sylvis episcopalibus. Hoc quoque adnotavi ex Inquisitione, quod licet Rutheni neque ecclesiam suam propriam, neque Presbyterum sui Ritus continuo ibidem residentem habeant, semper tamen Parochus latinus propter ipsorum commoditatem, dum opus erat, et maxime circa festa Paschae, duos conducebat eorum Ritus Presbyteros, eosdem propriis sumptibus fovebat, et fovere solet. Denique rationem summam ipsorum ex eadem Inquisitione cognovi, ut nova ecclesia aedificari permittatur, quod numerosior populus Ruthenicus in hoc oppido, quam Latinus reperiatur, nam illi ascendunt ad sexcentos, Latini vero sex duntaxat inveniuntur, qui summam oppressionem ab illis patiuntur, et contemnuntur, et adhuc contemptibiliores forent, si suam ecclesiam propriam Rutheni haberent. Deinde ecclesia latina supprimeretur, quia satis exiguos ex fundatione primaeva habet proventus, et adhuc minutiores haberet, si agri quondam Ruthenae ecclesiae propriae, ad praesens in possessione ecclesiae latinae existentes restitui deberent. Ex praemissis igitur sensum meum promendo censeo, ut praxi iam inducta pro omnibus Festis principalioribus vocet Parochus latinae ecclesiae Presbiteros Ritus Graeci Uniti pro administrandis populo eiusdem Ritus Sacramentis, et si quae fuerint oblata, taliter, ut mos fuerat, distribuantur, quia reaedificatio ecclesiae per Latinos est impossibilis, nec et ego teneor suppeditare ligna, qui nulla causa fui demolitionis ecclesiae ipsorum et ex hac occasione devastarentur nimis sylvae episcopales, nec etiam mortuus Episcopus ullatenus nunc (f. 111) valet respondere, maxime cum debet considerari enuntiativa in depositionibus testium, et informatione Illustrissimi

Metropolitani ipsorum,[64] quod ipsimet dederunt occasionem demolitionis Illustrissimo Antecessori meo, ne per eos perimeretur Ritus Latinus, et Schisma introduceretur, ac Ritus diversus ab Ecclesia Catholica introduceretur.

Datum Kielciis, die 26 Mensis Augusti, Anno Domini 1711.

C. Episcopus Cracoviensis.[65]

15.

Leopoli, 6. X. 1711.

Nominatus Vicarius Mukačoviensis Filipowicz, Leopolim regressus, rebus injectis, petit iterum subsidium in miseria sua, ut possit aliquomodo vitam agere; certiorat etiam de obitu cuiusdam Episcopi non-uniti Maramorosiensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 289rv.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 565-6, nr. 439.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Domine Clementissime.

Reperito solo patrio 28-a Septembris primum, post infaelicem excursionem, et commorationem meam Viennensem, non minus infausto passu ob nimiam improbitatem viarum, quibus mihi transeundum erat, non omitto pro debito meo humillime hoc ipsum deferre Eminentiae Vestrae, Domino meo Clementissimo, pulsando ad fores innatae pietatis ipsius et totius S. Congregationis implorandoque anxie auxiliarem manum in praesenti afflictissimo statu meo, ad quod infaelix me sors mea praecipitavit, dum omnibus mediis et modis vivendi ac subsistendi destitutus sum, ob obsequium Sacrae Congregationis. Unde inter continuos angores, solicitudines et maerores dies meos trahere debeo. Nihil enim mihi residuum iam est praeter solam vitam, eamque sat attritam et labefactatam, tum incommodis viarum, tum assiduis aerumnis. Esto autem minime ambigam non defuturam S.C. ope sua opportuna, ad sublevationem mei ex praesentibus miseriis et afflictionibus; quod tamen nunc maxime rogandum ab eadem in animum meum per E. Dominum meum Clementissimum induxi hoc est, ut S.C. velit id interpositione suae authoritatis efficere apud E.D. Cardinalem de Saxonia, quatenus hoc subsidium, quod sua Eminentia benigne mihi pro sustentatione offerre dignata est, mediantibus officiis S.C. anticipate exolvere velit, ut victum quem mutuo interim procurare mihi debebo (f. 289v) Leopoli, vel ubi sors tulerit, habeam

---

[64] Metropolita Kioviensis tunc temporis erat Georgius Wynnyckyj (1708-1713), qui erat simul et Episcopus Peremysliensis (1700-1713).

[65] Casimirus Lubienski, Episcopus Cracoviensis (1711-1720).

unde solvam; prout etiam quando eundum mihi erit ad locum iniuncti mihi ministerij, non desint media hoc iter perficiendi, ibidemque subsistendi.

Operae precium autem duxi certiorem etiam reddere S.C.DD.meos Clementissimos de morte cuiusdam Episcopi Rutheni Schismatici, qui in Comitatu Ungariae Maramoriszensi,[66] contiguo Districtu Munkacinensi degebat, et ab eodem loco titulum Episcopi derivaverat, multaque praeiudicia et damna Unioni, et fidei s. catholicae superstes faciebat, ut S. Congregatio recommendare dignetur tam Ill.mo D. Nuncio Viennensi, quam Eminen.mo D. Cardinali de Saxonia, ut invigilare et occurrere zelo suo dignentur apud Augustissimam Aulam Viennensem, ne sufficiatur ullus alius Episcopus Schismaticus in praedicta regione, et Sede vacante, sed potius ut illae ecclesiae etiam vicariatui Apostolico Munkacinensi, cui sunt propinquitate admodum coniunctae aggregentur; ut hoc modo Schisma illinc extirpetur, et Sancta Unio plantetur. Nam et Episcopatus praedictus confictus et adinventus pariter est a Schismaticis, nunquam autem legitime fundatus, prout et Munkacinensis.

Hoc est quod in praesentiarum solum habeo deferendum Eminentiae Vestrae, pluribus autem non morando, eius me indeficienti patrocinio et protectioni humillime commendo, et eius Sacram purpuratam Fimbriam demissimo osculo veneror.

Leopoli, 6 Octobris 1711.

Eminentissimae et R.dmae D.tionis Vestrae humill.mus Servus et devot.mus Capellanus

Polycarpus Filipowicz, El. Ep. Bodon., Vic. Ap. Munkacin.

P.S. – Emin.me Dom.ne, significo etiam E.V. pervenisse ad manus meas, licet tardius his scriptis, Breve SS.mi moderativum muneris consecrationis meae,[67] pro quo profundissimas hic adiungo gratias.

16.

Posonia, 15. X. 1711.

Quaedam documenta concernentia eparchiam Mukačoviensem eiusque Episcopos ex novo extracta ex Archivo Capituli Posoniensis, ut videtur occasione litis de provisione novi Episcopi an. 1711.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 526-527.

Hodinka A., *Okmánytára...*, 567, nr. 441; 163-5, nr. 122.

---

[66] Agitur de Josepho J. Stojka, episcopo Maramorosiensi (1690-1711). Cfr. Pekar A., OSBM, *Narysy istoriji Cerkvy Zakarpattja*, Romae 1967, pp. 195-6.

[67] Breve hoc exiit die 12 Augusti 1711. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pp. 25-26, nr. 642.

Nos Capitulum ecclesiae Posoniensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod Reverendissimus Dominus Petrus Partenius, Episcopus Munkacziensis, Graeci Ritus unitus, coram nobis personaliter constitutus, exhibuit nobis et praesentavit certas quasdam ternas literas, primas quidem sacerdotum Sacri Ritus Graeci, idiomate Rutheno confectas et emanatas, sex Archidiaconorum sigillis, et manuum subscriptionibus roboratas, Professionem verae fidei Romanae Ecclesiae continentes, ejusdemque Pastori ac Sanctissimo Pontifici sonantes, easdemque ex eodem Rutheno idiomate in Latinum de verbo ad verbum translatas; alteras vero Serenissimi condam Joannis 2di, Regis Hungariae, Missiles, idiomate Hungarico, sub sigillo, ac propria ejusdem subscriptione confectas, Provisorique Munkacziensi directas et intitulatas; tertias autem Ill.mi condam Comitis Francisci Drugeth de Homonna, eodem Hungarum idiomate, et sub tribus sigillis patenter confectas et emanatas, petens nos debita cum instantia, ut nos easdem literas transcribi et transumi facientes, in transumptoque litterarum nostrarum eidem extradare non gravaremur. Quarum primarum tenor talis est:

– Gratia Christi. Electe Sanctissime Pater et Universalis Patriarcha. Nos sacerdotes sacri Ritus Graeci, Inclyti et Apostolici Regni Incolae, per comitatus in catalogo nominum nostrorum specificatos, orti, compertum habentes, quod Sacramentum Regium sit abscondendum, opera vero Dei esse revelanda, et sole clarius omnibus Populis manifestanda, utpote talia, per quae clementissimi Dei nostri erga rationalem creaturam ineffabilis solet declarari bonitas, et misericordia; huic itaque Principio, et Angelicae Regulae innixi Sanctitati Vestrae denunciamus, praedicamus, et devotissimis coelum usque coram toto mundo evehimus laudum titulos, quid tale? Gratiam sc. Dei et Salvatoris nostri liberaliter in Nos effusam, qua operatrice, salutisque animarum nostrarum amantissima praenuncia, abdicato, et e cordibus nostris pulso Graecanicae (f. 525v) insaniae schismate sumus reducti, ac redesponsati Imaculatae Virgini Sponsae unigeniti Filij Dei, hoc est Sanctae Romanae Ecclesiae, hactenus a nobis sine ulla Causa exosae, odioque habitae. Haec vero ipsa reductio nostra peracta est in Anno salutifero Millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, Aprilis die vigesima quarta, Imperante Ferdinando Tertio, Romanorum Sacratissimo Caesare,[68] in ecclesia Arcensi Ungariensi latina, in Bonis Ill.mi Comitis Georgij de Homonna sita, tali modo: Dominus Episcopus Munkacziensis, Basilius Tarasovicz,[69] qui e vivis iam discessit, quum sequens partes tam schismaticas, quam haereticas Unionis Sacrae

---

[68] Imperator Sacri Romani Imperii Ferdinandus III (1637-1657).

[69] Basilixxus Tarasowicz, episcopus Mukačoviensis non unitus (1633-1651?). Cfr. PEKAR A., OSBM, *Narysy...*, p. 194.

vinculum rupisset, Ecclesiae Catholicae nuncium publice remisisset. Hoc animadvertens Venerabilis in Christo Pater Dominus Georgius Jakusith, Episcopus Agriensis, iam in Christo quiescens, habens penes se Reverendos Patres Basilianos in hunc finem ascitos, Patrem Petrum Parthenium, qui noster hodie est Episcopus,[70] et Patrem Gabrielem Cossovicium, nos per litteras suas Unguarinum humanissime invitavit, sermoneque opportuno de Unione Sacra per praedictos Patres praemisso quod intendebat, Spiritu Sancto sic nos disponente, facillime effecit, diemque Sancto Georgio Martyri dicatam pro fidei professione facienda terminavit, qua die currente nos sacerdotes sexaginta tres congregati per nominatum Reverendissimum Episcopum Agriensem, ad ecclesiam supracitatam sumus secuti. Praemisso itaque Incruentis Sacrificij Mysterio, nostro Rutheno idiomate habito, praemissaque nonnullis sacerdotibus peccatorum expiatione Sacramentali, Fidei Professionem, audibili voce, secundum formam praescriptam emisimus, scilicet: Nos credimus omnia et singula, quae Sancta Mater Nostra Ecclesia Romana credere jubet. Sanctissimum Patrem Dominum Innocentium Decimum, Universalem Ecclesiae Christi, et Nostrum Pastorem profitemur, ab eoque cum Successoribus nostris dependere in omnibus cupimus et volumus, his tamen adiectis conditionibus: Primo, ut Ritus Graecae Ecclesiae nobis servare liceat; Secundo, Episcopum a nobis electum, et ab Apostolica (f. 526) Sede confirmatum habere; Tertio, Immunitatibus Ecclesiasticis libere frui, quibus Reverendissimus Praesul facillime annuit; id ipsum totum Ill.mus quoque Benedictus Kisdi, Episcopus Agriensis cum suo Generali Vicario, assistente sibi R.ndo in Christo Patre Thoma Jazbrenij, Societatis Jesu Religioso, in Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo ratum habuit. Maxime vero negotium hoc nostrum paterna sua sollicitudine roboravit tam Ill.mus ac Rev.endissimus Princeps Hungariae Georgius Lippai,[71] Archiepiscopus Strigoniensis, bis a nobis per Legationem, a praedictis Rev.dis Patribus Basilianis susceptam, requisitus, quam etiam Ill.mus Episcopus Vacensis Dominus Matthias Tarnoczy,[72] quibus nos obligamur in perpetuum. His Sanctitati Vestrae significatis, Benedictionem Paternam, causae nostrae promotionem, et Episcopi a nobis electi Reverendissimi Patris Petri Parthenij confirmationem unanimiter et humilliter petimus. – Unguarini, Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo, Januarij decima quinta die. – Sanctitatis Vestrae servi humillimi Graeci Ritus sacerdotes:

---

[70] Parthenius Petrus Petrovyč (1651-1665). Cfr. Pekar A., OSBM, *Narysy...*, pp. 30-32, 196.

[71] Georgius Lippay, primas Hungariae et Archiepiscopus Strigoniensis (1645-1666). Obiit die 3 Ianuarii 1666. Cfr. *Hier. Catholica*, vol. IV, pp. 322-323.

[72] Episcopus Vacensis (Vàcz) Matthias Tarnossius (1650-1655).

Alexius Ladomirski, Archidiaconus Makoviczensis;
Stephanus Andreae, Archidiaconus Scepusiensis;
D. Georgius Scotoviczki, Archidiaconus Hommonnensis;
Stephanus, Archidiaconus Strenensis;
Daniel Ivanovich, Archidiaconus Uzanien.;
Alexius Philipovicz, Archidiaconus Stropkovien.

Alterarum vero continentia sequitur hoc modo: – Joannes Secundus, Dei gratia electus Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. Egregie fidelis nobis dilecte salutem et gratiam. Conqueruntur nobis ad domum nostram Munkacsiensem spectantes kalugerii, quod tu eisdem sacrum celebrare et alia antiqua ecclesiastica servitia praestare interdixisses, quod iisdem magno scandalo esset. Supplicuerunt nobis, permitteremus libere eos suis antiquis usitatis ceremoniis fungi. Nolentes itaque, ut ex hoc scandalisentur, committimus tibi et mandamus firmiter, quatenus eos dein in antiqua fide et ceremoniis non turbes, nihilominus qui inter eos fidem christianam praedicant, illi ne impediantur, sed libere absque impedimento et metu praedicent. Secus non facias. Data Albae Juliae, die 18. Febr. A.D. 1567.[73] Joannes, electus rex, mp.

Datum ex curia nostra Bereniensi quarta die mensis Februarii, Anno a Christo nato millesimo quingentesimo sexagesimo octavo.

Nos itaque, justa et legitima petitione Rev.dissimi Domini Petri Parthenij, Episcopi Munkaczien., modo praemisso facta, coram nobis exaudita et admissa inclynati, praetactas ternas litteras non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, et suspitione carentes, de verbo ad verbum, sine diminutione, vel augmento aliquali tenoribus earum (f. 527) transcriptis, in transumpto praesentium litterarum nostrarum, Jurium ejusdem Reverendissimi Domini Episcopi Munkacziensis futura pro cautela necessariatum sub sigillo nostro Capitulari et authen. extradan. duximus et concedimus, Originalibus earum eidem Domino Exhibenti in specie restitutis. Datum feria secunda, proxima post Dominicam Quinquagesimam, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quinquagesimo quinto.

(LS) Lecta in Capitulo.

Praesentem copiam cum suo genuino originali comportatam et collationatam, cum eodemque de verbo ad verbum conformem esse fide mea authentica attesto – Posonij, die 15 8bris Anno 1711.

Joannes Timon, Regiae Camerae Hungaricae Regestrator, et venerabilis Capituli Posoniensis iuratus Synd. Notarius.

---

[73] Documentum hoc in lingua latina sumptum est ex opere A. Hodinka, *A Munkácsi... Okmánytára*, p. 19, nr. 15. In APF exstat in lingua hungarica.

17.

Posonia, 17. X. 1711.

Cardinalis Christianus Augustus de Saxonia praefecto de Prop. Fide transmittit quamdan informationem, ut causa Episcopi Mukačoviensis suam posset obtinere resolutionem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 533 (copia).
HODINKA A., *Okmánytára...*, pag. 568, nr. 442.

Eminentissimo e Rev.mo Signor mio Oss.mo.

Sapendo con quanto fervore l'Eminenza Vostra sia sempre solita di pigliare parte dell'interessi della nostra Santa Fede Cattolica, e per la conservatione dell'anime fedeli, non ho avuto ritegno alcuno d'inviare alla medesima l'annessa informatione, presentatami dal Signor Hodermarski, chiamato per altro Vescovo di Monkatz,[74] e siccome io desiderarei molto di avere qualche risolutione dalla Santità di Nostro Signore, che stimerà propria per il bene di quell'anime de' Greci uniti, prego l'E.V. di volere avere la bontà, e dare parte di questo a Sua Beatitudine, affinchè io sappia d'adempire in tutto toccante questo passo la sua clementissima volontà. V.E. perdoni l'ardire, che prendo, e mi faccia ottenere il favore de' suoi bramatissimi comandi, mentre per fine le bacio umilissime le mani.

Posonio, 17 Ottobre 1711.

Di V.E. umil.mo, dev.mo Servitore vero

Il Cardinale di Sassonia.

18.

Cracovia, 31. X. 1711.

Archiep.pus Thebarum, Nuntius Varsaviensis, Cardinali Pauluccio de damnis, Ruthenorum et apostasia Cyrilli Szumlanskyj comprimenda.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 579, fol. 294.

Copia di lettera scritta da Monsig. Spinola, Arcivescovo di Tebe, Nunzio Apostolico in Polonia, al Signor Cardinale Paolucci, in data di Cracovia delli 31 Ottobre 1711.

Fattene copie, e sentito il sentimento della S.C. si rimettono gl'originali in Segreteria di Stato col parere degl'Emin.mi.

---

[74] Josephus Hodermarskyj nominatus fuit (29.IX.1707) ab Imperatore Josepho I (1705-1711), sed a Sede Apostolica non fuit confirmatus. Cfr. PEKAR A., OSBM, *Narysy...*, pp. 48-55.

Emin.mo, e Rev.mo Signore, Signore Padrone Col.mo.

Annessi riceverà V.E. gli attestati della mia umilissima attenzione nelle risposte Regie a Brevi della Santità Sua per l'indennità di Monsignor Metropolita Ruteno Unito, e per impedire a Cirillo Szumlaski[75] l'ulteriore possesso della Cattedra Luceoriense, da esso impetrata in Kiovia dall'usurpazione scismatica. Viene anche copia autentica dell'Universale speditosi contro il detto Cirillo, per l'effetto di cui questo Monsignor Vescovo di Cracovia, che ne ha havuto l'ordine, commette à Monsignor Vescovo di Luceoria la cura di pubblicarlo. Piaccia al Signor Iddio, che riesca di frutto, e che il zelo di chi deve operare corrisponda alla mente di N. Signore, mentre io nel segnarne à V.E. per ora il contingente, mi riserbo a darle il dovuto sentore di quanto andarà succedendo. Et à V.E. fò profondissimo inchino, etc...

19.

Roma, 16. XI. 1711.

Secretarius S. Congr. de P.F. D.no Piccioni, de concessione gratiae Episcopo B. Septyckyj retinendi Archimandriam Unioviensem.

APF, *Litt. S. Congr.*, vol. 100, fol. 378rv.
MUH, vol. V, p. 188, nr. 113.

Al Signor Flamminio Piccioni, 16 novembre 1711.

Essendosi compiaciuta la Santità di Nostro Signore ad insinuatione di questa S. Congregatione (*di dare a*) Mons. Barlaam Scepticki, Vescovo Ruteno unito di Leopoli, dell'indulto di poter (fol. 378v) ritenere sua vita durante l'Archimandria Unioviense, esistente in quella diocesi, che il medesimo godeva molto tempo prima della sua promotione a quella Chiesa, con averli anche la Santità Sua conceduto il gratis per la speditione, nella forma che fu pratticata da Mons. Winicki,[76] Metropolita della Russia, nella gratia della ritentione di due archimandrie. Mons. Segretario dà questo cenno al Signor Flam-

---

[75] Cyrillus Szumlanskyj, Basilianus; post deportationem Dionysii Zabokryckyj, episcopi Luceoriensis, a czar Petro I in Moscoviam (an. 1709), fuit quodam tempore Administrator eparchiae; postea, sub influxu Petri I, a metropolita Kioviensi Joasaph Krokovskyj (1707-1718) consecratus in episcopum non-unitum, non obstante Sede Apostolica aliisque principibus et regibus. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pp. 28-30, nnr. 645-646 etc.

[76] Georgius Wynnyckyj, metropolita Kioviensis (1708-1713), ut omnes alii metropolitae Kiovienses providebantur quoad metropoliam gratis; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. I, pp. 266-7, nr. 152. Quoad alias res, praesertim retentiones aliorum beneficiorum, concedebatur gratia specialis et ad petitionem; et de hoc instat Szeptyckyj.

minio Piccioni, acciò che si contenti di spedire sollecitamente questo affare, venendo fatta da detto Vescovo continua e premurosissima istanza per la speditione di questa gratia.

20.

Spas, 21. XI. 1711.

Nominatus Vicarius Apostolicus Mukačoviensis Praefecto de Prop. Fide gratias agit de protectione et enarrat suum statum praesentem, protectionem et subsidium ex parte Metropolitae Kioviensis, de gestis J. Hodermarskyj, de obitu episcopi schismatici Maramorosiensis etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 580, fol. 166-167v.
HODINKA A., *Okmánytára...*, 570-571, nr. 446.
MUH, vol. V, 190-1, nr. 115.

Eminentissime et R.dme Domine, Domine, Domine Clementissime.

Inter spem et metum futurorum, quae ad executionem ulteriorem oblati mihi gratiosissime honoris obsequiorum Apostolicorum spectant, constitutus, dum datas 7 Septembris in vim responsi ad complures meas Vienna, et hinc iam emissas, ab Eminentia Vestra nomine totius S. Congregationis, Dominorum meorum Clementissimorum, non minus reverenti quam festivo recipio animo, quibus solidor iterum in fide indubitata opitulatricis gratiae et protectionis eorundem in ordine ad ea, quae consumationi praetacti muneris necessaria et opportuna esse possunt. Cogor fateri quod quodammodo perditus inter assiduas solicitudines, maerores, et angores mihimet ipsi denuo reddor, lapsosque resumo animos. E quorum intimis praecordiis ad ima sacrarum fimbriarum debitas easque profusissimas EE.DD. meis sternendo gratias, quod quem semel gratificandum, fovendum et protegendum benignissime assumere dignati sunt, eundem in continuatione istius beneficentissimi animi sui iugiter conservare intendant, quod amplioris obligationis meae est, oro Divinam Maiestatem, ut eosdem (f. 166v) quam longissima et faustissima vita universali bono Ecclesiae donet; mihi autem e voto et expectatione eorum incumbere iniuncto tam alto et arduo muneris ministerio concedat. Quod totum dum de eiusdem immensa misericordia confido, adiungo praeterea tum Eminentiae Vestrae, tum reliquis EE.DD. meis cum paribus obligationibus, alias quam maximas gratias pro piissimo benignissimorum oculorum suorum respectu in egestatem et necessitatem meam; cuius effectus licet me adhuc manet, nescio ex qua reflexione Ill.mo Domino Nuncio Viennensi remorante eundem, haud dubie spero tamen ipso brevi me consolandum, ut saltem aes alienum, quod prout iam antea palam feci Eminentiae Vestrae contrahere indispensabiliter debui, compensare possim.

JOSEPHUS LEWYCKYJ
Episcopus Chelmensis
(1711-1730)

Ne autem sim iniurius summo Benefactori meo Ill.mo Domino Metropolitae nostro, ingrato silentio beneficiorum ipsius erga me, et studiorum augendi copiosiora sibi merita apud S. Congregationem, in hoc afflictissimo experteque omnium mediorum subsistendi statu meo, debiti mei esse duxi id laudis et gloriae ipsi dare apud EE.DD. meos Clementissimos (f. 167), quod reducem me Vienna plus quam paterna recepit ad se charitate, et ad haec usque tempora non parca fovet et nutrit manu, redigendum procul dubio sine hac beneficentissima ope ipsius ad extrema miseriarum et probrorum.

Hoc etiam minime omittendum esse censui, quod aliquale bonum Vicariatus mihi concrediti concernit, non fore futurum abs re si affectator ille ut ita dicam violentus, D. Joannes Hodermarski, aliquo modo melius viso Eminentiae Vestrae et reliquis EE.DD. meis assecuraretur, quoadusque non redderet rationem suae in eodem villicationis, cum hucusque necdum se expurgaverit ex tot accusationibus contra se emanatis, et iam etiam magna ex parte S. Congregationi notis; quarum aliquae indubiae prorsus sunt: prout tot iniustissimae Cleri depactationes factae forti manu cum adminiculo nymirum brachii militaris; et fors etiam dilapidationis supellectilis ecclesiasticae, ab Antecessore meo[77] et aliis remotioribus relictae. Commemorandam ad haec duxi iterum hic eparchiam Maramoriszensem, quae orbata est recens hoc anno suo Pastore Schismatico,[78] in ea forma, quam expressi in aliis meis ad S. Congregationem, ut eidem nymirum provideretur opportune, ne denuo Schismatico ab Aula Viennensi Episcopo concrederetur regenda.

(f. 167v) Ut proinde huic periculo invigilandum quam maxime recommendarent EE.DD. Ill.mo Domino Nuncio Viennensi, adscito etiam hac in parte zelo E.D. Card. de Saxonia operae pretium est. Quae omnia dum altissimo subijcio iudicio Sacrae Congregationis DD. meis Clementissimis, una me in sinum singularissimae gratiae et protectionis Eminentiae Vestrae, cum demississimo basio sacrae ipsius Purpurae, devotissime coniicio.

In Monasterio S. Salvatoris, die 21.9mbris 1711.

Eminentiae Vestrae, Dominationis Clementissimae humillimus Servus, et devotus Capellanus

Polycarpus Filipowicz,

Episcopus Bodonen. Vicarius Apostolicus Munkacinensis.

---

[77] Josephus J. de Camillis, Episcopus tit. Sebastenus et Vicarius Apost. Mukačoviensis (1689-1706). Cfr. A. Pekar, OSBM, *Narysy...*, p. 198; Baran A., *Metropolia Kioviensis et eparchia Mukačoviensis*, Romae 1960, in « Opera OSBM », vol. 10, pp. 87-89.

[78] Agitur hic de obitu ep. Josephi J. Stojka (1690-1711). De eius vita et activitate cfr. A. Baran, *Eparchia Maramorošiensis eiusque unio*, Romae 1962, in « Opera OSBM », vol. 18, pp. 17-37.

21.

Alba Iulia, 25. XI. 1711.

Novus episcopus Maramorosiensis Seraphinus Petrovan exprimit suam intentionem unionis cum Ecclesia Catholica, ut videtur Card. de Saxonia.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 580, fol. 159rv.

Eminentissime ac Serenissime Princeps, Domine, Domine ac Patrone summo honore Venerandissime.

Afflante Divina Spiritus Sancti Gratia me hisce diebus Reverendissimo ac Illustrissimo Domino Athanasio Archi-Episcopo,[79] nec non ejusdem R. Patri Theologo, Francisco Szunyogh, e Soc. Jesu, praesentavi, ac quod me S. Romano-Catholicae Ecclesiae unire vellem, iisdem insinuavi, quod ipsum etiam Eminentiae Vestrae praesentibus notitiae dare volui et simul submississime rogare, quatenus, quemadmodum Antecessor Eminentiae Vestrae piae memoriae (f. 159v) Eminentissimus Dominus Cardinalis a Kollonicz[80] Clerum Graeci Ritus Valachicum, Transylvanicum in gremium Sanctae Matris Romano Catholicae Ecclesiae acceptavit, etiam me Clerumque mihi subjectum Marmorosiensem acceptare haud gravetur, et ut eadem immunitate ecclesiastica, qua sacerdotes Romano-Catholici fruuntur, et gaudent, gaudeamus, id ipsum apud Augustissimam Aulam efficere dignetur. Gratiam hanc mihi exhibitam vitae meae, precibus apud Deum, quam etiam fidelitate mea in Ecclesiam Sanctam Romano-Catholicam demereri faciam, qui me gratijs patrocinijsque Eminentiae Vestrae humillime recommendans maneo.

Ejusdem Eminentiae Vestrae humillimus Servus

Seraphim Petrovaj,[81] Episcopus Marmarosiensis, manu aliena.

Albae Juliae, 25 Novembris 1711.

---

[79] Athanasius Anghel, episcopus Valachorum (1698-1713); in documentis titulo archiepiscopi vel metropolitae utebatur. Cfr. doc. sequens.

[80] Card. Leopoldus Carolus Kollonitz, Archiep. Strigoniensis in Hungaria (1695-1707). Cfr. *Hier. Catholica*, vol. V, p. 364.

[81] Seraphinus Petrovan, Episcopus Maramorošiensis (1711-1717). Cfr. Pekar A., OSBM, *Narysy...*, p. 196. Ep. Petrovan consecratus fuit, sed eparchiam Maramorosiensem ad Unionem non adduxit; fuit suspensus ab episcopatu et processatus (processus tres annos duravit: 1714-17), carceratus et post breve tempus (an. 1717) mortuus est. Tentamina Unionis Seph. Petrovan descripsit Baran A., *Eparchia Maramorosiensis...*, pp. 39-56.

22.

Alba Julia, 30. XI. 1711.

Athanasius, Archiepiscopus Valachorum unitus, certiorat de intentione unionis episcopi Maramorosiensis Seraphini Ecclesiae Catholicae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 580, fol. 160-162.

Eminentissime ac Serenissime Princeps, Domine, Domine ac Patrone Gratiosissime, Colendissime.

Appulit huc Albam Juliam quidam Graeci-Ritus Episcopus Marmarosiensis nationis Valachicae,[82] qui se mihi praesentavit, ac, illuminatus Spiritus Sancti gratia, se unire cum Sancta Romano Catholica Ecclesia velle, revelavit. Hic Episcopatus alias dependentiam suam habuit ab Archi-Episcopatu nostro Albae Juliensi, verum a quo me Sanctae Romano-Catholicae Ecclesiae univi, ex dispositione Domini Comitis Nicolai Bethlen, qui actu Viennae detinetur, aliorumque plurimorum haereticorum, se subtraxit. Subjacent eidem 4 majoris et 3 minoris dignitatis Proto-Popae, Poporum numerus circiter ducenti. Paratus fuit idem Dominus Episcopus, perlecta eidem per meum Secretarium Professione fidei Catholica, omnia puncta praescripta acceptare, dictamque Professionem in flagranti ellicere, quod ipsum judicavi differendum, (f. 160v) usque dum haud prius Eminentiae Vestrae notitiam darem, cui usque ad tempus resolutionis ab Eminentia Vestra accepti, considerandum bene, dedi.

Adivit cum eodem meus R. Pater Theologus, Franciscus Szunyogh, Excellentissimum Dominum Generalem Commendantem, qui sibi in eo, ac in salutari intentione ejus summe complacuit, ut etiam eundem singulariter per suas Excellentissimo Domino Generali Montecuculi recommendavit, ac Passualibus extraordinariis donavit. Quid tandem factu opus erit, sapientissimo Eminentiae Vestrae judicio comitto, humillimeque rogo, quatenus, quemadmodum me piae memoriae Eminentissimus Dominus Cardinalis a Kollonicz, Antecessor Eminentiae Vestrae, ubi me S. Romano-Catholicae Ecclesiae univissem, gratijs Caesareo-Regijs. Immunitatibusque Ecclesiasticis condecoravit, etiam eundem, Clerumque sibi comissum, unanimiter ad S. Salutiferamque Unionem aspirantem, eadem Immunitate Ecclesiastica consolare haud gravetur. Praestolabor desuper Eminentiae Vestrae gratiosam favorabilemque resolutionem. Occasione hujus, breviter Eminentiae Vestrae passionem meam (f. 162) exponere necessitor.

Est quodam Braxatorium, ad ecclesiam nostram Graeci-Ritus Valachicam Albensem spectans, quod, ut alij volunt dicere, in fundo fisci fuisse

---

[82] Cfr. adnotationem praecedentem, nr. 81.

aedificatum. Verum est pro priori in eodem loco habitasse quendam Valachum, a quo ego domunculam ante annos circiter 15 emi, nullo tunc contradicente, ac ecclesiae contuli. In eodem per annos aliquot usque ad revolutiones hujus Patriae licitum fuit braxare cerevisiam, ac eam omni in loco aediculare, quod jam Illustrissimus Dominus Supremus Commissarius Ignatius Haan absolute conatur prohibere, meque a tali aediculio impedire. Quare, cum ecclesia nostra Metropolitana absolute omnibus proventibus deficiat, Eminentiam Vestram, ut Summum Patronum meum, praesentibus intensissime rogo, quatenus dictae ecclesiae meae libertatem hujus aediculii, quod nullo commodo aut incommodo fisco accidit, multo minus alteri, apud Augustissimam Aulam procurare haud gravetur, et si hoc tam cito fieri non posset, saltem praetitulato (f. 162v) Domino Haan, supremo Commissario, ut minus postac me a braxatione cerevisiae et ejus aediculatione inhibeat, impediatque, scribere haud gravetur. Gratiam hanc mihi hac in parte exhibitam, in alijs occasionibus spiritualibus demereri haud intermittam, qui me patrocinantibus gratijs Eminentiae Vestrae humillime recommendans maneo.

Eminentiae Vestrae humillimus, devotissimusque Servus

Athanasius, Archi-Episcopus Valachorum (mpria).

Albae Juliae, 30 Novembris 1711.

(f. 161) Eminentissimo ac Serenissimo Principi Christiano Augusto, Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinali de Saxonia, Archi-Episcopo Strigoniensi, Primati Regni Hungariae, Sacrae Caesareae Regiaeque Maiestatis Consiliario intimo, Domino, Patrono Gratiosissimo, Colendissimo. Viennae.

23.

Posonia, 24. XII. 1711.

Cardinalis de Saxonia Praefecto de Prop. Fide in negotio unionis Episcopi Maramorosiensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 580, fol. 158rv.

Eminentissimo e Reverendissimo Signor mio Oss.mo.

Mentre che stavo attualmente applicato per scrivere all'Eminenza Vostra e di communicarle quello ch'è successo colli Greci Scismatici nella Marmaros, ricevo la lettera di V. Eminenza dal primo del corrente, scritta a me, toccante la stessa materia. Onde si compiacerà la medesima di veder più diffusamente dalle qui annesse due lettere, qualmente il Vescovo di Marmaros delli Greci

Scismatici, illuminato dallo Spirito Santo, s'habbia risolto col suo Clero, e molte milla anime, di sottomettersi alla Santa Sede Apostolica, e d'unirsi colla Santa Chiesa Romana; e sicome non dubito punto, ch'il Monsignor Nunzio di Vienna[83] havrà già informato cotesta Corte di questo desiderato incidente, così spero che ancora l'Eminenza Vostra sarà per rallegrarsi meco di questa occorrenza grande, succeduta sotto il mio Regimine Ecclesiastico dell'Arcivescovato di Strigonia, in vantaggio incomparabile della nostra Santa Religione Cattolica. Io non mancarò mai d'impiegarmi con ogni possibilità per il (f. 158v) mantenimento di questa buona risoluzione di tante anime, mentre ho scritto già al Provinciale de' Padri Giesuiti, a fine che mandi subito due Padri, per informare quelli convertiti nella nostra Santa Fede Ortodoxa. *Prego l'Eminenza V. di voler haver la bontà e dar parte di questo felice avvenimento alla Santità di Nostro Signore* e aspettando io per altro, gli bramatissimi cenni della Sagra Congregazione, di quello, che da Essa sarà giudicato convenevole toccante questo passo, resto con baciar all'Eminenza V. umilissimamente le mani.

Posonio, 24. Xmbre 1711.

Di Vostra Eminenza umil.mo, divotmo Servitore vero

A. Cardinal di Sassonia.

24.

Leopoli, 1. II. 1712.

Episcopus Bodonensis-Mukačoviensis de suo statu, de auxiliis Metropolitae, petitque ulterius subsidium a Congregatione.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 581, fol. 102-103.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 576-7, nr. 451.
MUH, vol. V, 197-8, nr. 122.

Emin.me et Reverendissime Domine, Domine, Domine et Patrone Clementissime.[84]

Si quando, certe nunc maxime caepi sentire gravatam manum Domini super me, dum hac tantae molis gratia S. Sedis Apostolicae, et Sacrae Congregationis EE. et DD. meorum Clementissimorum, omni merito, et vi mea

---

[83] Iulius Piazza (Platea), archiep. Nazarenus dein Faventinus, nuntius apost. in Polonia (1706-07); dein apud Imperatorem (1709-1713). *Hierarchia Catholica*, vol. V, 282.

[84] Josepho Sacripanti, Praefecto S.C. de Prop. Fide (1704-1727).

sublimiori sum onustus; videor enim mihi totaliter a Deo Consolatore meo derelictus, cum illa etiam solatia, quae manu prensare, et tenere quodammodo videbar, dilabuntur ex eadem, et elongantur a me.

Expertus sum aliqualem, post exantlatum adverso voto et passu iter meum Viennense, animi mei pressi tot maeroribus et angoribus relevationem, dum accepi per E.V. Dominum meum Clementissimum non solum teneram compassionem ex irrito aditu Aulae Viennensis, verum etiam spem superandarum difficultatum, quae inibi reperi quoad capessendum iniunctum mihi ministerium, et quod me maxime deliniebat, necessitatibus meis medendis, provisum et destinatum subsidium. Nunc vero cuncta haec vertuntur in materiam ampliorem afflictionis, dum omnia praetacta solamina remorantur adeo spes et expectationes meas. Et quod attinet quidem primum, levius (f. 102v) utique ferretur eius remoratio, si saltem secundum adesset, quo tamdiu emanente, toto fere concidere cogor animo, debitis pro obsequio Sacrae Congregationis mere et praecise contractis assidue me infestantibus, ut nil dicem de quotidianis aliis necessitatibus, mentem meam angentibus. Non enim in solo pane vivit homo; quem esto gratia Ill.mi Domini Metropolitae[85], prout iam multo antehac id ipsum Eminentiae Vestrae pro debito meo detuli non merito aliquo meo, sed solo studio amplius benemerendi apud S. Congregationem, pienter et liberaliter mihi iam fere per semestre suppeditat; quod equidem supplicare auderem Eminentiae Vestrae recognoscendum a Sacra Congregatione aliqua gratiosiori expressione. Verum etiam multa exiguntur alia ipsis alimentis in ratione mediorum vitae suppara. Proinde iterum iterumque audeo pulsare ostium gratiae et misericordiae, tum Eminentiae Vestrae tum totius Sacrae Congregationis, ne si aliud levamen angustiis et miseriis meis medendis consequi non possum, adminus hoc, quod semel iam decretum et destinatum est, mihique specialibus Eminentiae Vestrae indicatum, me attingat. Alias enim hoc negato, aegre admodum (f. 103) exsequenda mihi forent ulteriora mandata Sacrae Congregationis, si non prorsus repugnanter. Quae omnia reponendo in sinu benignissimo protectionis Eminentiae Vestrae ejusdem sacram purpuream oram pronus et devotus exosculor.

Leopoli, die 1 Februarij 1712.

Eminentiae Vestrae, uti Domini mei Clementissimi humillimus Servus et devotus apud Deum Exorator

Polycarpus Filipowicz, Episcopous Bodonensis,
Vicarius Apostolicus Munkacinensis.

---

[85] Georgii Wynnyckyj, metropolitae Kioviensis (1708-1713).

25.

Vienna, 20. II. 1712.

Cardinalis Saxoniae de negotiis Maramorosiensibus deque unione Episcopi eiusque conditionibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 581, fol. 126r.

Eminentissimo e Reverendissimo Signor mio Oss.mo.

Che la Santità di Nostro Signore e la Sagra Congregazione habbia havuto qualche consolazione e piacere dell'aviso toccante Monsignor Serafino,[86] Vescovo Greco Marmarosiense, di ciò mi rallegro infinitamente, e poichè la detta Sagra Congregazione vuole, che detto Prelato, per effettuare tal sua risoluzione dovrà colli suoi sudditi abjurare gl'errori della Heresia e Scisma della sua nazione, e fare la solita professione della santa fede secondo la formula prescritta (la quale non m'è stata annessa, non ostante che si fà menzione nella lettera, d'avermela aggionta), così aspettando al più presto tal formula non tralasciarò d'adempire in tutto la volontà della mentionata Sagra Congregazione, e dell'Em. V., alla quale per fine bacio umilissimamente le mani.

Vienna, 20 Febraro 1712.

Di V.E.

P.S. – In quel mentre che finisco questa, mi gionge il duplicato della precedente con l'acclusa formula dell'abgiurazione, e non mancarò d'esseguire puntualmente quello che la Santità di Nostro Signore m'ha ordinato per mezzo della Sagra Congregazione toccante questo passo.

Umil.mo, divot.mo Servitore vero
A. Cardinale di Sassonia.

26.

Zagabria, 21. II. 1712.

Vicarius Episcopi Zagrabiensis Secretario de Prop. Fide de libro precum, de numismatibus et indulgentiis etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 581, fol. 76rv.

Illustrissime, et Reverendissime Domine, et Patrone mihi Colendissime.

His diebus acclusus libellus preciosas indulgentias, si re ipsa, uti in eo scribitur, datae sunt, continens, ab Amico mihi traditus est; sed quia hae indulgentiae, licet ad usum universorum fidelium datae sint, in nostris tamen

---

[86] Agitur de Seraphino Petrovan; cfr. adn. nr. 81.

partibus, a maxima multitudinis parte acquiri nequeunt, eo quod orare « Salve Regina » vix unus ex iis sciat, qui legere nesciunt, legere autem ignorant non solum rustici, sed etiam cives multo plures quam qui sciunt, quod idem opinor esse etiam in alijs regionibus, in quibus non dantur tot scholae Parochiales, quot in Italia et ubi praeter « Pater noster, Ave Maria, et Credo », aliae preces a populo non exiguntur. Quare, ut et hi praefatas indulgentias lucrari valeant, et ad menstruam confessionem et communionem magis incitentur, praesumo humillime Illustrissimam, et Reverendissimam Dominationem Vestram rogare, dignetur suo nomine a Sanctissimo Domino nostro petere, quatenus sua Sanctitas noviter, ad maiorem rei certitudinem, inclusas indulgentias concedat, cum addito, ut hi, qui nesciunt « Salve Regina », si loco eiusdem « Salve Regina » unum « Pater noster et Ave Maria » oraverint easdem Indulgentias consequantur.

Hac occasione supplico Ill.mae et Rev.mae Dominationi Vestrae non gravetur etiam pro mea indigna persona apud suam (f. 76v) Sanctitatem demisse intercedere. Abeunti mihi Roma Anno Domini 1708, Sanctissimus Dominus noster dignatus fuit donare unum argenteum numisma cum indulgentijs plenarijs pro quolibet mense semel, et pro articulo mortis, quod numisma etiamnum fideliter custodio. Sed an habeam pro me aliquod aliud medalium, seu numisma aut coronam, vigore cuius possem consequi alias indulgentias, quas Sua Sanctitas applicat crucibus, medalijs, rosarijs, ac coronis a se benedictis, de hoc dubito. Quare si non sum in hoc Ill.mae et Rev.mae Dominationi Vestrae importunus, supplico demisse a Sua Sanctitate mihi impetret, ut illi argenteo numismati, quod mihi Sua Sanctitas donavit, etiam illas indulgentias applicet, quas solet alijs medalijs, crucibus, rosarijs et coronis a se benedictis applicare, idque sive possim, aut non possim vigore alterius medalij, aut coronae a Sua Sanctitate benedictae easdem indulgentias consequi, et habere.

Quodsi tamen Ill.ma et Rev.ma Dominatio Vestra judicat tum hoc, tum prius petitum esse omittendum, faciat prout alto suo judicio censet. Saltem veniam tribuere dignetur quod his molestus sim. Gratiae enim, et favores ab Ill.ma et Rev.ma Dominatione Vestra mihi Romae exhibitae me tam audacem fecerunt, quod haec praesumpserim. Et his sacras Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae manus devotissime exosculor maneoque.

Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationis Vestrae Servus humillimus et oblig.mus

Nicolaus Gotthal, Vicarius Episcopi Zagrabiensis (mp.).

Datum Zagrabriae, 21 Februarij 1712.

Fol. 77: Ill.mo et R.mo D.no Silvio de Cavaleri, S. Congr. de P.F. Secretario.

27.

In Monasterio S. Salvatoris, 21. II. 1712.

Metropolita Wynnyckyj Patri Trombetti scribit de futuro Capitulo generali OSBM; de rebus personalibus; de negotio Seminarii; de quodam interdicto ecclesiarum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 582, fol. 313rv, 316.
MUH, vol. V, pag. 205-7, nr. 126.

R.me ac Religiosissime in Christo Pater D.ne et Frater Colendissime.

Indoleo summe debiliori sanitati R.mae Paternitatis Vestrae, et non aliunde ordior praesentem meam, quam a voto, ut eadem in meliori statu valetudinis ipsam reperiat.

Religio nostra, non habito ullo respectu tam turbidi et periculosi temporis moderni, ardentissime expetit a me indictionem Capituli generalis pro electione sui Protoarchymandritae in futuro,[87] Deo dante, augusto. Unde rogo humillime R.mam Paternitatem Vestram, quatenus dignetur omni efficaciori modo solicitare resolutionem in negocio Seminarii, ut ante dictum Capitulum res effectui mandari possit, ne videntes deinde rem adhuc indefinitam, aliquid in contrarium attentare velint, quam a me cum R.ma Paternitate Vestra est transactum. Vix enim potero minus facere, ut non assentiar eiusdem Religionis nostrae votis circa dictum Capitulum, obviando querelis et accusationibus eiusdem in hoc passu apud superiorem potestatem.

Expecto etiam avidissime resolutionem aliorum punctorum, quae ad coram specialiter annotata dedi R.mae Paternitati Vestrae, eiusdemque gratiae promovenda commendavi.

Si necdum R.ma Paternitas Vestra ordinavit Olomucium illos quingentos florenos pro meo nepote et invenit occasionem eosdem transmittendi, rogo ut ex hac pecunia, quam D.nus Sawicz deponere debuit in manus R.mae Paternitatis Vestrae, adiungere dignetur quantum superesse potest, demptis suis pro me factis expensis, augereque hoc cambium; vix enim illi quingenti floreni sufficere poterunt pro omnibus dicti nepotis mei necessitatibus, cum scripserim ad R.dum Patrem Regentem, ut duo paria vestimentorum pro eodem conficere iuberet, ultra provisionem aliorum necessariorum. Ad illos tamen 500 polonicales sufficient fl. (*200 polonicales*).

---

[87] Capitulum hoc generale electivum locum habuit Vilnae anno tantummodo 1713, diebus 25-31 Julii. Praesidebat in Capitulo metr. G. Wynnyckyj, qui paulo post obiit (23.IX.1713). Cfr. Wojnar M., OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, p. 21.

(fol. 313v) Pro oblatis vindiciis honoris mei apud Sacram Congregationem laesi per malevolos, summe maneo obligatus R.mae Paternitati Vestrae. In quo autem in particulari sim insimulatus apud eandem, adhuc ignoro. Solum in generali praecautus sum, quod nomen meum ibi traducatur. Facilius Vestra Paternitas R.ma ipsamet dextre a suis correspondentibus explorare hoc potest, qui minime dubito, quod confident hoc secretum R.mae Paternitati Vestrae.

Pelliculae, quas modo mihi misit R.ma Paternitas Vestra, non serviunt ad usum intentum a me. Unde iterum illas remitto et rogo, ut alias loco illarum, tales quales ante habui, ex gratia ipsius aptas pro subducendo pileolo parvulo comparare iubeat.

Pluribus non onerando, cuius alias sat onustus sum gratiis et favoribus, solitae me benevolentiae et gratiae R.mae Paternitatis Vestrae commendo maneoque.

In monasterio S. Salvatoris, die 21 februarii 1712.

R.mae ac Religiosissimae Dominationis Vestrae amantissimus frater et Servus

Georgius Winnicki, Archiep.pus Metropolitanus totius Russiae.

Tetanecum (?) pervenit ad me.

(fol. 316) P. S. Quod attinet praetactum negocium Seminarii, iterum rogo R.mam Paternitatem Vestram, ut sub secreto altissimo teneatur, et ita dextre totum disponatur; ne ego incurram odia apud meam Religionem, per hanc quodammodo posthabitionem illius, et exterorum praelationem. Sciet prudentia R.mae Paternitatis Vestrae adinvenire talia media, ut et affectui meo erga suam sacram Religionem hac in parte satisfiat,[88] et affectus Religionis meae erga me minime laedantur. Meo iudicio tenui optarem, ut in eam formam hoc negocium redigeretur, ut appareret, quod non mea id voluntate, quam Sacrae Congregationis factum, quod haec incorporatio facta sit, vel quod regimen assumitur suae sacrae Religionis pro hoc Seminario, casu quo assensus praestabitur a Sacra Congregatione pro illius erectione Praemisliae. Unde talis litera esset procuranda a Sacra Congregatione, qua absolute intimaret mihi hanc esse, et non aliam suam voluntatem, sub interminatione amissionis suae gratiae in futurum. Vel quod remittit in meam voluntatem totum, sed quod nunquam Sacra Congregatio volet quidquam scire de illo, si non fiet conformiter ad mentem illius, omnique sua protectione illud pro semper destituit, prout etiam ut ipsemet non sperem amplius in meis recursibus faventem propitiamque eandem.

---

[88] Metr. Wynnyckyj in hac causa duplicem faciem monstrabat; tum Theatinis, tum Basilianis simul favebat.

Negocium interdicti ecclesiarum nonnullarum in hac oeconomia Samboriensi non bene percepit R.ma Paternitas Vestra. Res enim ita se habet, quod ego ob violentias factas sacerdotibus, qui per capillos extracti sunt in nonnullis locis ex suis domibus, aliisque modis barbaris et crudelibus tractati a ministris dictae oeconomiae occasione executionis praetensi census ab ecclesiis, interdixeram in iisdem locis ecclesias. Unde verendo, ne per sinistram delationem ad Aulam aliqua culpa in me retorqueretur ex aliorum delicto, rogavi R.mam Paternitatem Vestram, ut luculentius informare dignaretur Ill.mum D.num Nuncium de tota serie rei gestae. Non petii autem neque peto promulgationem interdicti in easdem ecclesias ab eodem Ill.mo D.no Nuncio. Qui utrum sua praesentia affulgebit in futuris Comiciis, rogo velit me certiorem reddere.

28.

Ad S. Salvatorem, 29. II. 1712.

Metropolita Wynnyckyj Patri Trombetti scribit de negocio Seminarii; de causa capitanei Horodlensis; de praesentia Nuntii Ap. in futuris Comitiis Regni.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 582, fol. 314-315.
MUH, vol. V, pag. 207-8, nr. 127.

R.me ac Religiosissime in Christo Pater, D.ne et Frater Colendissime.

Nolo esse onerosus prolixatate calami; confido enim in gratia R.mae Paternitatis Vestrae, quod quae semel patrocinio suo fovenda et promovenda assumpsit, nunquam ex corde et mente illa dimittit. Conturbat tamen hoc aliquantum, quod R.ma Paternitas in sua immediata appromittit scripturam se Romam ad Sacram Congregationem ratione Seminarii; credebam enim id iam multo ante factum esse a R.ma Paternitate Vestra, cui rationes maturandi hoc negocium exposui, inter quas praecipua est proxime celebrandum Capitulum Religionis nostrae.[89] Nisi forsan secundo iam intendit facere expositionem hanc ratione Seminarii allegatam. Minime autem dubito, quin R.ma Paternitas Vestra ita rem disposuit aut dispositura sit, ut quando Sacra Congregatio dignabitur dare sua responsa ad me in hoc negocio, det illud duplicis tenoris: unum favorabilius et placidius pro me, alterum rigidius ad ostentum solum coram Religione, ut habeam quo me eidem opponam.

Doleo quod nesciverim de praesentia D.ni Winnicki Leopoli. Saepius enim ipsum compellassem. Quandoquidem vero R.ma Paternitas Vestra

---

[89] Capitulum Vilnense anno 1713 (diebus 25-31.VII).

notificat, iam lectum desideratum per me (fol. 314v) esse iam paratum. Rogo dignetur per aliquem peritum curare accipere mensuram et videre, quantum opus erit de adamasco carmasino pro eodem, necnon gabano. Quo facto placebit scribere ad suum correspondentem Romam, ut procuret convenire Patrem priorem conventus Praemisliensis Patrum Praedicatorum, de nomine et cognomine iam alias notum R.mae Paternitati Vestrae, qui illuc tetendit, illique commendet, ut tandem dicti adamasci comparet, prout etiam trinorum vel galonum.

Negocium D.ni Capitanei Horodlensis et consortis illius transferendum ad forum spirituale Leopoliense iterato commendo gratiae R.mae Paternitatis Vestrae singularissimae, et eius ope possint expediri ab hac lite tam taediosa et molesta. Nam etiam modo praetacta neptis mea, fessa incommoditate et longitudine viarum, in itinere infirmitate correpta est.

Si quidem dubitat R.ma Paternitas Vestra de assistentia Ill.mi D.ni Nuncii praesentis in futuris Comitiis, vellem scire, quomodo possunt haec celebrari sine praesentia et interventu ministri Sanctissimi, vel utrum novus non sit venturus pro hoc tempore.[90]

Occasione retardationis Emissarii mei pro praeterita posta cupio scire ex gratia R.mae Paternitatis Vestrae, quo tempore et hora (fol. 315) praecise solet modo posta abire, ut sciam quomodo eosdem cursores meos deinceps ordinare.

Si habet notitiam R.ma Paternitas Vestra, ubinam modo reperitur D.nus Kruzer, rogo certiorem me reddat, prout etiam non sim defrustrandus mea spe ratione appromissarum per eundem rerum, alias iam notarum R.mae Paternitati Vestrae, quibus permaxime indigeo. His me solitae gratiae ac benevolentiae commendans, maneo.

Ad S. Salvatorem, die 29 februarii 1712.

R.mae ac Religiosissimae Dominationis Vestrae amantissimus Frater et Servus

Georgius Winnicki, Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae (m. pr.).

Ille P. prior Praemisliae vocatur Lubowidzki.

(fol 315v) R.mo et Religiosissimo in Christo Patri et Fratri Colendissimo, D.no Stephano Trombetti, C. R. Theatinorum Collegii pontificii Leopoliensis et missionis per Regnum Poloniae Praefecto. Leopoli.

---

[90] Nuntius in Polonia erat Benedictus Odescalchi (1712-3). Breve tempus permansit Varsaviae, quia statim promotus fuit cardinalis (30.I.1713); obiit 13.XII.1740. Cfr. *Hier. Catholica*, vol. V, p. 29.

29.

Uniovia, 13. VI. 1712.

Episcopus Leopoliensis B. Szeptyckyj de unione et subiectione monasterii Pocza-joviensis aliisque rebus connexis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 583, fol. 50rv.
MUH, vol. V, 213-214, nr. 132.

Illustrissime, Excellentissime, et Reverendissime D.ne, D.ne, et Patrone Colen.me et Benefactor Amplissime.[91]

Post humillimam obsequiorum meorum in sinum gratiarum Ill.mae, et Excellentissimae D.nis Vestrae recommendationem, non sine animi mei ingenti gaudio defero novam capturam, qua Deus benedixit, et auxit Divinissimum Petri Rete, per notabilem conversionem unius Monasterij insignis Ritus nostri ad Unionem Sanctam, meis etiam concurrentibus ad id aliqualibus studijs.

In Provincia Volyniae Regni hujus reperitur antiquissimum et celeberrimum Monasterium Regulae S. Basilij Magni, Poczaioviense[92] noncupatum, Graecanici Schismatis sequax a primordijs erectionis suae ad hos usque dies. Hoc itaque nuper emissis ad me e medio sui Delegatis instantissime petijt, quatenus illud Communioni Sanctae Catholicae Romanae Ecclesiae redderem, declarando se insuper constanter abhinc vivere velle non solum sub obedientia Summi ac Universalis Pastoris Romani, sed etiam mea meorumque Successorum. Haecsi ab initio in secundandis votis ipsorum non tam quoad receptionem in gremium S. Universalis Ecclesiae, quam quoad alterum punctum, quod Iuribus meis etiam Successorumque meorum subjicere se vellent, ne viderer praeiudicare potestati, ac Iurisdictioni loci Ordinarij Luceoriensis Ritus nostri, in cuius Dioecesi situm hoc Monasterium est. Sed cum perspicerem alienissimos ipsos gerere animos ab hac submissione, adeo ut potestati sint potius velle in primaevo statu permanere, quam sequi iura illius, nisi ipsos in meam potestatem reciperem. Adactus sum condescendere votis ipsorum, et in Pastoratum meum ipsos adscribere, ne ab intenta conversione ipsos averterem, cum tanta iactura animarum. Et idcirco ut non alia ratione, et fine hoc a me factum, ex sinistra alicuius delatione ab Ill.ma, et Excellentissima Dominatione Vestra esse credatur, hac sincera, et genuina totius

---

[91] Nuntio Varsaviensi Benedicto Odescalchi (1712-13).

[92] Monasterium Počajoviense fundatum fuit circa annum 1597, unitum an. 1712, incorporatum anno 1739, abolitum an. 1831; famosum imagine BV Mariae miraculosa et typographia; centrum spirituale totius Volhiniae. Cfr. articulum *I.* Tylawskyj, S.D.B., *Monastero di Počaiv – La sua tipografia e le sue edizioni*, in « Analecta OSBM », vol. IV (1963), pp. 230-292.

rei gestae informatione praeveniendam esse eandem censui; subijcendo totum quantum hunc actum ulteriori Iuditio, et dispositioni Ill.mae et Excellentissimae Dominationis Vestrae, ut si quid recte hac in parte a me actum eidem esse videbitur, approbare supremo calculo dignetur; si autem aliquid a recti et aequi regula deviasse me compertum eidem fuerit, id ad orbitam debitam rectitudinis, et aequitatis, uti supremus earundem moderator, reducere velit; id certo de me hac in parte iterum iterumque (f. 50v) sibi persuadendo, me nihil aliud intentionis prae se tulisse, praeterquam unicum augumentum Religionis Catholicae, et lucrum animarum, a vera salutis via aberrantium. Caeterum me Dioecesimque meam gratiae, et patrocinio Ill.mae, Excellentissimae Dominationis Vestrae enixissimis votis dedicans, cum hac contestatione praesentes concludo, quod sim

Ill.mae Excell.mae et Rev.me Dominationis Vestrae, Benefactoris mei Amplissimi humillimus, observantissimus Servus, et Exorator

B. Szepticki, Episcopus Leopoliens.

Unioviae, 13 Iunij 1712.

P.S. – Pro ulteriori documento transmitto Ill.mae, Excell.mae D.ni Vestrae Epistolam originalem, quam ad me Polonice scribit Superior illius Monasterij,[93] exponendo insuper quod a prima Fundatione illius Monasterij usque ad praesentem diem non a loci Ordinario Luceoriensi, sed a Patriarcha Constantinopolitano Schismatico,[94] a quo nunc recedit, regebatur, et dependebat, ex quo facilius videtur inferri posse non subjacere Iurisdictioni loci Ordinarij Luceoriensis, sed posse sibi eligere.

30.

Mukačevo, 9. I. 1713.

Archipresbyteri et Presbyteri Mukačovienses instant apud Cardinales de Prop. Fide pro Nominato Mukačoviensi J. Hodermarskyj ob pericula fidei populi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 600, fol. 216rv.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 589-590, nr. 463.

Eminentissime ac Reverendissime Princeps, S.R. Ecclesiae Cardinalis, Domine, Domine Princeps Nobis Benignissime.[95]

---

[93] Cfr. *Litterae Basilianorum*, vol. I, pp. 227-230, nnr. 129, 131.

[94] Utrum monasterium Počajoviense ante suam Unionem cum Ecclesia Catholica dependebat a Patriarcha Constantinopolitano, non est res sat clara.

[95] Cardinali Christiano A. de Saxonia, cfr. infra doc. nr. 32.

Quantam jam passa sit jacturam Unio Sancta a Nobis cum Sancta Romano Catholica Ecclesia suscepta ex defectu Consecrationis Electi Nostri Episcopi Joannis Hodermarsky, Eminentia Vestra ex accluso Cathalogo Schismaticorum Sacerdotum in Episcopatum nostrum intrusorum nec non Bigamorum intelligere gratiose dignabitur, quorum numerus cum in dies augeatur, et reliqui etiam in Unione Sancta novitii nostri Confratres recessum a dicta Unione molliantur, adeo ut ab Ill.mo Metropolitano Russiae missum Sacrum Chrisma, pro tali non agnoscentes publice in Sinodo recipere recusarunt. Et his omnibus succurrendi et obveniendi medela adhiberi quantotius deberet. Hinc Eminentiae Vestrae humillime omnes supplicamus, dignetur Eminentia Vestra Suae Sanctitati dictam jacturam representare, ac in eo pro sua dignitate Cardinalitia gratiose nobis patrocinari, ut ad eradicandum Schisma et conservandam Unionem ad avertendumque in nobis et populo unito scandalum hactenus per nos humillime supplicatam personam Electi nostri Episcopi Joannis Josephi Hodermarsky Confirmationem benignissime elargiri dignetur. Quemadmodum enim in humillimis nostris ad suam Sanctitatem exaratis anno preterlapso literis innocentiam hujus zelosissimi Viri declarassemus, ita per praesentes eandem unanimi omnes consensu defendimus. Qui uti in munere Vicarij, ac Visitatoris Generalis, vivente adhuc pie reminiscentiae Episcopo De Camillis[96] laudabilibus ac exemplaribus virtutibus nobis praeluxit, non minus a tempore recuperatae feliciter per arma Augustissimi Imperatoris Hungariae, quam Praelatum deceat exemplarem vitam duxit, ut delatio (f. 216v) contra Personam ipsius facta uti sinistra, ita eidem iniuriosa singulare patientiae ac mansuetudinis specimen, ac in suos delatores acsi in optime sibi faventes favor omnibus nobis cum admiratione ac aedificatione reluxerit; quae singulares virtutes, et indeffessi actuales etiam pro Ecclesia Dei, et incremento Sanctae Unionis labores stimulant nos, quatenus Eminentiae Vestrae pro consequenda sui confirmatione eundem humillime recomendemus, nosque benignitati Eminentiae Vestrae recomendando permanemus.

In Sinodo Generali in Cathedra habito, die nona mensis Januarij, anno 1713.

Eminentiae Vestrae humillimi ac devotissimi Servitores et Exoratores

Archipresbyteri et Presbyteri Graeci Ritus cum Sancta Romana Ecclesia Uniti, Episcopatui Munkaciensi subiecti (mp).

---

[96] Josephus de Camillis, episcopus tit. Sebastensis, Vicarius Apostolicus Mukačoviensis (1689-1706); cfr. adn. nr. 77.

31.

Uroż, 30. I. 1713.

Scriptum stipulativum Metropolitae G. Wynnyckyj cum Ordine Basiliano de fundatione Seminarii Peremysliensis eiusque conditionibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 590, fol. 210 (*copia*).

Copia Scripti Stipulativi inter Ill.mum Dominum Metropolitam et Ordinem Basilianum Provinciae Lithuaniae, sub data in Uroz die 30 Ianuarij 1713.

Georgius Winnicki, Dei et Sanctae Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Metropolita Kiioviensis etc. etc. ...

Cum nihil aeque conducit bono faustoque progressui et conservationi Communitatis cuiusque tam in statu civili, quam spirituali, quam si eadem nanciscantur bonos, solertes ac providos Rectores, volens huiusmodi Seminario meo Premisliensi[97] (cuius iam Deo auspice aliqua fundamenta praeiacta sunt formae, per designationem et inscriptionem Dotis) deligere non aliunde illos ad discendos censui, quam e domo propria Matris nostrae Religionis Basilianae, praesertim autem Congregationis Lithuaniae SS.mae Trinitatis, minime ambiens, abunde satisfactum iri per ipsam omnibus quaecumque concernunt tum intentiones ac spes meas in promovendo hoc ipso opere, Gloriam Dei et salutem animarum tum etiam commoda, et emolumenta ulteriora eiusdem Seminarij curaque et industria filiorum eius, qui directioni et gubernationi illius admovebuntur, ex parvis modernis initijs sumpturum successu temporis magnum progressum. Unde communicata hac in parte mente mea reque mature deliberata cum Superioribus eiusdem praetactae Congregationis Basilianae, nimirum cum Ill.mo et R.ndmo Domino Leone Kiszka, Episcopo Wladimiriensi et Brestensi, uti Protoarchimandrita pro tunc ipsius, nec non cum Venerabilibus Patribus Consultoribus eiusdem, accedente eorundem consensu, et acceptatione, uti totius Congregationis vices gerentium voluntatemque repraesentantium, praefatum Seminarium meum committo tradoque in perpetuum gerendum et gubernandum dictae Congregationi. Ac ut desideria mea, quae per Superiores futuros successive impleri cupio in regimine eiusdem Seminarij, eo plenius et perfectius effectui mandentur, sequentibus eadem explanare circumscribereque visum est.

Imo: Cum unicus finis huius operis per me intentus sit iuvandi Eccle-

---

[97] Seminarium hoc programmatum a metr. G. Wynnyckyj nunquam erectum fuit Peremysliae, sed post longas pertractationes alumni Peremyslienses Leopoli in Pontificio Seminario Ucraino-Armeno educabantur.

siam Dioecesimque hanc meam, idoneis Pastoribus destitutam, per expoliationem Cleri eiusdem in scientia et pietate, ideo tales providebuntur semper per R.ndmum Protoarchimandritam Rector illius ac Magistri, qui tam doctrina quam pietate Iuventutem alendam in eodem Seminario imbuere valeant. Unde specialiter habebit R.dmus Personarum ad illud tam pro regimine, quam pro instructione destinandorum, ex quibus tres esse debebunt: nimirum, unus Rector et duo Professores, duo vero Patres debent esse ordine sacerdotali insigniti, propter maius commodum Ecclesiae eiusque decorem et ornamentum.

2do: Numerus Alumnorum cum ob tenuitatem moderni proventus a me designati vix maior esse possit, quam sexenarius, idcirco sic ad minimum pro nunc servabuntur nec ad plures recipiendos dictos Patres obligatos volo.

(f. 210v) *3tio*: Ut iidem Alumni ultra Literas latinas, quibus incumbent in praefato Seminario, peritiam etiam acquirant caeremoniarum ecclesiasticarum iuxta Ritum nostrum ordinemque officiorum Dominicorum cum cantu ecclesiastico addiscant.

Singulis diebus Dominicis et Festis nec non alijs feriatis, quibus a scholis vacabunt, intererunt in ecclesia Officijs Divinis.

4to: Iisdem diebus Dominicis et Festis iuvabunt in Ministerio Verbi Divini praefati Patres Professores, in quo munere etiam ipsos Alumnos, praesertim cum ad ulteriores Scholas provecti fuerint, sedulo exercebunt, maxime intra parietes domesticas, ut tempestive assuescant praedicationi ac instructioni Populorum, quibus deinde toto decursu vitae suae vacare debebunt.

5to: In Alumnos tales suscipientur, qui iam calleant legere tam Ruthenice quam Latine et Polonice, et quantum fieri potest ex Ordine levitico; circa aetatem autem haec servanda erit circumspectio, ut persolutis studijs statim apti esse possint suscipiendis Ordinibus exercendoque munere pastorali; proinde circa annum aetatis decimum quartum suscipiendi erunt.

6to: Iidem post medium annum suae admissionis ad Seminarium Iuramento se obstringent, speciali praevia Professione Fidei, in forma edita ab Urbano VIII, pro Orientalibus, ad amplectendum statum spiritualem Presbyterorum saecularium sive cum coelibatu, sive absque eo permanendumque in hac Dioecesi ad vitae tempora illique in cura animarum deserviendum.

7mo: Demum cavebit R.dmus Protoarchimandrita ne quid incommodi et damni patiatur idem Seminarium per crebriorem mutationem Rectorum illius. Unde, quantum fieri potest, curabit, ut quam rarissime haec fiat. Illud quoque cavetur, ut ad Seminarium dictum suscipiantur Personae ad studia

habiles, et idoneae; cum scitu et recommendatione loci Ordinarij Ill.mi Premisliensis debent suscipi Alumni ad Seminarium, nec dimitti sine eius scitu. Datum ut supra, etc. etc.

(Locus Sigilli)

Basilius Procewicz, O.D.B.M. Protoarchimandrita,[98] Super. Berezvecensis (mpria).

Joannes Olszewski, O.D. Basilij Magni, Consultor, Super. Borunen. (mpr).

Antonius Zawadzki, Ord. D. Basilij Magni, Consultor, Superior Zyrovicensis (mpropria).

Polycarpus Mihuniewicz,[99] Ord. D. Basilij Magni, Pro-Consultor, Superior Minscen. (mpria).

32.

Vienna, 4. II. 1713.

Cardinalis Chr. de Saxonia de causa Nominati Mukačoviensis J. Hodermarskyj et de periculis ex ea promanantibus pro fide catholica.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 600, fol. 214.
HODINKA A., *Okmánytára...*, 592, nr. 466.

Eminentissimo e Reverendissimo Signor mio Oss.mo.[100]

Sarà facile che l'Eminenza Vostra compiacerà di riflettersi qualmente ancora da Sua Maestà Cesarea defuncta Gioseppe, di glor. memoria,[101] il Signor Giovanni Hodermarsky sia stato raccomandato appresso la Santità di Nostro Signore, per esser Vescovo de' Greci uniti a Monkacs. Onde non ho volsuto

---

[98] Stipulatio haec conscripta fuit adhuc die 30.I.1713, sed dein discussa et subscripta est in Capitulo Vilnensi (in Julio 1713) a neoelecto Protoarchimandrita Basilio Procewicz.

[99] Polycarpus Mihuniewicz, post ingressum in Ordinem, ab anno 1700 studia superiora Brunsbergae peregit; in Synodo Zamostiana, ut Superior Zyrovicensis, partem habuit; anno 1730 imaginem Zyrovicensem, ut Procurator Ordinis advitalis et Superior Novogrodensis, coronavit. In Capitulo Leopoliensi an. 1739 participavit; in Cap. generali Dubnensi (1743) electus fuit primus Protoarchimandrita uniti Ordinis Basiliani et munere rite expleto, nominatus fuit a rege Poloniae Federico-Augusto III Archiepiscopus Smolenscensis, sed nominatus obiit. Cfr. WOJNAR, M., OSBM, *De Protoarchimandrita...*, pp. 285-6.

[100] Cardinali Fabritio Pauluccio, Secretario Status (1700-1721); obiit 12.VI.1726. Cfr. *Hierarchia Catholica*, p. 21.

[101] Josephus I, Imperator Sacri Romani Imperii (1705-1711).

tralasciare di mandare qui annesso in Originali[102] quello che il Clero delli memorati Greci Uniti mi scrive; e sicome da ciò apparisce assai chiaro il danno grandissimo, che patiscono le povere anime in quelle parti, per mancanza d'un Vescovo, così prego l'Eminenza Vostra di voler haver la bontà e dar parte di tutto questo a Sua Beatitudine, e procurarmi poi gli suoi clementissimi ordini Pontificij, di quello ch'io in questo affare havrò da operare per la salute dell'anime; in tanto favorirà l'Eminenza Vostra di rimandarmi l'annessa lettera, mentre per fine le bacio umilissimamente le mani.

Vienna, 4 Febr. 1713.

Di V. Eminenza umilissimo, divot.mo Servitore

Ch. Cardinal di Sassonia.

33.

Posonia, 25. IV. 1713.

Cardinalis Chr. de Saxonia Secretario Status de causa Mukačoviensi, de Nominato J. Hodermarskyj; de periculis fidei pro populo et ut causa quam primum solvatur instat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 600, fol. 217-218.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 598-9, nr. 472.

Eminentissimo e Rev.endmo Signor Mio Oss.mo.

Poichè mi truovo qui ritirato in questo Convento de Padri Paulini, nella vicinanza della Città di Posonio, per motivo della contagione che regna ancora sino al presente nella detta Città, devo dire all'Em. V. qualmente la sua lettera, scrittami sotto gli 24 del passato mese Marzo, mi sia primieramente capitata al giorno d'hoggi, di sorte che l'Em. V. havrà la bontà di non credere, ch'io sia stato in mora, di non haver risposto con ogni prontezza necessaria; e sicome viddi dalla medesima quello, che tanto dalla Sagra Congregazione, quanto ancora dall'Eminenza Vostra stessa, mi viene esser proposto, toccante il così chiamato Vescovo di Mongatz, così in quanto mi ricordo credo di haver parlato spesse volte all'Eminenza Vostra durante il suo soggiorno alla Corte di Vienna, toccante questo affare tanto ponderoso e considerabile, non havendo tralasciato ne meno di fare ogni rimostrazione possibile, in diversi luoghi necessarij, appresso la Corte di Sua Sacra Cesarea e Real Maestà con dire publicamente, ch'io avanti il Signore Dio e l'universo

---

[102] Cfr. documentum nr. 30.

mondo non voleva rispondere, ma esser pienamente scusato del danno irreparabile, che le povere anime delli Greci Uniti, per mancanza del Pastore che le governi, da tanto tempo in quà soffriscono. Io non dubito punto che l'Eminenza Vostra sarà pienamente informata, e diffusamente noto alla medesima, come tutta questa controversia consista in ciò, che doppo che habbia piacciuto alla Santità di Nostro Signore, di non haver volsuto accettare per certi gravissimi motivi il presentato overo raccommandato dall'Augustissimo Imperatore, come Re d'Hungaria, Signor Hodermarsky, ma habbia nominato al contrario per tal dignità il Signor Policarpo Filippowitz, per il di cui favore (f. 217v) non solamente mi ho interposto con ogni fervore nella sua presenza à Vienna, appresso il Ministerio Cesareo, ma assistitoli ancora con qualche somma di denaro dal mio proprio, per la sua sossistenza necessario; senza però, che sia stato possibile d'ottener dalla Corte l'accettazione di questo huomo, tanto divoto et essemplare, per cagione primieramente, che da Roma non fosse passata la minima communicazione toccante questa Persona colla Corte Imperiale, e per l'altro, che la memorata Corte Cesarea vuole, che tal Vescovo o Vicario Apostolico appresso questi Greci debba esser suddito dell'Imperatore, come Re di Hungaria, e non forastiere, come era il Signor Filippowitz, le quali difficoltà durano ancora, sino al giorno di hoggi. Io tra tanto mi sono impiegato con ogni diligenza possibile, per truovare in questi Paesi un huomo capace e proprio per provedere alli bisogni di queste anime et al quale la Santità di Nostro Signore havesse potuto gratificare clementissimamente con questo Carattere, ma tutto è stato infruttuoso, poichè sin'al presente non ho potuto truovare alcun soggetto. Onde, a fine che queste povere Pecorelle non restino più oltre in necessità, e forzate quasi, per mancanza di Pastore, a desertare, e sottomettersi alli Scismatici; sarei di questa opinione, esser necessario, che la Santità di Nostro Sig., per mezzo di Sua Eminenza il Signor Cardinale Piazza,[103] s'intendesse colla Corte di Vienna, toccante questo passo, di sorte che questo affare tal volta per la consolazione de' poveri Greci uniti, arrivasse alla sua final decisione. Io sarei si pronto, che obligato, da parte mia, di mettere la mano all'affare, per secondare (f. 218) la santissima intenzione Papale, se io non mi truovassi per adesso separato dalla Corte Imperiale, a cagione della contagione, che regna in questa vicinanza. Questo è, che posso partecipare all'Eminenza Vostra, alla quale mentre auguro ogni prosperità desiderabile, bacio umilissimamente le mani.

Nel monastero di Maria Thall, vicino di Posonio, 25 Aprile 1713.

Di V. Eminenza umil.mo divot.mo, Servitore vero

Ch. Cardinal di Sassonia.

---

[103] Iulius Piazza, Nuntius Ap. apud Imperatorem (1709-1713).

34.

Lavrovia, 23. VII. 1713.

Episcopus tit. Bodonensis seu Vicarius Mukačoviensis de suo statu et de statu totius negotii, de J. Hodermarskyj; petit protectionem, auxilium et subsidium.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 589, fol. 271-272.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 601-603, nr. 476.

Eminentissime, et Reverendissime Domine, Domine, Domine Clementissime.[104]

Septimus iam evolvitur mensis, a quo specialibus Eminentiae Vestrae animatus sum erectusque in spem meliorum in negocio Vicariatus Munkacinensis, verum cum in hunc usque diem nihil adhuc compareat faustioris et amoenioris nuncij, metuo valde ne Augustissima Aula Viennensis absolute nolit recedere a sua primaeva sententia, excludendi me prorsus ab eo loci, et ab executione iniuncti mihi muneris. Unde cum summe anxius et solicitus praestoler, videndo me semel expeditum ab hac ancipiti et permolesta sorte, qua iam pluribus annis implicitus haereo (quae prout animum reluctante licet quomodolibet ratione admodum affligit, ita etiam vires notabiliter atterit et vitam imminuit), ausim supplicare Eminentiae Vestrae caeterisque Eminentissimis Dominationibus meis, ut me ex hoc bivio incertitudinis status mei speciali clementia et benignitate sua eductum, tandem in certiori aliquo statu, melius ijsdem viso, locare dignentur, ne taediis, angoribus et moeroribus dubiae expectationis ulteriorem vitam absumere coactus, potentia prius destituar obsequendi sacerrimis mandatis Dominorum meorum, quam in actum aliquem eandem referam, vitaque ipsa citius fungar, quam fungi mihi delato gratiosissime munere integrum fiat; qua in re percellit me etiam non vano timore ipsa mea in dies magis et magis succrescens, et aggravescens aetas. Accedit demum ad cumulum supratactarum anxietatum mearum, quod certius percipiam, res in dies peius et peius agi inter ipsum illum populum curae meae destinatum eo, quod maximo numero pastore legitimo orbatus a tanto (f. 271v) tempore, abit post pascua virulenta, allectus tum a Schysmaticis, tum etiam ab ipsis Haereticis; non desunt enim finitimi Schysmatici Episcopi, qui aliunde sat de se pronas, uti necdum bene solidatos in Unione, recens inter ipsos plantata, pertrahunt ad se, et ad antiquam ipsorum professionem. Inter hos autem Coriphaeum praecipue agit Episcopus quidam Maramoriensis, de novo provisus ab Aula Viennensi, contra studia

---

[104] Praefecto Congr.nis de Prop. Fide, Josepho Sacripanti (1704-1727). – Argumenta huius epistolae in Congr. Generali (4. Sept. 1713) tractata sunt. Cfr. Welykyj A., OSBM, *Acta S.C. de Prop. Fide*, vol. III, 73-74, nr. 911.

fors et conatus omnes in oppositum Eminentissimorum, Cardinalis Nuncij et Cardinalis de Saxonia, qui praecauti hac in parte a me, statim in primordio vacantiae illius Episcopatus polliciti sunt singularem suam animadversionem circa dictum episcopatum, ne alicui personae disunitae conferatur.

E re etiam videtur certiorem reddere Eminentiam Vestram de iis, quae hic succedunt circa D. Johannem Hodermarski, competitorem Episcopatus Munkacinensis, qui omnes vias, ac modos tentat adipiscendi consecrationem pro dicto Episcopatu, etiam posthabita suprema authoritate Apostolica, esto et aliunde iam dudum gerit se tanquam omni legitima potestate competentiali muneri praeditus, seclusa sola potestate ordinis egregieque detondet, et vix non excoriat oves, adscito brachio militari, quo semper stipatus, peragratur dictam Dioecesim. Is enim videtur, in vota sua iam flexisse aliquatenus Ill.mum Metropolitam, qui nescio quibus motivis et rationibus innixus prope est, ut velit deferre praetactae ipsius praetensioni, esto non ignarus status totius negocij, in quibus terminis versetur.

Proinde operae pretium esset, si Sacra Congregatio dignaretur eundem commonefacere, ne audeat ad ullum omnino actum descendere in praetensionibus praefati D. Hodermarski, non solum quoad consecrationem in Episcopatum, sed etiam quoad benedictionem (f. 272) in Abbatem Monasterij Munkacinensis, quod pariter ab eodem desideratur exposciturque flagrantissime; quia haec Abbatia cedere debet in subsidium legitimo proviso, quisquis demum is futurus sit. Si autem ipse per benedictionem inauguraretur in eandem, aegrius de manibus illius vindicari posset. In his tamen monitis Ill.mi D. Metropolitae, rogatam vellem Eminentiam Vestram, tale adhibendum esse moderamen, ne is devenire possit, delationem hanc profluxisse a me, quia alias subire deberem odium et aversionem illius notabilem. Et me interea gratiae et protectioni Eminentiae Vestrae, studiosissime devovendo, eiusdem Sacram Purpuram, demississime et devotissime exosculor, uti

Eminentiae Vestrae, Domini mei Clementissimi humillimus et obligatissimus Servus

Polycarpus Filipowicz, El. Episcop. Bodon., V. Ap. Munkacen.

In Monaster. Lauroviensi O.D. Basilij M., die 23 Iulij 1713.

35.

Leopoli, 30. IX. 1713.

Episcopus tit. Bodonensis seu Vicarius Mukačoviensis petit subsidium ad dignam sustentationem; ut videtur, Cardinali Praefecto de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 590, fol. 192.

Hodinka A., *Okmánytára...*, 604-605, nr. 479.

Emin.me et Reverendissime Domine, Domine, Domine et Patrone Colend.me.

Nova vicissitudo Ill.mi nostri Metropolitae Russiae, qui vitam hanc miseram, ut sperare licet, cum beata commutavit his diebus,[105] omnibus non solum magna sui desideria, sed etiam dolore relicto, provocat me ad faciendum novum recursum ad benignissimum patrocinium Eminentiae Vestrae, totiusque Sacrae Congregationis, quatenus deficiente illo, a quo mihi hactenus unice subministrabantur subsidia necessaria vitae, ut probe est notum Eminentiae Vestrae, in praesenti afflictissimo stato meo, de micis vacantis Mensae post ipsius obitum Episcopatus Praemisliensis, aliquid designare mihi velint, ordinando futuro eiusdem Administratori, portionem sive pensionem aliquam pendendam per ipsum, quoadusque aditus in Munkacz reserabuntur; nisi enim hoc modo Eminentiae Vestrae prospicere dignatae fuerint sustentationi meae, alius mihi nullus adest subsistendi modus. Locupletius hac in parte informavit iam Eminentiam Vestram, pro sua in me charitate, rerumque meorum compassione Admodum R. Praefectus Collegij Leopoliensis Pontificij, ut proinde nihil mihi amplius restet superaddendum, nisi solum in sinum me solitae clementiae et protectionis Eminentiae Vestrae ac totius Sacrae Congregationis reverentissime conijcere, cum profundissimo et devotissimo osculo sacrae Eminentiae Vestrae Fimbriae.

Leopoli, 30.7bris 1313.

Eminentissimae et R.endmae Dom.nis Vestrae humillimus et oblig.mus Servus et ind. apud Div. Maiest.

Polycarpus Filippowicz, Elec. Bodon., Vic. Ap. Munkac.

36.

Varsavia, 4. X. 1713.

Informatio cuiusdam aulici regii de obitu metr. Wynnyckyj et de electione novi Metropolitae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, 3, fol. 441.
MUH, vol. V, pag. 254, nr. 157.

Informatio de metropolia Russiae.

Copia literarum ex aula regia ab uno aulico homine saeculari scriptarum Romam; Varsaviae, die 4 octobris 1713.

Metropolita Chijoviensis fatis cessit his diebus; iam hic ad aulam vene-

---

[105] Metropolita Kioviensis Leo Kiszka obiit 23 Septembris 1713.

runt plurimi concurrentes. Ill.mus Magnificus D.nus Cracoviensis[106] R.dum D.num Szepticki, episcopum Leopoliensem promovet; qui non pridem ex schysmate rediit ad unionem Ecclesiae; periculum, ut in tanta dignitate si fuerit, iterum ad schysma non rediret, etc.

Iste, Ill.mus M.D. Cracoviensis est magnus dux Poloniae, multum potest. Saeculares non tam respiciunt spiritualia, quam temporalia et mamonam. Ad Em.mum Nuntium, ut obstet in aula regia, ne facile et praecipitanter quisquam (et maxime personae suspectae de Unione) obtineant privilegium, ne succedat inde aliqua displicentia inter aulam regiam et Romam; ut detur campus et electio libera archiepiscopis, episcopis unitis; deinde cum adsit nunc, ex decreto pontificio Clementis VIII protothronius episcopus Wlodimiriensis et Brestensis, hoc est propinquior et legitimus successor ad metropoliam, propter merita et maximam fidelitatem suam (ratione sedis Vlodimiriensis et Brestensis, non ratione personae) erga S. Romanam Ecclesiam, ne fiat praeiuditium tam Bullae pontificiae Clementis VIII, tam protothronio, quam ordini successionis consueto, communi et ordinario, et maxime ss.mae Unioni.

(fol. 442v) Ruteni. 4 ottobre 1713.

37.

Leopoli, 1. XI. 1713.

Episcopus tit. Bodonensis Praefecto de Prop. Fide in causa Mukačoviensi, de Monasterio S. Nicolai; de subsidio et adiutorio ad dignam substentationem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 591, fol. 154rv.
Hodinka A., *Okmánytára...*, 605-6, nr. 480.

Emin.me ac Reverendissime Domine, Domine, Domine et Patrone Clementissime.

Recepi reverentissime datas 4.7bris[107] ab Eminentia Vestra in vim responsi ad alias meas, in quibus singularissimis consolationibus suis aegritudines et angores animi mei lenire ac exoptata remedia avertendis periculis consecrationis D. Hodermarski deferre dignata est, pro quibus profundissimis persolutis gratiis, tam Eminentiae Vestrae, quam reliquis EE. DD. meis Clemen-

---

[106] Casimirus Lubienski, Episcopus Cracoviensis (1711-1720), proveniebat ex nota familia Nobilium Poloniae, et proinde in hac materia multum potuit, sed aetas Barlaami Szeptyckyj sat provecta impedimento erat.

[107] Cfr. Welykyj A., *Litterae S.C. de Prop. Fide*, vol. III, 78, nr. 1105.

tissimis, de caetero subijcio iterum me totum quantum sacratiori voluntati et dispositioni earundem, ut quod bonum est in oculis ipsarum hoc fiat de me. Licet autem ipsa supremi Numinis providentia, everterit perversa molimina et intentiones praefati D. Hodermarski fundatas in piae mem. Ill.mi D. Metropolitae prona ad secundandum easdem voluntate,[108] nihilominus non desistit adhuc aliis viis tentare, deducere illas ad effectum; reperto enim, praememorato Praelato iam vita functo, voluit flectere in sua vota Ill.mum Episcopum Leopoliensem tantamque facilitatem invenisset forsitan in illo, respectu ipsorum ut redditus fuisset compos suorum intentorum, nisi A.R.P. Praefectus Collegij Pontificij Leopoliensis occurrisset,[109] et pronam eius voluntatem divertisset suis rationibus et suasibus.

Hoc etiam recens deferendum habeo non importune Eminentiae Vestrae de eodem, quod eadem occasione, qua descenderat in has oras ad procurandam consecrationem sui, indui se fecit habitu monastico Basiliano in Monast. Lauroviensi Dioec. Praemisl. eodemque die, nulla prorsus praemissa probatione, votis solennibus se obstrinxit.[110] Unde si EE. suis videretur facere expediri mandatum ad idem monasterium, cui stabilitatem et permanentiam vovit, quatenus illum revocent ad gremium sui, ac intra septa contineant, ne amplius evagetur in partes Ungariae, multis inconvenientibus et praeiudiciis, quae per eundem inibi peraguntur, obviaretur. Demum quod hac quoque vice supplicandum mihi occurrit e summa necessitate EE.VV. idest, quando quidem privatus sum illo Benefactore meo,[111] a quo mihi hactenus necessaria subsidia vitae praestabantur, aliunde autem copiam eorundem (f. 154v) habere non possum, dignentur ipsa ex sua benignitate opportunius prospicere vel per abscissionem portiunculae alicuius ex fructibus annalibus ad praesens istius Dioec. Praemisl., prout in aliis meis iam supplicavi, vel alio viso meliori modo, ne probrosum et indecentem alias quaestum exercere cogar, destitutus necessarijs mediis vivendi. Quae omnia dum in sinu benignissimae protectionis Eminentiae Vestrae et aliorum Dominorum meorum Clementissimorum depono una oro supremum Numen, ut omnes universae Ecclesiae quam diutissime sospites et foelices conservet; et Sacram Eminentiae Vestrae purpuram demisissimo poplite exosculando maneo.

---

[108] Metropolita Kioviensis, Georgius Wynnyckyj, ut videtur, inclinabat pro consecratione Josephi Hodermarskyj in episcopum. Ideo monitus est a S. Congr.ne de P.F.; cfr. WELYKYJ, *Litterae S. Congr.nis de Prop. Fide*, vol. III, 77-78, nr. 1104.

[109] Stephanus Trombetti, Praefectus Col. Ruthenorum et Armenorum (1706-1723), qui multum habuit influxum praesertim in Metropolitam.

[110] Hoc modo Josephus Hodermarskyj tentavit sibi animos episcoporum Ruthenorum conciliare, qui omnes erant ex Ordine Basiliano.

[111] Metropolita Georgius Wynnyckyj, qui obiit die 23 Septembris 1713.

Eminentiae Vestrae, Domini mei Clementissimi humillimus et obligatissimus Servus

Polycarpus Filippowicz, el. Ep. Bodon.,
Vicarius Apost. in Munkatz.

Leopoli, die 1.9bris 1713.

38.

Leopoli, 13. XII. 1713.

Episcopus Leopoliensis B. Szeptyckyj Cardinalibus de Prop. Fide de servandis privilegiis Cleri et populi, de praetensionibus ad cathedram Haliciensem etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 591, fol. 533-34.
MUH, vol. V, 269-270, nr. 166.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini, Domini Patroni Colendissimi, Benefactores Amplissimi et Domini mei Clementissimi.

Cum tota Dioecesi mea ad supremam Eminentiarum Vestrarum Rev.marum gratiam et clementiam supplex recurro, postulando humillime, quatenus dignentur benigne prospicere miserrimae huic meae Eparchiae Leopoliensi, unice et in sola subsistenti Cathedra Haliciensi, injusto titulo a pie defuncto Metropolitano pretensa. Non dubito quin Ill.mus, Excell.mus et Rev.mus Dominus Archiepiscopus Spinola, Nuntius Apostolicus et singularissimus Benefactor meus, exposuerit Eminentijs V.R.mis, Dominis meis Clementissimis, rationes in rem Cathedrae praedictae militantes, adeoque ne sim illas repetendo importunus, adjungo solummodo eisdem humillimas preces meas totiusque Dioecesis Cleri, tum et Nobilitatis supplicantium circa Iustitiam conservari, et manuteneri in Serenissimorum Regum Privilegijs, in quibus a tot saeculis absque ulla controversia solennisarunt, et hucusque manserunt, et cum his ad S. Unionem cum S. Romana Ecclesia libere accesserunt.

Habent a 170 et amplius annis Ius Regium hucusque practicatum nec unquam a quopiam reclamatum[112] eligendi sibi Episcopum Leopoliensem, Haliciensem, et Kamencensem, non vero Metropolitanum, cuius votiva intentio hanc Cathedram aut funditus evertere, aut blande occupare, figendo postea pro semper hic suam Sedem contra omnia Iura. Speramus tamen omnes, irrita futura, mediante gratia et clementia atque aequitate (f. 533v) ipsa suadente Emin.marum Vestrarum Rev.marum, haec ipsorum vota, non solum Metropolitanorum, sed et Monachorum omnium Congregationis Li-

---

[112] Šeptyckyj reclamat hic de facto consecrationem primi episcopi Leopoliensis, Macarii Tučapskyj (1539-1549). Et hoc modo scribit de 170 annis.

thuanae, qui unice (ut video) tendunt, non ad aedificandam, sed potius destruendam hanc miseram Cathedram, redemptam et stabilitam non illorum flatosis cavillationibus et injustis praetensionibus, sed pretio bonorum sibi haereditariorum divenditorum a Praedecessore meo piae memoriae Szumlanscio,[113] meoque etiam non exiguo sumptu restauratam.

Expono pariter humillime Eminentijs Vestris R.mis, Dominis meis Clementissimis, maximum cordis mei dolorem, quem percepi audiendo, quod non solum Metropolitanus, sed etiam Rev.mus Pater Provincialis Basilianus Lithuanorum suas efformavit isthac ad dictam Cathedram Haliciensem praetensiones.[114] Sed bone Deus? Unde modo mihi totius Dioecesis haec nova oppressio? Quo titulo debet sibi simplex Monachus arrogari Ius ad Cathedras Episcopales? Et certe non solum Orbi Polono, sed et Gentibus admirationem hoc movet, evertere tantum et tot saeculorum opus? Cohibeo calamum, ne taedium afferam Emin. Vestris Rev., revelando actiones Adversariorum meorum, se restringendo me ab his ad humilliter supplicandum (f. 534) Emin. Vestris Rev.mis, quatenus de plenitudine gratiae et clementiae suae subveniant et succurrant huic meae miserrimae Dioecesi circa solam Justitiam, et Constitutiones Monasteriorum Dioecesis eiusdem approbare velint. Maneo cum omni cultu et veneratione.

Eminentiarum Vestrarum Rev.marum, D.norum meorum Clem.rum Servus humillimus et Exorator

Barlaamus Szeptycki, Episcopus Leopolien.

Leopoli die 13.Xbris 1713.anno

39.

(*Leopoli*), *an. 1714.*

Episcopus tit. Bodonensis seu Vicarius Mukačoviensis petit, ut promoveatur ad Archieparchiam Polocensem, ob difficultates in obtinendo Vicariatu Mukačoviensi, sese decisioni Sacrae Congregationis submittendo.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 3, fol. 496rv.

---

[113] Josephus Šumlanskyj, Episcopus Leopoliensis (1676-1706), qui anno 1700 eparchiam suam Sedi Apostolicae univit.

[114] Forsan agitur adhuc de Leone Kiška, Protoarchimandrita Ordinis seu Provinciali Prov. Lithuanae (1703-1713), dein Episcopo Volodimiriensi (cfr. doc. nr. 3) et demum Metropolita Kioviensi (1714-1728). Praesertim sub hoc Protoarchimandrita res de Ecclesia Haliciensi maxime agebatur.

Ill.me, Excell.me et R.ndme Domine, Domine, D.ne et Patrone Clementissime.

Cum a singulari patrocinio Excellentiae Vestrae acceptum id habeo, quod recens iterum in vim subsidij recepi ab Ill.mo Domino Kiszka, nimirum quadringentos florenos Polonicos, quos nuper abeundo ex his oris enumerari mihi fecit, debiti mei existimo ne hocce beneficium ingrato praeteream silentio, et absque penso profundissimae gratiarum actionis; quam cum demisissimo poplite persolvo, una percensui deferre Excellentiae Vestrae singularem propensae ejus in me benevolentiae contestationem noviter occasione transitus ad aeternitatem dolendae memoriae Domini Sylvestri Pieszkiewicz, Archiepiscopi Polocensis conceptae,[115] dum volens sublevare me ex hoc calamitoso statu meo, ad quem deveni occasione promotionis meae ad Vicariatum Munkacinensem, ad hucusque diem effectu suo carentis, utque aliquando eundem consequi possit, spe quodammodo omni destituta, decrevit elevare me ad praefatum Archiepiscopatum Polocensem, dummodo accedat Sanctissimum placitum Apostolicum, et debitus consensus Sacrae Congregationis, relaxatioque opportuna a praefato ministerio eiusdem in munere Vicariatus Apostolici Munkacinensis subsequatur. Quod, ut eo facilius obtinere valeam, provocor iterum ad implorandum enixissime suffragium validissimum promotricis et protectricis gratiae Excellentiae Vestrae apud praetactam Sacram Congregationem. Ad quod eo certius sperandum urgeor, quanto magis assecuratus sum tot iam alias receptis documentis de propensa voluntate erga meam tenuitatem Excellentiae Vestrae, et de prompta pietate ad subveniendum quibusvis calamitate praesis. Non abs re autem hoc etiam addendum esse duxi Excellentiae Vestrae, ut casu quo vel ob spem mihi ignotam hactenus superandarum difficultatum, quibus ad praesens laboravit aditus ex parte mei ad (f. 496v) destinatum mihi Vicariatum Munkacinensem, vel etiam ob alias rationes melius visas, a me vero summa semper observantia et conformitate adorandas, videretur Sacrae Congregationi inficiari huic transitui meo, alio interim opportuniori modo consulatur ab eadem quoad media mihi necessaria. In primo vero casu hic vilissimo meo sensu videretur planior, ac eidem muneri meo convenientior, si interea collocarer in Administratione hujus Episcopatus Premysliensis,[116] qui est contiguus cum Vicariatu Munkacinensi; nam hoc pacto non solum praetacto meo commodo prospiceretur, verum etiam praedicti Vicariatus necessitati vel maxime quoad

---

[115] Sylvester Pieškiewicz, Procurator in Urbe (1700-1710), dein Archiepiscopus Polocensis (1710-1714).

[116] Neque hanc Administrationem P. Filipowič obtinere valuit, forsan ob aspectum regionalem (Polonia-Lithuania) selectionis candidatorum ad episcopatus.

subministrationem Sacrorum Ordinum, quos ambientes ob defectum non modo proprij Pastoris et Episcopi, verum etiam vicini apud Schismaticos plerique quaerere coguntur. Quod totum dum comite profundissima praece mea defero in sinum benignissimae protectionis Excellentiae Vestrae ad votivos tum apud Ill.mum Dominum Metropolitam, tum apud Sacram Congregationem eadem producendum effectus, circa osculum demississimum Sacrae ipsius Fimbriae profiteor quod sim.

Ill.mae, Excell.mae et R.ndmae Dominationis Vestrae humillimus et obligatissimus Servus et indignus apud Divinam Majestatem Exorator.

Polycarpus Filippowicz, Ep. Bod., V.A. Munkacinensis.

(sine data et loco)

40.

Leopoli, 5. II. 1714.

Episcopus Bodonensis gratias agit pro subsidio S. Congregationis nec non de Vicariatu Peremysliensi seseque ulteriori protectioni commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 592, fol. 377rv.
HODINKA A., *Okmánytára...*, 611-3, nr. 487.

Eminentissime et Reverendissime Domine Domine Domine Clementissime.

Dedi aliquas ad Eminentiam Vestram, Dominum meum Clementissimum, post obitum Ill.mi Metropolitae nostri,[117] repraesentando novas angustias meas, in quas me coniecit mors eiusdem, supplicandoque pro opportunis remediis in sublevationem ipsarum. Verum ad alias infaelicitates meas non minor haec quoque accedit, quod iam incipiant me etiam deficere benignissima responsa Eminentiae Vestrae et Sacrae Congregationis, quae animam meam in eius afflictionibus unice recreabant. Unde coactus sum de industria venire ad R.dmum P. Praefectum Collegij huius Pontificij Leopoliensis,[118] volendo videre utrum saltem apud ipsum non invenirem aliquam resolutionem, concernentem praetactas preces et supplicationes meas Sacrae Congregationi porrectas. Et quidem non me fefellit hac in parte opinio mea; cogor tamen fateri, confisus de venia in bonitate Eminentiae Vestrae, reliquorumque Eminentissimorum Dominorum meorum, quod exiguum solacium levamenque angoribus meis reperi, cum nil certi et determinati accipiam in vim sustenta-

---

[117] Metropolita Wynnyckyj obiit die 23 Septembris 1713.
[118] Stephanus Trombetti, Praefectus Pont. Col. Leopoliensis (1706-1723).

tionis meae, relinquorque soli discretioni, quae ut plurimum fallax spei et votorum esse solet, quod experientia etiam propria non semel didici. Et ubi agitur de dando, cum praecepta etiam rigorosa, vix aliquid efficiant, quid sperandum mihi est ex sola discretissima etiam voluntate. Habeo equidem iam collatum mihi, fors in virtute intimationis Sacrae Congregationis, a praesenti Ill.mo Domino Administratore Episcopatus Praemisliensis,[119] munus speciosum, sed minime fructuosum, Vicarij nymirum generalis in spiritualibus. Nam hoc munus, quantumque amplam subministret materiam merendi, per labores longe gravissimos quos secum affert, minime tamen praebet congrua media (f. 377v) vivendi, imo si quae esse possunt, ea adhuc imminuit, quod ad vitandum fastidium prolixitate scripti deducere nolo Eminentiae Vestrae. Explicavi hoc R.ndmo P. Stephano Trombetti, qui poterit mihi hoc in passu fidem facere, quando id dignabitur requirere Eminentia Vestra. Pudet vero me Eminentiae Vestrae propalare, quam tenuis collata est mihi assignatio ad praesens pro mea sustentatione a praetacto Ill.mo Domino Administratore, quae non solum non correspondet gratiae Eminentissimorum Dominorum meorum, quam recipere debebam, sed nequidem mercedi operae meae, quam praesto in obsequium ipsius et Dioecesis huius. Unde iterum, iterumque stringor Eminentiae Vestrae et Sacrae Congregationi, Dominis meis Clementissimis, ut supplicarem, perspecta hac incertitudine subsidij mihi designati pro sustentatione vitae meae ac etiam status quem iam praeliminariter ex gratiosissima voluntate eorundem ingressus sum, efficacius consulere dignentur servo suo, qui esto aliud meritum obtendere minime se posse sciat. Saltem hoc non vane gloriari potest, quod tam longa patientia laborare adigitur, ratione factae in se destinationis, ad sua Sanctaeque Sedis Apostolicae obsequia. Quod dum anxie expecto de benignissima et gratiosissima providentia eiusdem Sacrae Congregationis, una me demisissime dedico singulari protectioni Eminentiae Vestrae, eiusque reverentissime Sacram exosculor Fimbriam, uti

Eminentiae Vestrae, Domini mei Clement.mi humillimus et obseq. Servus

Polycarpus Filippowicz, El. Ep. Boden., Vic. Ap. Munkacz.

Leopoli, die 8 Februarij 1714.

---

[119] Agitur de Episcopo Volodimiriensi Leone Kiška; ab an. 1714 metropolita Kiov., cfr. infra nr. 41.

41.

Novogrodek, 16. II. 1714.

Hierarchia Unita, Novogrodeci congregata, ad electionem Metropolitae Kioviensis Leonis Kiszka processa est suis suffragiis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 593, fol. 525rv.

In Nomine Sacrosanctae, Vivificae ac Individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti.

Nos infrascripti, in Nomine eius, qui Discipulis et Apostolis suis praesentiam suam usque ad consummationem Saeculi pollicitus est, congregati ad ecclesiam Cathedralem Novogrodensem ex mandato Eminentissimi ac Celsissimi Principis Benedicti Odescalci, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, Archiepiscopi Mediolanensis, non ita pridem Apostolici in Regno Poloniae Nuntij, pro electione, post nunquam satis deplorandum Illustrissimi ac Excellentissimi Domini Georgij Winnicki, totius Russiae Metropolitani, Episcopi vero Premisliensis decessum, futuri in Roxolana Ecclesia Metropolitani, per dilationem eiusdem periculosam, multisque incommodis et damnis Ecclesiae nostrae, ex longiori destitutione Primatis sui obnoxiam, mature considerantes ad electionem succedanei piae memoriae Metropolitae et Primatis nostri devenimus, atque ita, invocato Spiritus Sancti auxilio, bene omnium meritis, capacitate, et dignitate quotquot idonei suffectioni huic muneri Metropolitano et Primatiali videri potuerunt perpensis, praeferendum omnibus in Domino iudicavimus Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Leonem Kiszka,[120] Protothronium Metropoliae totius Russiae, Episcopum Vladimiriensem et Brestensem, Archimandritam Suprasliensem, uti meritis in Ecclesia Dei ac zelo in promovenda Unione Sancta conspicuum et probatissimum ac plane parem tanto muneri, officio et dignitati. Hunc itaque concordibus animis et votis, servatis de iure servandis, nemine prorsus contradicente, in Metropolitam Kijoviensem, Haliciensem totiusque Russiae elegimus, et ut humeros suos supponere tantae moli primarum curarum et sollicitudinum quas secum trahet, praedictum Metropolitanum munus circa universale bonum pacis totius Ecclesiae nostrae Roxolanae nullatenus detrectaret, ab eodem impetravimus, quem proinde Sanctissimo Domino Nostro Clementi XI, Divina Providentia Papae Romano, Domino nostro Clementissimo, quatenus eundem Apostolico velit firmare (f. 525v) oraculo,[121] humillime commendamus, suppliciterque exoramus. Et quia Religio nos-

---

[120] De eius vita et activitate cfr. *Epistolae Metropolitarum*, vol. IV.

[121] Clemens XI P.M. electionem hanc approbavit et confirmavit die 18.IX.1714. Cfr. *Documenta Pont. Romanorum*, II, 31-32, nr. 645.

tra Basiliana, communis omnium nostrum Mater, specialiter vero Congregatio SS.mae Trinitatis Vilnensis, intimo nexu Capiti suo cohaerere debet, ab eodemque iuxta Leges et Sancita sua dependeat idcirco eandem, praesenti a nobis in Metropolitanum Electo, amandam, fovendam, tuendamque circa Jura et Privilegia sua, ac quasvis Prerogativas, a Sancta Sede Apostolica gratiosissime collatas, apprime commendamus.

Actum Novogrodeci, die decima sexta mensis Februarij, Anno Domini Millesimo septingentesimo decimo quarto.

Sylvester Pieszkievicz, Archiepiscopus Polocensis (mpr).

Michaël Grotus Tarnawski, Archiepiscopus Smolenscensis (mpr).

Polycarpus Mihuniewicz, Ord. D. Basilij M., Proconsultor, Ill.mi et R.ndssmi, Domini Josephi Wyhowski, Exarchae Metropoliae totius Russiae, Episcopi Luceoriensis et Ostrogiensis, Auditor et ad Actum electionis Plenipotentiarius (mpr).

Antonius Zawadzki, Ord. D. Basilij M. Consultor, Superior Zyroviciensis, Ill.mi et R.dmi D.ni Barlaami Szeptycki, Ep. Leopolien. ad actum electionis Plenipotentiarius (mpr).

Josephus Lewicki, Episcopus Chelmensis et Belz. (mpr).

Petrus Porphyrius Kulczycki, Episcopus Pinscensis, ac Turovien., Archimandrita Leszczensis, manu propria.

Basilius Procewicz, Ord. D.B.M. Protoarchimandrita, Sup. Beresvecensis.

42.

Novogrodek, 17. II. 1714.

Hierarchia Unita Novogrodeci congregata ad electionem, lamentatur de accusatione simoniae in hoc gravi actu suamque innocentiam affirmavit.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 592, fol. 355rv.

Illustrissime et Celsissime Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Legimus cum pleno animi nostri moerore datas ab Illustrissima Celsitudine Vestra[122] ad Ill.mum Dominum Administratorem Metropoliae Literas, quarum summa est: Ecclesiam Roxolanam in suis pestifera simoniae lue esse infectam pastoribus.[123] Summa haec est in animo delatoris malitia, et certe infensissimo Unionis Sanctae agro discordiarum dici poterit Seminator, qui

---

[122] Agitur de Nuntio in Polonia, Hieronymo Grimaldi (1713-1721).

[123] Excusatio haec Hierarchiae Unitae in Congregatione Gen., 17.IV.1714, relata est. Cfr. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, III, 88, nr. 919.

deferendo SS.mo Domino nostro nonnullos ex Sacro Episcopali Collegio Ritus Graeci Uniti omnium nostrum corda, sublata famae aura, acuto calumniae perstrinxit gladio irae suae impetu, Nos esse tam rudes, sine fronte homines, iniquos in administratione Sacramentorum dispensatores, ignaros Canonum, verbo Simoniacos omnes et singulos, nedum intra se judicando verum etiam Sedi Sanctae Apostolicae describendo. Spectaret nos sine dubio ultionis divinae flagellum, et justus Sanctae Sedis furor, si tales essemus Praesules, quales et dicimur, et deferimur a Calumniatore. Spondemus Ill.mae Celsitudini Vestrae de nobismet ipsis, et Confratribus nostris, hic absentibus, nihil quidquam nos omnes vel unum ex nobis praesumere in Ordinum sacrorum collatione praetextu, sive praxi antiqua, aut consuetudine depravata, nullam enim talem fuisse in Ecclesia Catholica Graeca, quae vel umbram simoniacae repraesentaret corruptelae, prout asserere non erubuit Delator, pleno profitemur ore; quae enim gratis a Spiritu Sancto accepimus, ea gratis quoque dispensamus; Iura vero Cancellariae, seu Datariae secundum taxam etiam Romae solvuntur, uti mihi Polocensi Archiepiscopo, undecim annis Officium Procuratoris exercenti, liquido constat; in Cancellarijs etiam Dominorum Episcoporum Ritus Latini, qui praeterea opima derelicta post decessus Parochorum suorum ad suum convertunt usum, idem exerceri etiam ipsi, quicunque sit, Delatori notissimum est.

(f. 355v) Hinc est, quod supplices Sanctitatem Suam, Dominum Nostrum Clementissimum et Illustrissimam Celsitudinem Vestram exoremus, ut justas Detractor famae luat poenas, laesumque resarciat honorem. Nos interea Apostolicam expetentes Benedictionem, Sacras exosculamur Fimbrias et manemus.

Novogrodeci, die 17 Februarii, Anno 1714.

Illustrissimae et Excellentissimae Celsitudinis Vestrae humillimi Servi et perpetui Exoratores

Josephus Lewicki, Episcopus Chelmensis ac Belzensis.

Petrus Porphyrius Kulczycki, Episcopus Pinscensis, ac Turoviensis, Archimandrita Leszczensis.

Sylvester Pieszkievicz, Archiepiscopus Polocensis.

Michaël Grotus Tarnouski, Archiepiscopus Smolenscensis.

43.

Tirnovia, 24. VI. 1714.

Cardinalis Christianus de Saxonia de Causa Nominati Mukačoviensis J. Hodermarskyj et de damnis secutis ex defectu confirmationis ex parte Sedis Apostolicae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 593, fol. 469.

Hodinka A., *Okmánytára...*, 621, nr. 497.

Capitolo di lettera scritta dal Signor Cardinale di Sassonia al suo Agente in Roma, sotto la data di Tirnavia li 24 Giugno 1714.

In quanto concerne il negotio del Signor Hodermarski, nominato Vescovo di Monkatz, m'è già noto, che lui non senza raggione stia in cattivo credito à Roma, intanto però soffrano gran danno tante milliaia d'anime, ritrovandosi prive d'un Vescovo, di sorte, che molti Greci uniti tornano dall'altra parte, e diventano Scismatici; così è la mia opinione esser necessario, che la Santità di Nostro Signore havesse da dar la commissione à Monsignor Nunzio di Vienna, acciò che lui dovesse ruminare questo affare nella Corte Imperiale, per mettere in luogo di questo qualche altro soggetto.

44.

Premislia, 1. XI. 1714.

Episcopus tit. Bodonensis seu Vicarius Mukačoviensis, ad hanc Sedem impeditus ab Aula Viennensi, proponitur ad Sedem Polocensem a novo Metropolita L. Kiszka.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 3, fol. 493rv.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Domine Clementissime.

Deprompsit iam (minime ambigo) E.V.tum ab Ill.mo D. Nuntio huius Regni, tum ab Admodum R.do P. Trombetti, Collegij Pontificij Leopoliensis Rectore, benevolas illas intentiones, quas recens conceptas prae se fert circa meam indignam personam Ill.mus Dominus Kiszka, Electus Metropolita Russiae; dignissimus enim hic Praelatus, miserendo, innata teneritudine sua, calamitosi status mei quo tam diu laboro, decrevit me insignire Archiepiscopatu Polocensi, vacante per obitum dolendae memoriae Ill.mi Sylvestri Pieszkiewicz, dummodo accedat Sanctissimum placitum S. Sedis Apostolicae, et S. Congregationis DD. meorum Clementissimorum necessarius assensus;[124] pro quo moveor praesentibus enixissime, medio patrocinio validissimo E.V., supplicare; vel maxime ex eo, quia magis et magis spes omnis recedere videtur, ut aliquando aperiatur mihi ostium, in ordine ad adeundum Vicariatum Munkacinensem, gratiosissime mihi collatum, ac proinde ne diutius cogar extortis, absque proprio foco et lare degere, et vitam precario victu habere, cum non minori aliorum molestia, et meo proprio incommodo et dedecore.

---

[124] Relatum in Congregatione Gen. de P.F., 17.XII.1714. Cfr. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, 101-2, nr. 931.

Quod si mea opinio circa praetactam spem fallere me (f. 483v) deberet, qui quidem error non minori gaudio exciperetur et gratulatione per me quam voto nunc expetitur; interea tamen mora adhuc et expectatione longiore indigeret aditus praefati Vicariatus, auderem supplicare Eminentiis Vestris, ut prospiciendo maiori commodo sustentationis meae, administrationem huius Episcopatus benigne deferre mihi dignantur; cum et Ill.mus praesens Administrator, fastidire videtur iam hoc onus ardentissimeque cupit illo liberari, et is qui gratia Regia per Nominationem ad eundem Episcopatum est initiatus, estque defectu aetatis remotior, quam ut gradum hunc tam cito plene consequi possit, id ipsum pergratanter reciperet. Quod totum dum subicio iudicio et voluntati EE. Suarum, sub cuius observantia et conformitate exactissima semper vivere, unicum meum votum est; ab eadem dum anxius hac in parte expecto Oraculum, interea me profundissime affundo plantis E.V. et eius Sacram Fimbriam devotissimo exosculor basio.

Praemisliae, die 1ª.9bris 1714.

Eminentiae Vestrae uti D.ni mei Clementissimi humillimus et obligatissimus Servus et indignus Capellanus

Polycarpus Filipowicz, O.D. Basilij Magni.

45.

Posonia, 28. II. 1715.

Instantia Cardinalis Christiani de Saxonia de Nominato Mukačoviensi et de unione Transilvaniae aliisque rebus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 600, fol. 223-224.
HODINKA A., *Okmánytára...*, 649-650, nr. 524.

Eminentissimo e Reverendissimo Signor Mio Oss.mo.

Essendomi capitata benignissimamente la lettera di V. Eminenza dalli 19 del passato mese di Gennaro, scritta dall'Em. Vostra a me, in nome di tutta la Sagra Congregazione della Propaganda Fide;[125] vedo dalla medesima qualmente la memorata Sagra Congregazione persevera con ogni fermità la di sopra, ch'un tal chiamato Hodermarsky sia incapace all'esercizio del Vicariato Apostolico di Mongacz, come huomo ripieno d'eccettioni assai rilevanti, et incapace di sostener un grado di tanta considerazione; devo però dire all'Eminenza Vostra, ch'io non sappia alcuno, tra tutti li Greci uniti,

---

[125] Agitur de cardinali H. Albani, ut videtur ex epistola S. Congregationis de P.F. ad eundem scripta. Cfr. WELYKYJ, *Litterae S.C.P.F.*, III, 99, nr. 1136.

che fosse capace e degno d'esser promosso ad una tal dignità, e ufficio, cioè tra tutti quelli che sono possessionati Vassalli di questo Regno di Hungaria; ben atteso, che ancora la Corte Imperiale farebbe difficoltà, d'admettere un (f. 223v) Forastiere a tal carica, se costui non havesse acquistatosi il consenso e l'approbazione della già mentionata Corte Imperiale, come è succeduto col Padre Policarpo Philippovich. Per questo è che sono di quella opinione, che per mezzo del Monsignor Nunzio di Vienna s'havrebbe da proporre qualche soggetto capace, e presentarlo alla Corte Imperiale, acciochè tanto col consenso della Santità di Nostro Signore, quanto col beneplacito di Sua Sacra Cesarea e Real Maestà questa carica, che vaca per tanti anni, puotesse esser tal volta rimessa, mentre per una mora di tanti anni viene esser cagionato a questa Unione un danno irreparabile per le povere anime.

Con questa occasione piglio la libertà, di (f. 224) communicare in confidenza all'Eminenza Vostra quello, che poco tempo fà ho truovato qui nel mio Archivio Arcivescovale; e sicome l'uno di questi documenti, qui annessi, concerne l'affare di Mongacz, l'altro però sia l'unione della Transilvania,[126] così li ho volsuto qui aggiungere, con speranza che forse puotrebbero servire per l'ulteriori disposizioni dell'Eminenza Vostra; io per tanto m'esibisco pronto e costante a tutto quello, che l'Eminenza Vostra tanto nel presente negozio, ch'in tutte altre occorrenze si compiacerà di commandarmi, poichè mi stimerò sempre felice se puotrò contribuire qualche cosa per condurre al suo bramato effetto l'intenzione della Sagra Congregazione della Propaganda, mentre per fine all'Eminenza Vostra bacio umilissimamente le mani.

Posonio, 28 Febr. 1715.

Di V. Eminenza umil.mo, divot.mo Servitore vero

Ch. Cardinal di Sassonia.

46.

Spas, 3. III. 1715.

Instantia Ep.pi Bodonensis seu Vicarii Mukačoviensis, ut commendetur iterum a S. Congregatione eius candidatura ad Sedem Polocensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 599, fol. 48rv.

Hodinka A., *Okmánytára...*, 650-651, nr. 525.

MUH, vol. V, 285-6, nr. 177.

---

[126] Documenta haec extant ibidem fol. 225-229: « Diploma caesareo-regium Valachicae Nationi in Transylvania Romano Catholicae Religioni Unitae concessum », a Leopoldo I (Vienna, 19.III.1701); fol. 230-231: Aep. Strigoniensis Lippay Petrum Parthenium in episcopum Mukačoviensem commendat (Tyrnava, 4.I.1660); cfr. *Litterae Episcoporum*, vol. II, 185-7, nr. 119.

Eminentissime et R.dme Domine, Domine, Domine Clementissime.[127]

Habeo delatum mihi ab Admodum R.do Patre Trombetti, ex mandato Ill.mi Domini Nuncii huius Regni, Sacram Congregationem, Eminentissimos Clementissimosque Dominos meos, suffragio suo approbasse eas intentiones Ill.mi Domini Metropolitae moderni, quas ipse ex singulari sua benevolentia erga me concepit, circa elevationem mei ad Archiepiscopatum Polocensem, ac id ipsum effectui mandandum ab illo, ut idem praetactus Ill.mus Dominus Nuncius apprime ipsi commendaret, comisisse. Qua in re cum me non destitui, sed nova augeri videam gratia Eminentissimorum Dominorum meorum, excitor ab eadem ad persolutionem debitarum earumque profundissimarum ac profusissimarum gratiarum Dominis meis Clementissimis, id ad perfectius adhuc eiusdem gratiae complementum suppliciter rogando, quatenus praetactum Dominum Metropolitam novis adhuc non dedignentur extimulare, ad firmiter immutabiliterque in primaevis suis intentis persistendum, suae voluntatis intimationibus; cum eadem in transversum agi videantur, a multorum aliorum concurrentium pro eadem dignitate studiis.

Demum profiteor Eminentiae Vestrae, caeterisque Dominis meis Clementissimis, me non aliis titulis et obligationibus (f. 48v) hunc gradum velle consequi, nisi ut persistam sub eadem mandatorum S. Congregationis dependentia protectionisque gloria, sub qua essem, si immotus permanerem in prima mei gratiosissima electione ad Vicariatum Munkacinensem. Et sacram Fimbriam Eminentiae Vestrae demissime exosculans poplite, maneo.

Eminentissime et R.dmae Dominationis Vestrae humillimus Servus, et indignus Capellanus

Polycarpus Filippowicz, Fl. Ep. Boden. Vic. Apostolicus Munckaz.

In Monasterio S. Salvatoris, die 3 Martij 1715.

47.

Mukačevo, 7. III. 1715.

Archipresbyteri et Presbyteri transcarpatici de negotiis eparchiae Mukačoviensis; de privilegiis Unionis, praesertim quoad electionem Episcoporum aliisque praesentes synodaliter promittunt et iurant.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 599, fol. 169-171v.

Hodinka A., *Okmánytára...*, 655-659, nr. 527.

---

[127] Praefecto Congr.nis de P.F., Iosepho Sacripanti (1704-1727). – Relata in Congr. Gen., 7.V.1715. Cfr. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, III, 111-2, nr. 938.

Beatissime Pater.

Nos Sanctitatis Vestrae humillimi Exoratores, ante biennium demississima animorum nostrorum subjectione ex Generali Congregatione supplicueramus,[128] quatenus paterne nos consolari, erectum nostrum Episcopatum Munkacsiensem canonisare, et electum per nos Episcopum confirmare, nosque in Ritu nostro ad instar Sanctissimorum Antecessorum Sanctitatis Vestrae, ac vigore conditionum in instrumento Unionis per nostros Antecessores susceptae expressarum benignissime conservare dignata fuisset. Quibus minus obtentis, modo insuper perterriti novis clandestinisque non contemnendis contra nos Ritumque nostrum sparsis rumoribus, qui praejudiciosas Ritui, Juribusque ac consuetudinibus nostris inducendas minitantur novitates; id autem maximo cordidolio nobis accidisse fatemur, quod controversiae intra Sanctitatis Vestrae Curiam Romanam, et Caesaream Regiamque Majestatem nondum sopitae, circa erectionem Episcopatus Munkacsiensis, et confirmationem electi a nobis Episcopi in dies magis magisque invalescant; hinc ne quidpiam ex his Sacrae Unioni praejudiciosum emergat, requisivimus electum Episcopum nostrum, quatenus Congregationem Generalem circumscriberet, ad quam generaliter congregati, quaenam unanimi voto conclusimus, praesentibus Sanctitati Vestrae de genu humillime repraesentamus facta, tenore sequenti:

Nos infrascripti Sacerdotes Graeci-Ritus Unitorum, Archi-Diaconi, Archi (f. 169v) Presbyteri, et Sacerdotes Inclyti Regni Hungariae per diversos Comitatus in Cathalogo nominum nostrorum specificatos siti, una cum electo Episcopo nostro Domino Joanne Josepho Hodermarszky et Vicario Generali Georgio Bizanczy generaliter in Venerabili Monasterio Munkacsiensi S. Nicolai, die 7 Martij currentis Anni M.DCC.XV in unum congregati, praemisso Incruento Missae de Spiritu Sancto Sacrificio, sedula consideratione perpendimus qualinam methodo praesenti perturbato ecclesiasticarum rerum nostrarum statui subveniendum, ac prospiciendum esset, in quem finem sequentia puncta ruminanda proposuimus.

1mo: An Reverendum Patrem Franciscum Ravasz, Soc. Jesu pro Vicario Generali a Domino Episcopo Agriensi constitutum suscipere, eidemque subesse velimus?

2do: An festa, hactenus secundum Ritum Graecum, Calendarium vetus, celebrata, expost velimus, ac consentiamus 2dum Gregorianum Calendarium celebrare?

3tio: An Vicario Apostolico Roma ad Episcopatum nostrum Munkac-

---

[128] Vid. doc. nr. 30.

siensem exmisso, et imposterum fors exmittendo, vel a quopiam ex latinis Episcopis ordinando subesse, ac pro legitimo Praelato agnoscere velimus, ac consentiamus, vel vero secundum jura, et consuetudinem liberae per nos e medio nostri habendae electionis Episcopum (uti hactenus practicatum) eligere, et habere debeamus, et teneamur?

4to: An immediate sub regimine Episcoporum latinorum manere, ac ijsdem subesse velimus?

5to: An super praemissis, discussis, ac decisis, prout iuribus, et consuetudinibus Graeci Ritus contraria essent, requirendae sint altiores instantiae, praesertim Sanctissimus Dominus noster Clemens modernus XI Papa, Augustissimus Imperator ac Rex Apostolicus, Dominus noster Clementissimus, Eminentissimus Cardinalis de Saxonia, Primas Regni et Archi-Episcopus noster benignissimus?

His ita coram nobis propositis, posteaquam ad singula ex praemissis puncta maturo judicio conscientioseque discutienda liberoque votorum consensu decidenda interrogati fuissemus, unanimi omnium voce proclamavimus, communi omnium voto conclusimus, ac perpetuo a modo imposterum sancte, inviolabiliter per nos successoresque nostros observanda libro constitutionum Episcopatus nostri inserentes, modo sequenti decidimus.[129]

Ad 1mum: Siquidem Statuta Oecumenicorum Conciliorum, ac potissimum Florentini, ac (f. 170) etiam Bullae Sanctissimorum Pontificum, et in specie Clementis VII, Leonis X (inter caetera haec continentes) clare exprimant, ac quod in Dioecesi, ubi Latini et Graeci inhabitant, et solum Archi-Episcopum, sive Episcopum latinum Ordinarium habent, dictus Archi-Episcopus, sive Episcopus circa negotia, et causas dictorum Graecorum Vicarium Graecum, ipsis Graecis gratum, vel per ipsos Graecos eligendum, ex quo Graecus vir melius Graecos mores novit, quam Latinus, eorum stipendio, et salario retinendum deputare. Quodque in causis appellationis ad Metropolitanum, qui forsan Graecus non esset, dictus Metropolitanus similiter in dictis causis judicem Graecum deputare teneantur. Clare constet quod Episcopi latini etiam in ijs partibus, in quibus nec Episcopus, nec Episcopatus exstant (quod apud nos contrarium est), non pro libitu suo, secundum tenorem modo citatae Bullae, ad Jurisdictionem Graecorum sese ingerere possint, et aliunde hactenus, quemadmodum in Lituania, Russia, etc. intra Unitos, ita neque in nostro Episcopatu, neque practicari admissum esset. Ea de causa Reverendum Patrem Ravasz, Soc. Jesu, etiam in Instituto Religionis suae, quarti

---

[129] S. Congregatio de P.F. proposita haec examinavit die 7.V.1715. Cfr. WELYKYJ A., *Acta S.C.P.F.*, III, 112-6, nr. 939.

voti ad id muneris inhabilem, pro Vicario Generali agnoscere, admittereque nec volumus neque possumus.

Ad 2dum: Quoniam tempore Unionis cum S. Romana Ecclesia, a praedecessoribus nostris susceptae, inter reliquas conditiones haec per expraessum sibi a clero reservata fuisset, ut Ritus Ecclesiae Graecae nobis servare liceat; nulla facta mentione simultaneae celebrationis festorum; imo neque Comissarius a Domino Episcopo Agriensi, R.mus Dominus Stephanus Krucsay, Custos et Canonicus Venerabilis Capituli Agriensis, ad executionem Augustissimi gloriosissimae reminiscentiae Imperatoris Leopodi I Mandati destinatus, celebrationem dictorum festorum urserit, nos unanimi consensu antiquae consuetudini juribusque inhaerentes, accedente ratione etiam politica (ne fors in populo adeo rudi, et novitatibus contrario tumultus fieret), prout jam aliquibus in partibus subauditur mussitatio in celebrationem suprafatam, non consentimus nisi fors mediante Sacrae Curiae Romanae authoritate, in reliquis extra Inclytum Regnum Hungariae, Provinciis, Regnisve apud populos Graeci-Ritus unitos (quod sane optandum esset) id in effectum deduceretur.

Ad 3tium: Quandoquidem erectus Episcopatus Munkacsiensis ab annis circiter trecentis, per piae reminiscentiae nostri Ritus Ducem Theodorum Koriatovicz, beneficiis provisus ac per Apostolicos Reges Hungariae confirmatus exstet, quemadmodum id ipsum occasione modernarum in prolongata confirmatione electi Episcopi nostri controversiarum Augustissima Caesareo-Regia Majestas certis sufficientibusque demonstrasset documentis, nos quoque ad id demonstrandum parati essemus electioni itaque nostrae, et collationi suae Sacratissimae Majestatis in personam toties dicti electi a nobis Episcopi factae, (f. 170v) firmissimae, inhaerentes comuni omnium consensu declaramus, neque de praesenti neque in futurum una cum Successoribus nostris ullum Vicarium Apostolicum Roma missum, aut forte mittendum recepturos, ac admissuros, contenti moderno libere a nobis electo Episcopo, et in futurum pari modo eligendis, id uni ei exoptando adurgemus, ut quantocius consecrationem adipisci non retardet. Quem sicuti nullum canonicum impedimentum habere Sacerdotali fide mediante attestamur, ita et exemplarem intra nos agere egisseque vitam semper hisce recognoscimus, unde et cum dolore audire coacti sumus quomodonam una cum Vicario Generali Georgio Bizanczy de excessibus quibusdam accusati, citatique per Eminentissimum Cardinalem fuissent, quod cum malevolorum astu et malitia factum fuisse sciamus, hinc etiam inquisitiones contra personas eorundem, per interessatas peractae partes pro suspectis censendae sunt. Quodsi hac declaratione Sua Eminentia non contenta ulterius contra eos procedere vellet, demisse rogamus quatenus juxta tenorem supra citatae Bullae Graecum Judicem benigne deputare ijsdem dignabitur.

Ad 4tum: Siquidem hoc punctum supracitatae Bullae nec non Conciliorum, singulariter Florentini constitutionibus, in instrumentoque Unionis expraessis conditionibus per Episcopos illius temporis approbatis Benedictum Kisdy, et Georgium Iakusics nec non Vaciensem Matthiam Tarnoczy, maxime vero per Archi-Episcopum quondam Strigoniensem Georgium Lyppai, in Synodo nationali Tyrnaviensi, paterna sollicitudine confirmatis, directe adversetur, nullam immediatam latinorum in nos Episcoporum eorundemque Officialium agnoscere volumus Jurisdictionem, praeter Archi-Episcopum Metropolitanum Strigoniensem modernum, Eminentissimum Dominum Cardinalem ac Archi-Episcopum modernum ac futuros, quibus obedientiam, ac subjectionem, una cum Successoribus nostris nos praestituros declaramus. Episcopo vero Agriensi moderno, et futuris debitam reverentiam promittimus, in quantum subjectis, ac reverentiae supracitatae, juribus nostris uti attactum non praejudicaverit.

Ad 5tum: Circa superius allata decisaque ad puncta negotia communi voto resolvimus, Suae Sanctitati haec humillime repraesentamus supplicando, quatenus adinstar suorum Antecessorum nos in suprafatis juribus, indultis, et privilegiis paterne conservare dignaretur. Dein Augustissimi Imperatoris et Regis Apostolici Domini, Domini nostri Clementissimi implorare super his Apostolicam Authoritatem ac Gratiam, qua adjuti in Ritu nostro conservemur, et Juribus nostris gaudere valeamus. Demum Eminentissimi Cardinalis Archi-Episcopi nostri interpellare patrocinium, ut jura nostra in conservando intacto Ritu Graeco, et Immunitatibus Ecclesiasticis tum apud Curiam Romanam, tum apud Augustissimam Aulam promovere, ac protegere dignaretur.

(f. 171) His Sanctitati Vestrae repraesentatis, flexo poplite supplicamus, quatenus nos in Ritu nostro, ac Privilegiis, Juribus, Consuetudinibus nostris paterne juxta conditiones (nimirum ut Ritus Ecclesiae Graecae nobis servare liceat, ut Episcopum in nobis electum habere, ac Immunitatibus Ecclesiasticis libere frui) tempore Unionis per nostros Antecessores susceptas conservare, Episcopum nostrum electum Josephum Hodermarszky benignissime confirmare dignetur. De cujus vitae integritate, morum exemplaritate totus Clerus testis est adeo, ut omnes hucusque contra personam ejus per aemulos suos, tam apud Sanctitatem Vestram, quam Eminentissimum Cardinalem de Saxonia factas delationes pro sinistris per praesentes declaramus, parati innocentiam ipsius, vitaeque exemplaritatem in locis debitis, dum opus fuerit, remonstrare. Hanc Paternam in nos demonstrandam Sanctitatis Vestrae Benignitatem nostris indignis precibus demerebimur.

Acta in Generali Congregatione, Anno, et die ut supra.

Sanctitatis Vestrae humillimi Exoratores et Clientes

Georgius Bizanczy, Graeci Ritus Unitorum Archid. Dioces. Transil., Episcopi Munkacsiensis Vicarius Generalis.

Pater Theodorus, Vener. Congregationis Bubol. Deputatus.

Joannes Koropeczky, Archipresbiterus Munkacsiensis (mp).

Алексей Визницкій, намѣснікъ, со прочими своими духовними.

Феодор стрипскіи, намѣсник, со прочими своими духовными.

Никола Доробратовскіи, намѣсник, со своими прочими дух.

Василій Веречаньский, намѣсник, со своими проч. дух.

Ієрей Міхаил Білецкій, протопоп бережавскій, со пр. дух. своімі.

Ladislaus Dripahovicz, Archipresbiter Unguariensis (mp) cum reliquis Archipresbiteris et Sacerdotibus.

Georgius Juskowicz, Archipresbiter Ujhelien. et Plenipotentiarius Archypresbyterorum Comitatus Saarosiensis, cum reliquis Presbit.

(f. 171v) Praesenti Generalis Congregationis decisioni in omnibus Punctis et Clausulis consenserunt per literas apud me habitas, nec non medio Ablegatorum suorum sequentes:

Joannes Blasoky, Substitutus seu Surrogatus Vicarius, Archidiaconus Homonensis.

Jacobus Staurowsky, Archidiaconus Varanoviensis.

Alexius Archi-Presbiter Makovicsensis Dominij.

Daniel Nisnio Koliansky, Archi-Presbiter Makovicsensis districtus.

Michael Sziniava, Archi-Presbiter Saarossiensis.

In cujus rei majorem fidem propria manu subscripsi sigilloque usuali roboravi. Loco, Anno, die ut supra.

Joannes Josephus Hodermarsky, electus Episcopus Munkacsiensis (mpropria).

48.

Posonia, 20. IX. 1715.

Cardinalis Christianus de Saxonia novum Candidatum ad Vicariatum Mukačoviensem commendat et de unione in Maramoros.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 603, fol. 157rv.

Perillustris et Admodum R.nde Domine.[130]

Literas quas ex mandato Eminentissimi Domini Cardinalis Albani Dominatio Vestra 24 praeteriti mensis Augusti ad me expediverat, bene percepi, et earundemque continentijs intellexi: Desiderari ut aliud subiectum Suae

[130] Agenti suo Romano, Domino Torino. Cfr. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, III, p. 143.

Sanctitati recommendaretur, quod loco sic noncupari Hodermarsky, Unitis Graeci Ritus in Districtu Munkacs existentibus, consecratus Episcopus constitui possit. Itaque velit Dominatio Vestra praemissa obsequiosa servitiorum meorum commendatione, benememorato Emin.mo Domino Cardinali Albani referre, quod antequam adhuc Vienna nuper discessissem, sua Majestas Caesareo-Catholica resolverit, Georgium Bizanczy,[131] modernum antelatorum Graeci Ritus Unitorum Generalem Vicarium, Suae Sanctitati recommendandum, quatenus titularem aliquem in Partibus Episcopatum a Sua Sanctitate obtinere valeat, super quo consecrari possit; spero proinde recommendatitias eiusmodi Suae Maiestatis Caesareo-Catholicae literas, si hucusque non advenissent, proxime Romam venturas. Caeterum ut novo huic Graeci Ritus Episcopo Roma Instructio dari valeat ad praecavendas inter eundem, et Dominum Episcopum Agriensem, in cuius videlicet Dioecesi totus hic Graeci Ritus Unitus Populus maneret, discordias et unius in Jura alterius involationes, quales inter proxime defunctum Episcopum Agriensem, et priorem Graeci Ritus Episcopum, de Camillis nuncupatum, vigebant. Pro meliori informatione praesentibus accludo certum scriptum, vigentibus praedeclaratis discordijs concinnatum, in Archivo meo repertum. Notifico (f. 157v) praeterea et id Dominationi Vestrae saepefatum Hodermarsky, mediante certo manibus meis consignato scripto, a pretensione sua totaliter recessisse.

In reliquo velit Dominatio Vestra Suae Eminentiae Domino Cardinali Albani, ita et toti S. Congregationi de Propaganda Fide nuncupatae, principaliter autem Suae Sanctitati referre, quod sperem me proxime Suae Sanctitati summe desideratam relationem futurae in districtu Marmaross nonaginta circiter hominum millia, uti in annexa signatura videre est, semel insinuare, et qua Graecos Schismaticos Sanctae Romanae Ecclesiae uniri velle. His Dominationem Vestram Divinae Protectioni commendo, manens.

In Monasterio Sanctae Mariae Thallensi, ad Posonium, 20.7mbris 1715,

Perillustris et Admodum Rev.dae D.nis Vestrae

Affectionatissimus semper

C.A. Cardinalis de Saxonia.

49-51.

Vienna, 26. XII. 1715.

Polycarpus Filipovicz, Ep. Bodonensis iterum invitatur a Clero Mukačoviensi, ut munus pastorale acceptaret, cui iam renuntiavit, sed in Polonia nullam aliam

---

[131] Georgius Gennadius Bizancy, ep. tit. Sebastopolitanus et Vicarius Ap. Mukačoviensis (1716-1733). Breve provisionis, sub dat. 5.II.1716, in: *Documenta Pont. Romanorum*, vol. II, 33, nr. 649.

Sedem obtinere valuit, manendo primaeva designatione, ad quam urgendam transmittit litteras Cleri Mukačoviensis (cfr. adnexa infra posita).

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 603, fol. 153rv, 156rv.
MUH, vol. V, 309-311, nr. 190.

Emin.me et Reverendime Domine, Domine et Patrone Clementissime.

Quam primum Clerus Munkacinensis Ruthenus inaudiit, per intimationem Emin.mi Cardinalis de Saxonia, nullam spem amplius superesse D. Joanni Hodermarski, ut in Episcopum et Pastorem illius aliquando consecraretur, nullamque propterea amplius ipsi praestari debere a se obedientiam et subiectionem, illico non destitit me solicitare urgentissimis praecibus suis et requisitionibus, qua scripto, qua etiam oretenus per exmissos e gremio sui ne detrectarem curam illius suscipere, munusque Pastorale subire, promittendo tum ex mente Sacrae Sedis Agriensis, cuius ab antiquo protectione ipse gloriari se dicit, tum etiam ipsiusmet Eminentissimi Cardinalis de Saxonia omnem facilitatem potiendi illius etiam ex parte Suae Augustissimae Majestatis, dummodo eosdem dictos Patronos ipsius adirem.

(f. 153v) Unde, quamvis iam per denunciationem mihi factam ab Eminentia Vestra in primordiis huius decurrentis anni circa impossibilitatem obtinendae admissionis mei ad praefatum Vicariatum Apostolicum Munkacinensem, eram quasi extra omnem spem positus consequendi aditum ad eundem, tamen erectus ad eandem hoc novo subsidio votorum praetacti Cleri, non potui minus facere, quin adirem hanc Augustam, animo experiendi si forte id intuitu votorum et supplicationum eiusdem concederetur, quod aliis rationibus et respectibus, hucusque negabatur. Verum cum et hic in iniquam sortem inciderim, quod Eminentissimum Cardinalem de Saxonia, cui hoc negocium vel maxime innititur, absentem isthinc repererim, nec tam cito rediturum, hinc inanis iterum intentorum, inde redire ad primaevum stationis meae locum debeo, cum sumptuositas loci (f. 156) huius, et tenuitas provisionis meae non permittat me sub dubia spe celerioris, vel tardioris illius regressus longiores hic moras trahere. Eminentiam itaque Vestram reliquosque Dominos meos Clementissimos humillime praesentibus ausim rogare, ut novis suis officiis hoc ipsum negotium tam dicto Em.mo de Saxonia, quam Ill.mo etiam Domino Nuntio Viennensi, ac etiam Ill.mo Episcopo Agriensi, recommendare dignentur. Caeterum scire etiam velit Eminentia Vestra, vix aliquam mihi spem adesse consequendae alicuius promotionis ad aliquam tyaram in Polonia, idque non ex alia ratione nisi ex defectu primarij promoventis; gratiae enim huiusmodi in Cancellariis Regni sat caro veniunt. Unde nisi mihi patuerit aditus ad primaevam meam promotionem, quam specialissimae gratiae huius Sacrae Congregationis debeo, nihil mihi amplius petendum

remanebit, praeterquam facultas repetendi primi mei status et sortis religiosae, quae etiam magis (f. 156v) convenit cum aetate mea labescente.

Pro maiori informatione Eminentiae Vestrae, totiusque Sacrae Congregationis non abs re duxi adiungendas hisce partes tam supplicis libelli ad Eminentissimum Cardinalem de Saxonia, quam etiam literarum ad me ipsum datarum a toties praefato Clero Munkacinensi; demum me clementissime gratiae, et indeficienti protectioni Eminentiae Vestrae, submississima prece devovendo, eiusdem Sacrae Purpurae fimbriam profundissimo exosculor poplite, uti.

Eminentiae Vestrae, Domini mei Clmen.mi hum.mus et obl.mus Servus, et indignus exorator

Polycarpus Filippovicz, El. Ep. Boden.

Viennae, 26 Decembris 1715.

Adnexum I

(*1715*)

Clerus Munkacsiensis cardinali de Saxonia.

APF, *Congr. Gen. 603*, fol. 155 (*copia*).

Ser.me ac Em.me Cardinalis, Domine D.ne protector Ecclesiae et archiepiscope noster gratiosissime.

Ex litteris Em.mae Dominationis Vestrae paterne ac benigne 2 maii signatis congratulati sumus de appromisso nobis quantocyus exmittendo consecrato episcopo tanquam ovibus iam a novem annis sine pastore in deserto existentibus, quem iam ab illo tempore sub regimine R.mi D.ni Georgii Bizanczy perseverantes sperabamus nos obtenturos, quod benignissimum Serenissimae ac Em.mae Dominationis Vestrae promissum, ut quantocyus perveniret ad suum effectum, per hunc supplicem libellum unanîmi voto Em.mae Dominationis Vestrae cardinalitiam exosculando purpuram imploramus, ut nobis non alium episcopum, quam Religiosissimum D.num Polycarpum Filipovicz, virum pium ac exemplarem pro episcopo nostro confirmare dignaretur, qui per acta et merita sua a Summo Pontifice instrumenta literaria pro vicario Munkacsiensi obtinuit. Quem favorem et gratiam pollicemur nos, eum qui coelum et terram complet, precibus nostris ardentissimis, et missis sacris exoraturos, ut Ser.mam et Em.mam Dominationem Vestram in hac temporali vita omni benedictione, in futura vero gloria praemiet immortali.

Serenissimae ac Em.mae Dominationis Vestrae patroni nostri singularissimi capellani minimi et exoratores quotidiani:

Ioannes Sandali, plebanus Ujheliensis, archidiaconus Saarosiensis cum coeteris archipresbyteris et decanis eiusdem comitatus m. pr.

Ioannes Koropeczky, generalis archipresbyter cathedrae Munkacz(*iensis*) cum coeteris archipresbyteris et presbyteris m. pr.

Stephanus Danajkowich, parochus Lelesz Polyankensis, vice-archipresbyter Ujheliensis cum coeteris m. pr.

Basilius Triczky, decanus Boldoghkiensis cum reliquis sui decanatus.

Michaël Szalanczy, decanus Szerednensis cum reliquis m. pr.

Nicolaus Krynicki, parochus Ardoviensis, notarius archipresbyteratus Ujheliensis in comitatu Zempliniensi m. pr.

Adnexum II

(*1715*)

Clerus Munkacsiensis Patri Fylypovyč.

APF, *Congr. Gen. 603*, fol. 155v (*copia*).

R.me D.ne D.ne patrone (...) gratiosissime.

Ad primas Agria Vestrae R.mae Dominationi transmissas literas legimus responsorias, in quibus vidimus benevolum in clerum nostrum Vestrae R.mae Dominationis affectum ratione difficultatum, quae ex opposita persona provenirent, nihil timendum est, nam omnia ista facile removeri possunt, si Vestra R.ma Dominatio condescendere ad nos et annuere votis nostris benigne concesserit; totus enim clerus graeco unitus in Ungaria existens unanimi voto et corde non alium sibi daturum desiderat consecratum episcopum, quam Vestram R.mam Dominationem, huius rei pro meliori documento, cum sigillis usualibus nostris et manuum subscriptionibus, literas Em.mo D.no ratione R.mae Dominationis Vestrae specialiter sonantes emittimus, quibus visis et hisce nostris perlectis, venire ac properare ad nos quantocius non dedignetur, ad urticas ob absentiam legitimi episcopi per spatium novem annorum in vinea Christi insertas eradicandas. Quem nobis animitus desiderabilem iterum atque iterum cordicitus invitamus, gratiosissimumque adventum omni hora expectamus, obligando nos nunc et semper in omnibus debitam obedientiam et reverentiam praestituros, manentes

R.mae Dominationis Vestrae servi et capellani.

Sequuntur manuum subscriptiones cum sigillis subscriptorum.

52.

Romae, an. 1715.

Cardinalis Zondadari de rebus Leopoliensibus refert et commentat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 602, fol. 344rv.

Signor Cardinal Zondadari.

In Decretis sub die 17 Iunij proximi passati,[132] nempe audiendum D. Nuntium. Pro deputatione vero Commissariorum eius arbitrio, et prudentiae, qui perpensis hinc inde juribus, curent componere Partes cum assensu tamen eiusdem D. Nuntii. Et quatenus non sit locus concordiae, informent S. Congregationem, eorumque sensum aperiant.

Scribatur quoque D. Nuntio, ut nomine S. Congregationis moneat D. Metropolitam de gravamine illato Episcopo Rutheno Leopolis in eius consecratione.

Quo vero ad provisionem Ecclesiarum de Personis immeritis, et a Magnatibus commendatis, censerem: Scribendum esse DD. Nuntio et Metropolitae, ut pro viribus curent promoveri idoneas; et D. Metropolita utatur Iure suo in (f. 344v) institutione, et consecratione Episcoporum, iuxta Bullam Clem.8vi.

Ad primum: Iterum Emin.mo Praefecto cum P. Generali S. Joannis a Deo de false expositis a P. Provinciali, et D. Nunt., qui propria auctoritate contra eundem P. Provincialem procedat.

Ad 2dum: Circa Caeremonias Armenorum a P. Barnaba descriptas. – Satis provisum per Commissiones eidem datas, et expectentur eius responsiones.

Ad 3tium: Quoad provisiones debitas Archiepiscopo Armenorum defuncto. – D. Secretario pro expeditione mandati in personam Patris Schiarae.

Quo vero ad incorporationem Collegij Rutheni Praemisliae cum alio pariter Rutheno Leopolis: – Jam provisum, et expectentur responsiones D. Nuntii, cui dentur notitiae allatae a P. Trombetta, et renoventur commissiones alias datae.

53.

Roma, 3. I. 1716.

Cardinalis Zondadari exprimit suam opinionem de Instructione in negotiis Leopoliensibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 602, fol. 379rv, 386.

Di Casa, 3 gen. 1716.

In esecuzione di quanto Monsignor Ill.mo Segretario di Propaganda si è compiaciuto di richiedere al Cardinale Zondadari, inviandole l'Istruzione da mandarsi a Monsignor Nuntio in Polonia sulle pendenze de Ruteni, e

---

[132] Scriptum hoc, ut videtur, ad Congregationem Gen. diei 17.XII.1715 pertinet, ubi card. Zondadari relator fuit. Cfr. WELYKYJ A., *Acta S.C.P.F.*, III, 134-140.

Collegij Ruteni per spiegarli il suo Parere, havendo riconosciuto i Punti di detta Istruzione, la ritrova degna di V.S. Ill.ma, e del prudentissimo contegno della S. Congregazione.

Riflette solamente al Capit. – *E quanto al primo* – che secondo il medesimo par che s'induca havere Monsignor Nuntio proceduto all'Inhibitione – *Partibus inauditis* – nel qual caso si adatta la propositione che – non sit incipiendum ab Inhibitione –, ma se non costasse che l'Inibitione fusse emanata come sopra, parerebbe, che per riguardo di Monsignor Nuntio si potesse spiegare più chiaramente la conditione (f. 379v) ogni qualvolta l'Inhibitione sia emanata – *partibus inauditis* – assistendo la presuntione a favore di S. Signoria Illustrissima, che habbia proceduto con sufficiente cognitione di Causa, o che habbia premesso qualche ordine per epistolam.

Tuttavia in quelle parti deve ponderarsi molto, prima d'inibire, e sospendere l'esazioni, che colà si praticano; e come i Vescovi della detta Inibitione sono ricorsi alla S. Congregazione, essendo ciò una specie di appellatione, resta di sua natura frenata la forza della Inibitione, onde il Possessore possa legitimamente continuare nel suo possesso.

A me pare prudentissimo il sistema, che resulta dalla detta Instruzione di Monsignor Segretario che, per comporre le differenze in quelle parti, non si proceda per via di litigione di atti giudiciali, ma per via d'informazioni *auditis Partibus* da referirsi alla (f. 386) S. Congregazione colle ragioni dell'una, e l'altra parte, acciò che con i temperamenti prudentiali della medesima si tolghino le occasioni dell'inasprimento degli animi al medesimo tanto disposti.

54.

Roma, 10. I. 1716.

Opinio cuiusdam Praelati romani in causa provisionis Svidnicensis et invocat causam Mukačoviensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 603, fol. 147-148.

Di Casa, 10 Genn. 1716.

Sono venuto in cognitione, che S.M. l'Imperatore nomina il Vescovo alla Chiesa Svidnicense in Croatia, della Diocesi di Zagrabia, la qual Chiesa non exstat, ma la S. Sede lo conferma come Vicario Apostolico col titolo di Vescovo Platearum, del che si troveranno alcuni esempij nella Segreteria della (f. 147v) Sacra Congregazione de Propaganda, essendo questo caso simile a quello di Monkatz, si troverà tanto minore difficoltà; aggiungendo, oltre i motivi, che mi darò l'honore di rapresentare à V.E. à bocca, che S. Maestà con Decime e possessioni ha fondato il mantenimento del così nominato Ve-

scovo (f. 148) di Moncatz, o Vicario Apostolico, alla di cui sussistenza nulla contribuisce la Sacra Congregazione. Ho stimato necessario di dare à V.E. questa notizia et aspettando i suoi ulteriori ordini, quando le è commodo che possa essere in persona da V.E. per appianare ogni difficoltà. E mi dedico

Umil.mo, dev.mo Servitore vero

55.

Viennae, 2. VI. 1717.

Joannes Pataki, nominatus ab Imperatore Carlo VI Valachorum Unitorum Episcopus, confirmationem Apostolicam supplicat.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 609, fol. 388-389.

Eminentissime Princeps, Domine, D.ne Benignissime.

Hucusque praesumere non poteram, ut mea indigna persona coram tanto Ecclesiae Matris Purpurato, intuitu eiusdem qualitatis et molis officii, ad submissam compareret reverentiam, quia tamen realis eiusdem Eminentiae Vestrae multis iam vicibus, experta gratia, me hoc fine in tantum obstringit, ut omnino in tesseram devotionis meae longius votum hocce diferre nequeam, quare cum subiecta huius molestiae deprecatione, id praesentibus sacram exosculando Eminentiae Vestrae Purpuram, devotissime facio, simulque E.V. tamquam primarium Propagationis verae fidei Protectorem, meae conditionis statum significando, humillime accedere praesumo.

Postquam Sacratissima Caesarea, Regiaque Maiestas me, suum infirmum vassalum, Episcopum Valachorum, Graecorum et Ruthenorum in Transylvania partibusque Hungariae annexis existentium, clementissime nominare et Suae Sanctitati praesentare dignata fuisset, eo tum humillime intelligens mentem S. Romanae Ecclesiae, volentem episcopos Graeci Ritus debere esse (fol. 388v) religiosos Basilianos. hinc ut praefatae menti humillime obtemperem, anno praeterito, circa mensem Octobrem ex clementissima Augustissimae Aulae dispositione, me in Croatiam ad Ill.mum et Rev.mum D.num Raphaëlem Markovicio, Valachorum Graeci Ritus, Platearum Episcopum, contuli, ubi absoluto trium mensium novitiatu, tandem prima dominica 40-mae Religioni S. Basilii M., peractis consuetis caeremoniis habitum assumendo, professionemque eliciendo aggregatus sum.

Inde huc Viennam, mense Februario, ad acquirendum factae et resolutae ab Augustissima Caesarea Maiestate novae fundationis episcopalis Diploma, cuius (iam habiti) authenticam copiam Exc.mus Dominus, huias Nuntius Apostolicus, Romam iam transmisit, me contuli, ubi iam in dies, humillima

cum fiducia praestolor, Eminentiae Vestrae circa necessarias Bullarum facultates ultimam dispositionem faciet E.V. in his a patrocinandis, rem Deo charam, S. Romanae Ecclesiae utilem, et commisso mihi populo ingens solatium, qui alioquin, ob diuturnitatem absentiae meae, quae a festo S. Michaëlis Arch. (fol. 389) habetur, ita discors est, ut plane amplius meum reditum ad propria disperet, cuius uti triste in dies ex Transylvania, tam Adm. R.di PP. Superiores Societatis Jesu, quam etiam aliqui in S. Unione adhuc firmi Graeci Ritus sacerdotes, una cum Adm. Rev.do Patre, meo et totius Cleri deputato theologo zelantissimo e Societate Jesu, scribunt, plurimi iam per pseudo-Episcopos a S. Unione indefesso aliquot annorum labore comparata, ad pristinos Schismatis errores sunt revocati et seducti, actuque plurimi periclitantur, dum in dies S. Unioni valedicere et ad priorem (quam imbuti erant) Schismatis labem, redire non cessant et iam amor, quo totus populus erga me ferebatur, summe necessarius ad aliquid ibidem efficiendum, tepescere coepit. Quare altissimum E.V. patrocinium et potens auxilium pro obtinenda finis coronide et necessariarum Romanarum Bullarum adeptione implorare hisce humillimo de genu praesumo, desiderans perpetuo esse

Eminentiae Vestrae humillimus Capellanus

Joannes Pataki,[133] nominatus Valachorum Unitorum in Transylvania Episcopus (m.pr.)

Viennae 1717, die 2 Iunii.

56.

Cassovia, 9. IX. 1717.

Episcopus Mukačoviensis refert de sua nominatione, consecratione et de pastoralibus provisionibus eparchiae nec non de aliis necessitatibus supplicat Summo Pontifici.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 610, fol. 567rv (*copia*).

Beatissime Pater.

Quod paterne providos, quibus divinitus custodiendus, ac pascendus in universo Orbe concreditus est Dominicus Grex, Sanctitas Vestra, ex solio suo supremo Ecclesiae, prae reliquis in me convertens obtutus, primum charactere, et authoritate Vicarij Apostolici, dein vero titulo etiam Episcopi

---

[133] Joannes Nemes de Pataky, natus in Transylvania, an. 1680. Professionem religiosam in Ord. S. Basilii M. 14.II.1717 emisit. Confirmationem Apostolicam pro episcopatu Fogarasiensi die 3.II.1721 obtinuit. Obiit an. 1727. Cfr. *Hierarchia Cath.*, V, 203.

Sebasteni, benignissime donatum, clero, et populo Graeci Ritus Unito per Hungariam, et partes eiusdem acquisitas, omni licet ex parte hisce me indignum honoribus, gratia, et authoritate sua Apostolica praeesse voluit Pastorem,[134] gratias refero quam maximas, et quam humillimas; quemadmodum, etiam secundum clementissimam Sanctitatis Vestrae dispositionem, quod Canonicam in Episcopum Benedictionem, praemissa uti praescriptum est fidei professione, per manus Ill.mi, et Rev.mi Domini Leonis Kiszka, Graeci Ritus totius Russiae Metropolitani, cum S. Romana Ecclesia communionem habente, adscitis pro hoc munere Rev.mo Domino Josepho Lewicki, Episcopo Graeci Ritus Chelmensi, et Mielecensi, ac Dermanensi Abbatibus, itidem Communionem cum S. Romana Ecclesia habentibus, in festo purissimae Conceptionis Beatissimae Virginis, id est nona decembris, secundum vetus Callendarium, anni Millesimi septingentesimi decimi sexti, mandatis Apostolicis me in omnibus accomodans, iuxta morem Orientalis Ecclesiae, a S. Romana Ecclesia approbatum, rite consecutus sim. Hisce humillimis lineolis meis (gravis ob conturbatum per diuturnam viduitatem gregis mihi commissi statum, partim vicinis Tartarorum terroribus, qui hisce diebus ex Moldavia erumpentes, circa confinia Hungariam igne, et ferro vastantes octo, et amplius millia, maiori ex parte, ex populo Graeci Ritus meae curae commisso absegerunt, praepeditus tardius hisce compaream), cordiali cum basio pedes Sanctitatis Vestrae exosculans, demississime significo statumque concrediti mihi per beneficam Sanctitatis Vestrae Apostolicam manum Cleri, ac Populi brevibus humillime exponens.

Inter caeteros successu temporis, uti sperare licet, per me corrigendos in Clero, ac Populo defectus, maxime quod me anxiat est, opportunoque, ac non alio quam Vaticano indiget remedio; tempore utpote diuturnae ovium mearum viduitatis, ac plurimum durante Rakociana perniciosa admodum bonis moribus, et ordini ecclesiastico rebellione, ultra centum sacerdotes, demortuis primis uxoribus, ad secundas transivisse nuptias, ac hodiedum, etiam post tot suspensiones, et inhibitiones, immo etiam nonnullorum incarcerationes, quos nempe furor permisit rusticorum, fere omnes munia sacerdotalia, convivendo in bigamia cum uxoribus, obire, ac tractare, et quoniam longe ad adhuc ante susceptam Sacram Unionem tempore omnium fere meorum Antecessorum hunc usum, vel potius abusum in Hungaria usque ad haec tempora viguisse, deinde huiuscemodi notatos vitijs montes, non facile cuiquam obvio penetrabiles, inhabitare, ubi nec suspensiones curant, nec per alias paenas et per incarcerationes, plebe rudissima seducta defensi, corrigi pos-

---

[134] Cfr. Breve Clementis XI, de 5.II.1716, in: *Documenta Pont. Romanorum...*, II, 33, nr. 649.

sunt, certissimum sit; et vel maxime submotis etiam similibus, subiecta idonea substitui facile non possint. Quopropter Sanctitati Vestrae haec humillime repraesentans supplico, quatenus (f. 567v) pro ulteriori pace Ecclesiae meae, et maiori S. Unionis incremento, uti spes est, pro hac unica dumtaxat vice, huiuscemodi bigamos ab irregularitate absolvere, et cum ijsdem dispensare, ut fungi sacerdotio in Matrimonio secundo, ad instar monogamorum, possint ac valeant, Sanctitas Vestra benignissime dignetur. Quae humillime repraesentans, pro diuturno, pacifico, ac felicissimo Sanctitatis Vestrae Ecclesiae gubernio, Deum ter Opt. Max. in quotidianis ad aram suspirijs deprecari non cessans, me gratijs Apostolicis recommendo, et maneo

Sanctitatis Vestrae humillimus Cliens

Georgius Gennadius Bizancsy, Ord. S. Basilij Magni, Episcopus Sebastopolitanus, et Munkacien. in Hungaria, partibusque acquisitis, super populum Ritus Graeci Vicarius Apostolicus.

Cassoviae, 9.7mbris 1717.

57.

Chelma, 16. IV. 1718.

Querelae Episcopi Chelmensis J. Levyckyj de Synodo dioecesana latina et de modo procedendi Episcopi; petit, ut tempestive provideatur de quadam constitutione.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 104rv.

Emin.mi Rev.mi ac Excellentissimi Domini, Domini Patroni et Mecaenates Clem.mi.

Ab incunabulis ferme semper Unionis Sanctae cum Matre Ecclesia Romana Ruthenorum singularis haec Sacra Congregatio de Propaganda Fide EE.VV. Protectrix fuit et unicum in necessitatibus nostris refugium, cujus in immutabili confisus gratiae, audeo praesenti pagina (quam primum a R.P.D. Procuratore nostro Generali rescivi) meae perturbatae pacis, et afflictionis EE.VV. repraesentare negotium. Ill.mus R.P.D. Episcopus Chelmensis latinus, celebrata anno elapso sua Diocesana Synodo (cui etiam et ego petitus praesens adfui), miserat Legatum suum Romam pro confirmanda et typis mandanda illa. Qua fortuito lecta, R.P.D. Procurator noster Generalis advertit, quod fuerit apposita etiam visitatio cleri mei Rutheni ab eodem Ill.mo R.P.D. Episcopo latino, et quasi de jure ad ipsum pertineret ex quadam Bulla Pii IV, f.m., quae fuit pro nonnullis Albanensibus Ritus Graeci advenis sine sui Ritus Episcopo in Regno Siciliae viventibus edita; ultro illam trahendo ad caeteras regiones Orbis Christiani et etiam me consentiente ista visitatio.

Quod nunquam meum ad hoc praebueram consensum, neque ulla in hac Synodo illius Dioecesana Chelmen. me praesente de hoc mentio fuit, et tamen, uti rescivi, in scriptis repraesentata Sanctae Sedi Apostolicae pro confirmanda et typis mandanda in praejudicium Dioecesis meae, et mei, nescio quo ausu porrecta fuit. Supplico igitur EE.VV. ne hoc mihi, et caeteris confratribus nostris Episcopis in praesenti, et in futurum ista innovatio, et praesumptio Episcoporum latinorum noceat, ne ultro se ingerant, vi et praetensione, qua pollent in hoc Regno Poloniae, in gubernium aliorum, et instare apud Sanctissimum et Sacram Congregationem Concilij, ut hoc punctum praejudiciale jurisdictionis alterius, tacito appositum, cassetur, et moneatur Ill.mus Episcopus Chelmen. Ritus Latini, caeterique etiam ne exemplo illius idem in posterum ob vexationem nostram praesumant. Non dubito quod sicuti semper EE.VV. Defensores, et Protectores honoris, potestatis, et jurisdictionis nostrae fuere, sic et in praesenti non patientur hanc calumniosam et ultro usurpativam praetensionem, quod non solum meo, sed totius Hierarchici nostri Status nomine expostulando devotissime deosculor Purpuram etc.[135]

Chelmae, die 16 Aprilis 1718.

Eminentissimarum ac Reverendissimarum Celsitudinum Vestrarum humillimus Servus et Exorator perpetuus

Josephus Lewicki, Episcopus Chelmensis Ritus Uniti Graeci (mpria).

58.

Agria, 12. V. 1718.

Episcopus Agriensis G. Erdödy Nuntio Viennensi de modo procedendi Episcopi Mukačoviensis, de eius charactere, de excessibus et abusibus in eparchia et in Clero, de diversa disciplina etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 336-337v.

Ill.me ac Rev.dissime Domine Nuntie, atque Archi-Episcope, Domine et Patrone mihi semper Gratiosissime.

Quandoquidem in nupernis meis ad Ill.mam ac Rev.ssimam Dominationem Vestram datis, dandam de Domino Episcopo Bizanczy uberiorem informationem appromiserim, praesentibus denuo incommodare praesumens, humillime inservio. Et licet longe plura essent, quae dictum Dominum Epis-

---

[135] Relatum in Congr. Gen., 9.V.1718. Cfr. WELYKYJ A., *Acta S.C.P.F.*, III, 103-4, nr. 979.

copum incusare possent, ne tamen in relatione eorum, aut patientiam Ill.mae ac Rev.ssimae Dominationis Vestrae offendam, aut ipsi Domino Bizanczy nihil omnino pepercisse videar, ea hic solum, quae ad abluendam sinistram ejus de me informationem, contestandam vero hoc in passu, quo accusatus sum, summam meam innocentiam faciunt, breviter attingo.

Praemittendum tamen primo: quod tam modernus Munkacsien. Graeci Ritus unitorum Episcopus, quam Antecessores ejusdem, et de antiqua, continuo in praxi Dioecesis hujus observata, consuetudine, et de vigore Bullarum Pij Quarti, atque Clementis Octavi Pontificum, et noviter secundum ipsum tenorem, atque expressam conditionem benignarum Donationalium Suae Maiestatis SS.mae, super Episcopatum Munkacsien. ipsi Domino Bizanczy extradatarum, (quarum extractus acclusus est sub Lit. A) habuerint, et habere debeant in justis et licitis Dioeceseos negotijs, debitam subordinationem, et dependentiam a Dioecesis Agriensis Latini Ritus Episcopis, velut Dioecesanis, atque Ordinarijs suis, quorum *respective Vicarios agunt,* (f. 336v) quam subjectionem et dependentiam a me, et meis Successoribus semper recognoscere, et observare velle, diversis vicibus ipse Dominus Bizanczy in Domestica Capella mea, plurimorum in praesentia, coram Crucifixo, et ardentibus cereis solenni cum juramento confirmavit. Interim tamen qualiter idem sese gesserit, statim sub principium promotionis suae? qualemque de ipso informationem dat Dominus Joan. Josephus Hodermarsky, Abbas S. Nicolai ad Munkacz, ejusdemque Vicarius Generalis? dignabitur Ill.ma ac Rev.ssima Dominatio Vestra sub Lit. B. cognoscere.

Quemque porro deinde in dies progressum facerit? intelliget Dominatio Vestra Ill.ma ac Rev.ssima ex diversis diversorum literis sub C.D.E.F. G.H. ad me datis.[136]

Adjungo etiam sub I. Copiam mearum Literarum, quas ad eundem die 9na Febr. Anno 1718 scripseram; colliget ex ijsdem Ill.ma ac R.ndissima Dominatio Vestra tum diversos excessus, quos contra eundem Dominum Episcopum Domini Parochi mei in Inclyto Comitatu Zemplinien. existentes, unanimiter remediationem expostulando, mihi in Libello ipsorum supplici exhibuerunt, tum vero, utrum ego per hoc ipsum aut alios ad abolendum ipsorum vetus calendarium adstringam? Exoptavi, verum est, prouti et nuper Ill.mae ac R.ndissimae Dominationi Vestrae humillime perscripsi; monuique tam Dominum Episcopum, quam ipsos etiam diversos principaliores Acatholicos, ut diebus Dominicis, et festivis Decretalibus a laboribus abstineant, seque praecepto Sanctae Ecclesiae, legibus Patrijs, voluntatique (f. 337) non minus moderni nostri Augustissimi, in proxime emanato benigno

---

[136] Vid. adnexa infra apposita.

mandato suo, quam gloriosissimae memoriae Leopoldi Imperatoris in Diplomate suo de Immunitate Cleri Graeci Ritus, Anno 1692 emanati (extractus adest sub K) expressatae, condigne et obedienter, ut veros fideles decet, conforment; sed quid possum contra, quod officij obligationem irrideant mei? consilia reijciant? bonum pro malo reputent? album in nigrum pervertant? promptioresque sint ad obtemperandum Regi, vel ipsi harum partium obstinatissimi Haeretici, Lutherani, et Calvinistae, quam Graeci Ritus Uniti, qui pro catholicis habentur, ad obediendum Ecclesiae et Caesari? Singuli Comitatus, ubi dictum benignum Mandatum de festorum observatione publicatum est, illud sine ulla, vel ullius etiam haeretici protestatione, reclamatione, aut oppositione, debita cum submissione et obedientia acceptarunt, servandumque statuerunt; quin imo, et ipse populus Graecus et Ruthenus (uti apparet sub jam praecitata Lit.D.) libenter consensisset; solus Dominus Episcopus Bizanczy Legi Ecclesiasticae, Regis, ac Patriae contrarius erat, atque ut tanto magis contrarietatem hoc in passu demonstraret suam, me ipsum, a quo tanta bona accepit, apud tantum Dicasterium Romanum, seposito etiam contra Leges Regni, primis alijs suis Instantijs, tam sinistre, et injuriose describere, pensi non duxit. Scripsi aeque hodie Ipsi etiam (f. 337v) Eminentissimo ac Serenissimo Principi, Duci de Saxonia, Sacrae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali, Metropolitano meo benignissimo, transmittendo eidem etiam copiam Memorialis a Domino Hodermarsky sub G. appositi. Dixique saepius, et dico: me multum timere infelicitati, ne fors subsecuturae, hujus hominis, ad tanta sapere non volentis; qui, nisi ab ipsa etiam Sacra Congregatione de Propaganda Fide, sub principium statim serio refraenabitur, certo non quiescet, pluresque (utinam false praevideam) ac majores causabit Sanctae Matri Ecclesiae Romanae molestias. Sperabo proinde, quod Ill.ma ac R.endma Dominatio Vestra, videndo meam innocentiam, et injuriam, me apud Sacram Congregationem benigne excusabit, gratijsque suis et favoribus pretiosissimis ultronee commendatum conservabit, qui constanter sum, et persevero.

Illustrissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae humillimus, devot.mus et oblig.mus Servus

C. Gabr. Ant. Erdödy, Episcopus Agriensis (mpr).

Agriae, die 12 Maij, Anno 1718.

Adnexum A.

Vienna, 29. IX. 1716.

Extractum donationis imperialis Episcopo Mukačoviensi, G. Bizanczy.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 338.

Extractus Donationalium Episcopatus Munkacsiensis a Sua Majestate Ill.mo Domino Georgio Bizanczy in anno 1716, die 29 mens. Septembris benignissime collatarum.

Praemissis praemitti solitis, dandum et conferendum esse duximus, ita tamen, ut idem etiam debitam fidelitatem, devotionem ac obsequium erga Summum Sanctae Romanae Ecclesiae Pontificem, et Maiestatem nostram, una cum populo sibi subjecto constanter servare, et in omnibus justis et licitis rebus, ac negotijs Dioecesis Agriensis Ordinario Episcopo moderno, et futuris debitam reverentiam, et obedientiam, tanquam eorum respective Vicarius praestare, et ab illis dependentiam habere debeat, ac teneatur, etc. etc. ...

Adnexum B.

Mukačevo, ... 1717.

Nominatus olim Mukačoviensis nunc vero Archimandrita refert de novo Episcopo Sebastopolitano seu Mukačoviensi, enumerando casus graviores.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 339.

Brevis informatio, quam Dominus R.ssimus Hodermarszky, Abbas Sancti Nicolai vel Munkacs, Graeci Ritus Unitorum Vicarius Generalis, de suo Domino Episcopo Georgio Bizanczy Anno proxime praeterlapso 1717 mihi fecerat.

1º. – Terminavit Generalem Cleri Synodum pro festo Paschatis secundum Romanum Calendarium, in qua intendit constitutiones quasdam condere in praejudicium Dioecesani, et inter caetera vult ut generaliter congregatus clerus instet tam apud suam Sacratissimam Majestatem, quam etiam apud Curiam Romanam quatenus nullam dependentiam habeat ipse, et Clerus a Dioecesano, quod ipsum in particulari nonnullis Archipraesbyteris in reditu suo ex Polonia, ad se vocatis, concredidit, inter quos Dominus R.ndus Blazovsky, Homonensis Graeci Ritus Plebanus, id ipsum audiens propria oris fassione retulit.

2º. – Multa in illa Synodo vult abrogata habere, uti sunt: ne celebrentur lecta Sacra, Vicariatus Generalis tollatur, accorda non servetur, in pristinum graecarum consuetudinum (fors S. Unioni praejudiciosum) reponatur Clerus statum. Quarum intentionum suarum fulcrum videtur esse aliqua tacita conspiratio cum Archiepiscopo Metropolitano Russiae, ut is inde Romae agat contra hujusmodi dependentiam Dioecesanam, quam abrogandam suasit. Quod ex eo apparet: siquidem Bullam, quae modum dependentiae a Dioe-

cesanis Unitis servandum praescribit, non esse pro his partibus, sed pro Calabriae solum et Siciliae Provincijs asseruit.

3º. – Reformationem Cleri, quam ego in aestate Redux Agria ex commissione Ill.marum, ac R.ssimarum Dominationum Vestrarum facere intendebam, per literas eandem exequi prohibuit, addens sibi, et non alteri Dominici Gregis commissam esse curam. Ex qua ratione

4º. – Sacerdotes Bigami celebrant, et quidem non procul a Residentia existentes; bigami saeculares, viventibus primis, secundis convivunt uxoribus, uti est Dorogiensis, et alij plures in diversis comitatibus.

5º. – Sacerdos Andreas Benedikoviensis, qui tam a piae memoriae Episcopo de Kamellis, quam a me propter Schisma suum privatus Parochia, in suspensione hactenus, manserat, autumno praeterito, restitutus est suae parochiae, et actu celebrat, non deposita fidei professione et Unionis Sacrae, ad quam faciendam ego ipsemet persuasionibus stimulabam eundem, sed nihil effeci; ipse tamen actu cum remurmuratione incliti Comitatus officialium gaudet Privilegijs immunitatis Ecclesiae.

6º. – Accordam initam coram Ill.mis ac R.ssimis Dominationibus Vestris fregit, Abbatiam nullam agnoscendo, contra accordam, in absentia mea, lectum meum ex camera ejiciens, subditos submonasteriales ne mihi et familiae obediant prohibuit ita, ut ego redux ex Transylvaniae longo itinere coactus sum cum familia per aliquot dies, donec huc Agriam movissem, in eodem cubiculo me patientare.

7º. – Ordinavit sex, tres a Seraphimo ficto Episcopo Ordinatos et in irregularitate (quam, quod Sacram Missam et Sacramenta administraverint, incurrerunt) existentes, nullo praemisso examine reordinavit, alios tres nescio per quem examinatos una die pro diaconatu, alias rudes vix legere scientes ordinavit, ad ulteriores Sacros Ordines promovendos, me pro examine non vocato, neque ulli alteri examinandos qui intelligeret committens.

Adnexum C.

Ex Residentia Nagybanyensi, 25. I. 1718.

P. Fr. Ravasz de modo inordinato ordinandi sacerdotes ab Episcopo G. Bizanczy.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 614, fol. 340.

Extractus litterarum ab Admodum Rev.do P. Francisco Ravasz e Societate Jesu, Residentiae Nagybanyen., Superiore et eius loci Plebano, die 25 Jan. anno 1718 ad me datarum.

Tres se stitere examini, qui vere nec bonam Catechesim Christianam sciverunt; quae sit materia et forma Sacramentorum Ordinis et aliorum? – ignorarunt. Taliter qualiter responderunt, dum illis aliquid inculcabatur. Non deerat ex illis, qui tot Deos, quot Personae sunt in Trinitate, esse responderit; alius Patrem maiorem Filio esse dixit. Rogavi Dominum Bizancsium, ut illos rejiceret et non ordinaret; tamen ordinati sunt duo; cum arduitate obtinui, ne illum ex Moldavia ordinaret, qui Patrem filio esse maiorem dixit, siquidem ibidem sint Schismatici, etiam Valachi Arriani; hinc discessit in Avas, ibi adhuc stupidiores, neque examinatos, ordinavit duodecim, si non plures quivis ordinatus 28 florenos ungaricales (facit autem fl. unus Ung. et cruciferos 50) illi debuit solvere.

Adnexum D.

Ex Res. Nagybanyen., 9. II. 1718.

Idem de modo agendi Episcopi G. Bisanczy.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 614, fol. 341rv.

Copia litterarum ad me ab Admodum Rev.do Patre Ravasz e Societate Jesu, Residentiae Nagybanyen. Superiore, eiusdemque loci Parocho, sub dato 9 Febr. 1718 emanatarum.

Non possum salva conscientia non intimare Domini Bizanczy inordinatum Sacrisque Ecclesiae Sanctionibus adversativum modum in ordinandis Sacerdotibus; nullo praevio examine ordinavit rudos stallones duodecim, qui nec Catechesim christianam norunt.

Pro priori coram me examinati fuerant tres, ex his duos ordinavit; tertium, vagum ex Moldavia, credo Arrianum Schismaticum, siquidem Deum Patrem maiorem esse Filio in examine respondit, coactus fuit rejicere; hunc etiam alibi ordinavit in Sacerdotem. Vere non pastores, sed praedatores animarum; et verbo ut exprimam patrio, animarum impostores sunt. Quando monui, et obtestatus sum, ne ordinet, nisi scienda scient, proposuit ordinatos illos novos sacerdotes omnes suspensos esse, usque dum se perficiant. Quae excusatio se ipsam incusat, quia ipsemet recognoscit illos ineptos fuisse, sed 28 flor. ungaricales, quos a singulo neo-ordinato accepit, fuerunt, illi fatales, ne dicam, simoniaci theologi.

Intelligo ex ipsomet, quod velit Viennam ascendere et prouti ex fide digno accepi, Diploma Kolonicsianum abolere, in eius vicem Transylvanicum per Cancellariam substituere, ut vel sic se et populum a dependentia et subiectione (cum tantum sit Missionarius Episcopus Graeci Ritus Ruthenorum) subducere.

Bonum proinde, imo perquam necessarium est, si Ill.mus Dominus cum

modo Viennae sit, haec dolosa conamina anteverteret, praeoccuparetque; necnon et Diploma Kolonicsianum confirmati, stabilitique curaret. Vix enim nervosius, efficacius, ad unionem sinceram prosperandam atque sua in puritate conservandam, Episcoposque graeci ritus sua in sphaera continendos esse videtur. Insuper hoc Diploma etiam ad aliorum Episcoporum Dioeceses sese extendit, ubi nimirum actu sunt, aut hodie vel cras similis ritus populi, poppaeque erunt.

Amore Christi Crucifixi rogo, invigiletur bene, quia potenter se se schismatici circumquaque intrudunt, et sub velamine ac simulatione (fol. 341v) unionis diffundunt. Hodie vel cras ita loquendo, gravissima incommoda habebunt Ill.mi D.ni Episcopi Ungariae. Iam enim Episcopus illius ritus unus est Munkacsini, alter Marmarossini, sive in Marmatia, tertius in Transylvania, quartus Aradini, ubi adhuc est Patriarcha S. Andreae Budae. Subinde in quemlibet Episcopatum se intrudent maiorem facturi Ecclesiae Catholicae incommoditatem, quam fors Calvini aut Lutheri sectatores. Sunt enim Schismatici, etiam in Regno existentes valde affecti Mescho; aliunde tota Ungaria et Corona est in suos Episcopatus divisa. Sicut penes unam sponsam non possunt duo sponsi esse, ita in una Sede duo episcopi sedere, bene praeoccupetur; verendum ne sero medicina paretur.

Siquidem Ill.mus Dominus Ordinarius Viennae est, dignetur Ill.mum Dominum aeque vere Apostolicum Nittriensem informare, ne in Cancellaria aliqua fraude et simulatione illi Graeci Ritus (ne dicam graecae fidei) homines aliqua ratione, dolosaque instantia circumveniant Cancellarium et aliquod praeiudiciosum instrumentum expracticent.

Credat Dominatio Ill.ma, quod multi pagi volebant tum in signum unionis sincerae, tum ob maiorem spiritualem profectum nobiscum festa celebrare, sed Dominus Bizanczy impedivit; et ne videatur nihil fecisse: servare aliqua decretalia festa nobiscum celebranda instituit.

Haec pro scrupulo meo tollendo, et obligatione erga sanctam Orthodoxam Ecclesiam insinuare volui, caeterum disponant, sicut Deo placet.

P.S. – Accedit ad informationem datam, quod Dominus Episcopus Bizanczy dixerit se non obligari ad iuramentum Agriae depositum, ex quo vi ad id praestandum adactus fuerit, et cui se statim contradixisse affirmat, addens pro tunc se saecularem sacerdotem et non Monachum fuisse, neque Episcopum Sebastopolitanum.

Adnexum E.

Mukačevo, 15. II. 1718.

Archimandrita Mukačoviensis, olim Nominatus, de negotiis eparchiae et de modo agendi novi Episcopi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 342.

Extractus Literarum a Reverendissimo Domino Joanne Josepho Hodermarski, Abbate S. Nicolai ad Munkacz, sub dato 15 Februarij Anno currenti etc. 1718, ad me datarum.

Illustrissime, ac Reverendissime Domine Comes, Domine, Domine Praelate mihi Gratiosissime.

Interea hic et nunc humillime repraesento, quod Literas Ill.mae ac Rev.mae Dominationis Vestrae Nagy Banyam directas ejdem Domino Episcopo, meus Claviger Paulus Reics die 27 Februarij, utpote Dominica Quinquagesimae, summo mane ad manus consignavit, quibus perlectis eadem Dominica octo in Praesbyteros ordinavit, intra reliquos unum claudum fuisse in comperto est. Hanc functionem in praesentia Perceptoris Dominij Munkacsiensis Joannis Banyasz, suae consortis, et aliorum multorum peregit; et in discessu suo moderno, mandatum reliquit, ut si pro ordinibus aliqui venerint, hic in Cathedrali meo Monasterio usque ad reditum suum commorentur, voti sui compotes futuri, et ab uno iam accepit unam vaccam, et equam anticipate pro conferendis Ordinibus. Et quoniam (uti in prioribus meis humillime insinuavi) praeter Monitorias in Bigamos missas reliqua surda aure praeterit exiguus fructus emendationis, et correctionis excessuum apparet. Haec dum vi obligationis meae Ill.mae ac Rev.mae Dominationi Vestrae humillime repraesento, me benignis Gratiis commendo et maneo

Ill.mae, ac Rev.mae Dominationis Vestrae Servus humillimus

Jo. Jo. Hodermarszki, Abbas S. Nicolai, Vicar. Generalis.

Adnexum F.

Mukačevo, 12. III. 1718.

Extractus litterarum eiusdem de eadem materia.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 343.

Extractus Literarum a Rev.mo Domino Joanne Josepho Hodermarszki, die 12 Martij Anno 1718, ad me datarum.

Modo vero habendo plenariam de Domini Ill.mi mei Episcopi notitiam, humillime significo illum esse Munkacsini, quod ipsum hac reduces septem nuper ordinati Munkacsini per eundem attestati sunt, ut refert hujus Archi-Presbyter Unghuarien., ex illis plerosque rudissimos, et illegitimae aetatis fuisse. Includo genuinam copiam monitoriarum ab Ill.mo Domino meo Episcopo extradatarum super bigamos, reliqua corrigenda, uti apparet, surda aure praetermissa.

Adnexum G.

Mukačevo, an. 1718.

Memoriale Archimandritae Josephi J. Hodermarskyj Episcopo Agriensi datum, de rebus Mukačoviensibus, de bigamia et abusibus, ut providere curet in eparchia Mukačoviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 344.

Copia Memorialis a Reverendissimo Domino Joanne Josepho Hodermarszky, Abbate S. Nicolai ad Munkacs, Vicario Generali Graeci Ritus Unitorum, paucis ante diebus ad me dati.

Ill.me, ac Rev.dme Domine Episcope, Domine, Domine Praelate mihi Gratiossime.

Recordari benigne Ill.ma, ac Rev.ma Dominatio Vestra, una cum suo Ill.mo ac Rev.mo Domino Vicario Generali dignabitur, qualiter praevia mea Episcopatus Munkacsiensis facta resignatione occasione Bullae SS.mi Domini nostri Summi Pontificis pro Vicariatu Apostolico, ac felicissime modo regnantis Augustissimi Imperatoris pro titulo Episcopatus in Districtu Munkacsiensi collationalium in Personam Ill.mi ac R.dssimi Domini Gennadii Bizanczy per Ill.mam ac R.dssimam Dominationem Vestram exhibitarum, nullatenus Vicarij Generalis Officium ambiebam. Verum ad saepius reperitas praeattactarum Ill.marum, ac Rev.dissimarum Dominationum Vestrarum gratiosissimas exhortationes id pure ex zelo animarum in me assumpsi, sperando, quod pro exili mea tenuitate ijsdem animabus prodesse potuissem. Verum ubi ex his viribus et Unionis palmitibus sperare uvas jucundum et quasi certum videbatur, labruscas obstupescentibus dentibus loco nectaris degustare necessum est, vel ex eo, ubi effraenatus ille Graeci Ritus Ruthenus Populus modulamine sui Pastoris cicurari debuisset, ejdem habenae per dissimulatas correctiones ad omnia praecipitia laxatae sunt, et quidem bigami Sacerdotes ultra centum actu per Ill.mum Dominum meum Episcopum administrare Sacramenta permissi; rudes et idiotae quam plurimi (uti aliunde Ill.mae ac Rev.mae Dominationi Vestrae constat) ad Sacros Ordines promoti, curam animarum gerentes, qualemnam in Sancta Ecclesia stragem faciant facile conjicere est. Quibus omnibus cum ego pro obligatione mei Vicarialis Muneris omnem conatum adhibendo obviare, meumque Dominum Episcopum ad haec corrigenda inducere haud valeam, eadem vellicante me conscientia (non animo meum toties dictum Dominum Episcopum deferendi) Ill.mae Dominationi Vestrae humillime detegere necessitatus sum, ut neque coram tremendo Dei Tribunali de taciturnitate hac cum periculo damnationis aeternae respondeam, meoque juramento satisfaciam,

Hinc supplico, flexo poplite, Ill.mae ac R.dissimae Dominationi Vestrae,

dignetur qua Dioecesaneus noster huic malo, donec profundius radices jaciat, tempestiva obviare medela, meque a Juramento pro Vicariali Officio in manibus Ill.mae ac R.dissimae Dominationis Vestrae in praesentia Ill.mi Domini Vicarij Generalis deposito gratiose absolvere, nec non praesens scriptum (ne meus saepe dictus Dominus Episcopus prostituatur) gratiose celare. Quod dum praecise ad enodandam meam conscientiam humillime Ill.mae ac R.dissimae Dominationi Vestrae porrigo, postulatam absolutionem a Juramento demississime praestolor et me gratijs ulterioribus commendans, maneo

Ill.mae ac R.dissimae Dominationis Vestrae humillimus Servus

Joannes Josephus Hodermarszky, Ordinis S. Basilij M., Abbas S. Nicolai de Csernegh, Ill.mi ac Rev.mi Domini Episcopi Sebast. et Dictrictus Munkacs. Vicar. Generalis.

Adnexum H.

Lelesz, 23. III. 1718.

Praepositus Conventus Leleszensis de Sacerdotibus ruthenis in eparchia Mukačoviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 345.

Extractus Literarum, a R.endissimo Domino Carolo Tahy, Sac. Ordinis Praemonstraten. Praeposito Leleszien., sub dato 23 Martij Anno 1718, ad me datarum, ex Ungarico in Latinum versus.

Cum Ruthenis sacerdotibus magnas molestias habeo. Illi veniunt supra me diversis Inquisitionibus, ego autem, nullum circa ipsos ab Ill.ma ac Rev.dissima Dominatione Vestra mandatum habens, ad nihil me immisceo. Assecuro in veritate: quod, nisi Ill.ma Dominatio Vestra apud Augustam Aulam effecerit, ut ipsos habeat sibi subjectos, nihil boni subsequetur. Quia isti sunt nimium excessivi Fratres, et non est, qui ipsos compescat. Si Dominus Deus feliciter reduxerit Ill.mam Dominationem Vestram, eandem de omnibus humillime informabo.

Adnexum K.

Vienna, 23. VIII. 1692.

Excerptum ex Diploma Leopoldi I de immunitate Cleri Ritus Graeci.

Extractus Diplomatis gloriosissimae mem. Leopoldi Imperatoris, die 23 mens. Aug. Anno Domini 1692 emanati.[137]

Nolemus tamen, ut haec declaratio immunitatis ecclesiasticae graeci

[137] Cfr. integrum textum apud A. Hodinka, *Okmánytára...*, 347-350, nr. 268.

ritus unitorum ullo modo suffragetur iis, qui in Schismate ac erga Sanctam Matrem Ecclesiam inoboedientia persisterent. Imo clementissime exoptamus, ut tam Dominorum quam subditorum, illorum in exigendis, horum in praestandis solitis laborum oneribus molestia et confusio vitetur, pro utrorumque commodo, ut festa tum mobilia, tum articularia, et pro Dioecesium varietate ab Ordinariis locorum instituta etiam graeci ritus uniti iisdem diebus celebrent, quibus Latini celebrare consueverunt. His illo etiam adstipulatio, quod si Sanctorum aliquorum, quos Graeca Ecclesia singulariter venerari consuevit Festa celebrare voluerint, id fiat consensu Ordinariorum, quo obtento eisdem etiam diebus Festis eorum proprii Domini Terrestres nullatenus eos possint laboribus aggravare. Sine quorum Ordinariorum expresso itidem consensu novas sui Ritus Parochias vel Ecclesias eis licitum non sit erigere. Et haec tandem praemissa omnia, ac juxta illa praesens etiam Caesareo-Regium Diploma, Mandatumque locorum in universis Comitatibus suarum Dioecesium, in quibus graeci ritus uniti degunt, tempore Congregationum Generalium publicari, ut ad omnium quorum opportet notitiam valeant pervenire. Si vero quipiam ausu temerario his omnibus reluctantes apparerent, Ordinarii iidem Maiestati Nostrae relationem superinde facere debeant, quatenus si opus fuerit, tam evidenti malo severiore etiam manu medela tempestive adhibeatur. Secus itaque nullus fidelium nostrorum facere praesumat, etc...

Adnexum I.

Agria, 9. II. 1718.

Episcopus Agriensis G. Erdödy ad Episcopum Mukačoviensem G. Bizanczy de variis abusibus et scandalis in Eparchia characteris doctrinalis, moralis et administrativi etc., quos describit et enumerat, et ut provideatur monet.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 347-348.

Copia Literarum, quas scripsi Domino Georgio Bizanczy, Episcopo Graeci Ritus Sebastopolensi, Anno 1718, die 9na Februarii.

Reverendissime Domine.

Proxime dierum in partibus Homonnensibus, et Comitatu Zemplinensi existens, quanto cum dolore cordis mei, atque intima animi desolatione plurima scandala, quaerelas, et diversissimos excessus (quos non modo nullus bonus Christianus approbare, verum nec Deus, summe alias misericors inultos relinquere poterit) hinc et inde contra praetitulatam Dominationem Vestram inaudire debuerim, nec verbo, nec calamo sufficienter exprimi potest.

Primo enim constat mihi, qualiter eadem Dominatio Vestra R.ndissima nuperrime quemdam Ruthenicum Sacerdotem bigamum et signanter Sicsoriviensem in florenis quidem quadraginta Rhenensibus puniverit, uxorem tamen eidem (quod in potestate Vestrae Dominationis nequaquam est) contra omnia jura, et proprias Graecorum constitutiones, in manifestum universae plebis scandalum reliquerit. Bone Deus, quale hoc exemplum? ubi conscientia? Num nescit Vestra Dominatio dictum sacerdotem toties peccare graviter, quoties illegitime consorti hujusmodi, utpote concubinae suae cohabitat? et omnium ejusmodi peccatorum etiam Vestram Dominationem ex culpa conniventiae et tolerationis participem fieri? Similis etiam casus est ille Hrabocziensis Popae, qui primam uxorem Ruthenam habuit, et jam de facto cum Catholica impie non minus ac scandalose cohabitat. Quae et alia tametsi Dominationi Vestrae bene constiterint, ea tamen debite non punivit, non impedivit, non separavit, verum acceptis pecunijs in statu quo reliquit.

Secundo. – Inaudio, et pro certo scio, quod Vestra Dominatio contra mentem, tenorem, et expressas conditiones in concessa sibi a me facultate appositas, imo etiam contra juramentum suum, quod inviolabiliter, et sacrosancte observandum, in Capella mea domestica coram Crucifixo, et ardentibus cereis, plurium in praesentia deposuit, nec non contra fidem suam, et verbum sacerdotale jam ultra sexaginta homines, sine necessitate, absque praevio debito examine, absque requisita a suis Terrestribus Dominis manumissione, et nec Cathechesim Christianam, nec formam et materiam Sacramentorum scientes, imo et tales, *qui tot Deos, quot Personae in Sanctissima Trinitate sunt, esse asserebant,* ad Ordines promoverit, prouti etiam nuper in Aras duodecim stupidissimos (Deus scit qualium morum, et vitae homines?) sine ullo praemisso examine ordinavit, acceptis ab uno quolibet, turpis lucri gratia, florenis Rhen. viginti octo. Et quis amore Dei! hinc fructus sperandus? quid discet populus aliunde rudis ex tali Idiota nihil sciente? quin etiam (utinam, non fieret) ob ignorantiam crassissimam quid pro quo, per consequens multitudinem haeresum et schismatum ex suggestu, et alibi declamante? Cui accedit, quod eadem Dominatio Vestra ob dictum simoniacum lucrum (quod iuxta Apostolum, est Idolorum servitus) identidem Popas multiplices, duos etiam et tres, aeque contra jura et Concilia, cum praejudicio Fundatorum, et Dominorum Terrestrium in eodem pago patiatur, et foveat, pure puto ut plures taxatos subditos, a quibus in annos singulos duos floren. accipere solet, pluresque bissagiandi occasiones habeat. Qui Popae tametsi fundos rusticanos possideant, omnes tamen a robottis, alijsque oneribus et pensionibus exempti esse volunt. Unde non mirum, quod dein ex hinc plurimae cum Dominis Terrestribus rixae, dissidiae, contentiones, jurgia et scandala gravissima exoriantur. Ex quibus omnibus

quid aliud etiam secundum rationem politicam deducitur, quam quod ipsamet Dominatio Vestra praecipua causa sit, quod Diploma Leopoldinum in ordine ad exemptionem, et immunitatem Graeci Ritus extradatum observari non possit, nec manuteneri; quam immunitatem et exemptionem etiam pro Latini Ritus Clero nos Dioecesani Episcopi manutenere non possemus, si haec et similia in Dioecesibus nostris admitteremus, prout etiam nullibi videbit Vestra Dominatio, ut in uno eodemque pago duo vel plures Parochi latini, prout apud ipsos fit, tolerarentur. Audivi ego plures hoc in passu Viennae a diversis Magnatibus (ad quos et populus et Clerus a Dominatione Vestra nimium quantum gravatus et afflictus pro remedio confugerat) mihi factas quaerelas, audivi et Posonij et Agriae et Homonnae et alibi, prout etiam medio mei Domini Vicarij non adeo pridem Dominationem Vestram superinde commoneri feci, nulla tamen, in quantum experior, emendatione hactenus secuta.

(f. 347v) *Tertio.* – Bene noverit Vestra Dominatio, quale nam in ordine ad festa Regni Ungariae Decretalia, etiam a Graeci Ritus unito Clero et populo observanda, Decretum gloriosissimae memoriae Leopoldi Imperatoris habeat? et quoties, ut huic morem debitum gereret, paterne simul et officiose urserim, admonuerim, et requisiverim Dominationem Vestram? surdis tamen, uti apparet, auribus praeterita sunt omnia. Compertissimum est et illud.

Quarto. – Quod mentionati Graeci et Rutheni sacerdotes, cum praejudicio Parochorum Latini Ritus quam frequentissime se immisceant ad copulationes Catholicorum, et aliorum, quos nunquam noverunt, vel viderunt, quique sub jurisdictione eorundem spirituali nunquam extiterunt, etiam Acatholicorum, hosque sine omni denunciatione copulent, non considerando quales sint personae? in quibus circumstantijs? et quod, dum similibus tamquam Parochi eorum non proprij assistunt, matrimonium sit nullum, per consequens non modo mihi, et meo Episcopali Consistorio tricas, fastigia plurima, et molestias maximas, verum etiam inter ipsos taliter copulatos plura alia gravissima mala causent. Ita recenter fecit Popa Ruthenus Benkocziensis, copulans Lutheranum cum Ruthena, cujus prius habuit germanam sororem, et ab hac duas proles, a moderna nullam, cum primo sit annorum quasi quatuordecim, eamque duxerit ante quinquennium, novem circiter annorum existentem. Ita etiam accidit in pago Uchicz, ubi in praejudicium proprij Parochi Soscuti, absque omni promulgatione Graeci Ritus sacerdos unum par copulavit. Item in Szedlicske, curae RR. Patrum Varanoviensium subjectum par unum (qui ambo Catholici sunt) Ruthenicus sacerdos copulare attentavit. Ex pago Valova dicto, Graeci Ritus sacerdos similiter in praejudicium proprij Parochi Goregiensis matrimonio adstitit duarum Personarum contrahentium Lutheranarum; In Diapolocz, Parochiae Dobrensis filiali,

duae Personae, Lutheranus videlicet cum Catholica cohabitant, a quodam per eundem pagum causaliter transeunte Graeci Ritus sacerdote copulatae; taliter copulatus est quidam in Nagy Mihaly, in Aula Domini Andreae Szirmay existens Satrapa cum foemina, cujus prior et legitimus maritus in Commitatu Unguariensi etiamnum degit, et aliam etiam uxorem duxit; in ejusdem Domini Szirmay Aula Victor quidam per Ruthenicum Sacerdotem, contra inhibitionem loci Parochi, copulatus cohabitat Personae, de cujus prioris mariti obitu nulla hactenus habetur certitudo. Inter haec, et alia aggravat culpam Vestrae Dominationis R.ndssimae hodiernum in diem tcleratus ille nefandus Ruthenorum abusus, qui in Monasterijs eorundem contingere solet, uti fit in possessionibus Tarna in Comitatu Unguarien., item in Kraszno Brott, et Rafajocz in Comitatu Zemplinien., quo dum occasione processîonum ad indulgentias plebs concurrit, quas invisas viri foeminas rapiunt, eae illico ad matrimonium adiguntur, ac per Ruthenicos sacerdotes copulantur.

Quinto. – Particulares quidam, absque ulla mea, et Dioecesani licentia, vel etiam mihi facta insinuatione Cerquas, seu Tempella Ruthenica aedificant, cum imminutione proventuum Latini Ritus Parochorum; uti signanter in pago Temetne Illustrissimi Domini Comitis Petri Zychy subdita quaedam fecerat, cujus filium sacerdotem factum, ad eundem pagum pro Parocho inducere tres solum ibidem existentes Rutheni contendunt, in praejudicium RR. Patrum Varanoviensium; ita etiam factum est in pago Adyagos per defunctum Franciscum Klobusiczky, qui pariter Cerquam aedificavit, et tempore revolutionis Rakocsianae sacerdotem Ruthenicum introduxit, in manifestum Parochi Sokutiensis praejudicium, et alibi.

Quibus, et plurimis alijs de causis, quae ultronee referre taediosum est, ne ego ipsemet, per similium criminum dissimulationem, conscientiam meam gravatam sentiam, cum aliunde Dominatio Vestra conditiones sibi appositas, et suo juramento firmatas non observaverit, cum primis et ante omnia facultatem meam, quam Anno 1717, die (f. 348) 16 Maij Dominationi Vestrae elargitus fueram, praesentium per vigorem revoco, casso, et omnimode annullo, ita ut vigore ejusdem Dominatio Vestra R.ndissima absolute nullum ordinare possit, vel audeat, inhaereoque firmiter Decreto, atque Instructioni a Sanctitate sua Clemente Papa 8, ex sententia Congregationis super reformatione Graecorum, Romae in Palatio Montis Quirinalis apud S. Marcum sub dato 31 Augusti Anno 1595, Pontificatus Anno 4to, ad Episcopos latinos emanatae: *ita ut si quos sine literis dimissorialibus meis ad Sacros Ordines promoverit, suspensi sint, et si suspensi in suis ordinibus ministraverint, efficiantur irregulares, sicut et Latini, super hujusmodi autem, et similibus irregularitatibus dispensandi facultatem a Sancta Sede Apostolica obtinere opporteat.*

Ex superabundanti praeterea, praemissis jam tot paternis meis admo-

nitionibus, iterato et ultimo hortor, et rogo Dominationem Vestram, praedictos, et alios plures excessus, ac scandala serio corrigat, emendet, ac in futurum praecaveat, bigamos sacerdotes a cohabitatione, et officij ipsorum executione serio inhibeat, et non solum in marsupio, verum etiam per carceres, et alia media severe puniat, uxores seu potius concubinas ipsorum illico separet, ac amandet; Neo-ordinatos vero tamdiu a sui ordinis executione suspendat, donec se in omnibus, quae quilibet vir ecclesiasticus necessario scire debet, debite perfecerint, novumque examen (in quo debite subsistant) non subiverint; ipsoque effectu demonstret Vestra Dominatio, quod revera plus Deum, et animas, quam pecuniam curet, quodque unitam cum Sacra Fide, et Ecclesia Romana Religionem habeat, quam si non habent, vel non agnoscunt, potius se declarent, quales sint, ut Deus ultronee taliter non illudatur, Summus Pontifex, Augustissimus item ac Clementissimus Dominus noster non decipiatur, et nos omnes amplius non irrideamur. Quod si vero saepe fata Dominatio Vestra nec preces, nec tot paterna monita, nec gratitudinem, nec propriam conscientiam, nec juramentum et verbum suum Episcopale, neque Divinam aut humanam Majestatem curando, serio se non emendaverit, et praedictis omnibus debitam medelam non tulerit, en declaro me, et sincere significo in verbo meo Episcopali, quod ego praedictos tot excessus et scandala, sicut bona conscientia nullatenus possum, ita nec velim ultronee dissimulare, sed certo certius pure ad ea declaranda, et corrigenda Viennam ascendam, Augustissimum atque Clementissimum Dominum nostrum de omnibus genuine informabo, et (si opus fuerit) cum ejusdem annuentia, per Nunciaturam etiam Romam recurram, humillime instando, ut de praedictorum omnium debito tandem remedio, simul etiam aliter Graeci Ritus, unito Clero et populo praevideatur. Quod vero exinde subsecuturum est, non utique mihi (cujus plus quam paternum affectum semper experta est), sed sibi ipsi adscribere poterit Vestra Dominatio, quam in reliquo feliciter supervivere cupiens, maneo

Ejusdem Reverendissimae Dominationis Vestrae Servus addictissimus
Comes Gabriel Antonius Erdödy, Episcopus Agriensis.

Agriae, die 9 Febr. 1718.

59.

Agria, 23. V. 1718.

Episcopus Mukačoviensis G. Bizanczy et Vicarius eius Generalis, J. Hodermarski, promittunt Episcopo Agriensi Erdödy observandi quaedam punta.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 330-331v, 329rv.

Nos infrascripti, et primo quidem ego Georgius Gennadius Bizanczy, Ordinis S. Basilij Magni, Episcopus Sebastopolitanus, nec non Graeci Ritus Unitorum Vicarius Apostolicus Munkacsien.; deinde vero ego Joannes Josephus Hodermarsky, Abbas S. Nicolai ad Munkacs, praelibati Domini Episcopi dicti Graeci Ritus Unitorum Vicarius Generalis fidem facimus tenore praesentium, significantes quibus convenit universis. – Quod posteaquam Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Comes, Dominus Gabriel Antonius Erdödy de Monyorokerel, Episcopus Agriensis (tit.) Dioecesanus utpote noster gratiosissimus, in adventu nostro Agriam, diebus 19na et sequentibus Mensis Maij, Anno currenti 1718, in praesentia sui in Spiritualibus Vicarii Generalis, Ill.mi videlicet, ac Rev.ssimi Domini Joannis Kiss, El. Episcopi Ansanien. tit. ep., incumbentia Pastoralis muneris, obligaminisque sui sequentia nobis puncta, serio atque conscientia ipsa ita nos obstringente, observanda, saepe saepius commendasset.

Primo: Ut ad mentem legum Patriae, et benignissimi Caesareo Regij mandati, signanter a gloriosissimae memoriae Leopoldo Primo, die 23 men. Augusti Anno Domini 1692 emanati, ac per modo regnantem Suam Maiestatem SS.mam Carolum Sextum, Dominum ac Regem nostrum clementissimum in Regia Arce Possonien. die 21 Mensis Junij Anno 1712 benigne confirmati, festa tum mobilia, tum Decretalia ijsdem diebus, quibus Latini celebrant, quoad forum celebremus, ac per nobis subjectum Graeci Ritus unitum Clerum, et populum, pariter in foro fori celebrari, obsevarique faciamus.

(f. 330v) *Secundo*: Ut sacerdotes bigamos vocatos, prout et alios illegitimas uxores habentes a cohabitatione putatitiarum uxorum, seu potius concubinarum suarum separemus, eosque in exemplum etiam aliorum, et scandali praecautionem severe puniamus.

Tertio: Ut curae nostrae subjectos sacerdotes serio moneamus, et inhibeamus, ne se ad Extraneorum quorumque tandem, praesertim vero Latini Ritus Catholicorum copulationes immisceant, in tales vero esse immiscentes, pro delictorum suorum exigentia, graviter animadvertamus.

Quarto: Ut nefandum abusum Ruthenorum (qui in templo et publicis ipsorum processionibus personas faemineas pro suo libitu rapere, et cum ijsdem etiam invitis copulari, seu matrimonio jungi consueverunt), tanquam instituto Sacrae Romanae Ecclesiae, sanctisque Canonibus et Concilijs summe contrarium, pro omni posse nostro tollere, atque abrogare studeamus.

Quinto: Ut ego Episcopus Georgius Gennadius Bizanczy nullum ad Ordines promoveam sine necessitate; item nullum, nisi qui in praemisso rigoroso examine debite substiterit, dignusque, idoneus, ac sufficiens, per doctos, et conscientiosos viros Examinatores judicatus fuerit; nullum prae-

terea, qui subditus est, sine manumissione Dominorum Terrestrium, quibus obligatus esset. Et tametsi alias ad faciendas hujusmodi Ordinationes ipse etiam Dimissoriales literae altefati Ill.mi ac Rev.dissimi Domini Comitis et Episcopi, velut Dioecesani latini, vigore Bullae Clementis Papae 8vi, pro unoquolibet Ordinando requirerentur, confidens, tamen idem Ill.mus ac Rev.ssimus Dominus meae conscientiae (quam hoc in passu aggravatam vult) gratiose annuit, ut abque talibus Dimissorialibus) servatis tamen de jure, atque conditionibus, uti immediate praemissum est, servandis (f. 331) ordinare possim; e contra vero, nomina eorum, quos ordinavero, necnon etiam conditionem, aliasque circumstantias, quando videlicet? ubi, ac pro quo loco etc.? ordinandi, ordinative sint? saepetitulatae suae Dominationi Ill.mae ac Reverendissimae fideli catalogo conscriptas submittere non intermittam.

Sexto: Ut nos nullatenus ad jurisdictionem ejusdem suae Dominationis Ill.mae ac R.endissimae, per consequens neque Parochorum Latini Ritus eidem subjectorum imitamus, neque patiamur, ut nostri Parochi se immisceant, immiscentes vero debite puniamus. Nec admittamur praeterea, ut quispiam ex Ritus Latini hominibus ad Ritum Graecum per Ruthenos inducatur; Ecclesias aut Capellas aliquas sine ejusdem Ill.mi ac R.endissimi Domini Dioecesani scitu et consensu erigi non permittamur, erectas vero taliter neque consecremus, neque benedicamus, imo nec Parochum ad talem ecclesiam vel Parochiam constituamus.

Nos proinde videndo, et manifeste experiendo, quod sicut supratitulatus Ill.mus ac R.endissimus Dominus Comes, et Dioecesanus per praedicta omnia nihil nisi gloriam Dei, fidelitatem ac obedientiam benignis mandatis Caesareo-Regijs debitam, salutemque animarum, et bonum commune quaerit, ita revera diversis etiam alijs de causis, et specialiter ad removendum non solum scandala inter diversos harum partium Acatholicos, verum etiam communem inter Dominos Terrestres, ipsosque Graeci Ritus homines subditos molestiam et confusionem evitandam, praedicta omnia servare, emendare, et corrigere, dignum, justum, imo et necessarium sit; in sequentem sponte ac ultronee, ex zelo amoris Dei, atque animarum, (f. 331v) condescenderimus deliberationem, per nos sub puritate nostrae conscientiae, verbo nostro sacerdotali, et respective Episcopali pro omni posse nostro firmissime observandam. Et quidem quod tam praedicta omnia, quam plura etiam alia, nobis ab altefato Ill.mo ac Rev.dissimo Domino Dioecesano servanda, corrigenda, emendandaque proposita, cum gratia et auxilio Dei serio aggredi, sepositoque omni privato respectu, odio, amore, timore, conniventia, posthabitisque etiam muneribus, minis, atque alijs passionibus quibuscunque ea ipsa corrigere, emendare, punire, festa porro supraspecificata quoad forum fori, uti et praeinsinuatas, in ordine ad conferendos Ordines, conditiones firmissime obser-

vare, ac per nostros observari facere indubitate curabimus, velimus, appromittamusque. In quorum omnium majus fidei robur, ac testimonium dedimus praesentes literas nostras Reversales, propriae manus subscriptione, sigillorumque nostrorum appressione roboratas.[138]

Agriae, die 23 Mensis Maij, Anno Domini 1718.

G. Gennadius Bizanczy, Ord. S. Basilij M., Episcopus Sebast. Munkacs. Vicarius Apostolicus (mpr) (L.S.)

Jo. Jo. Hodermarski, Abbas S. Nicolai, suprafati Domini Episcopi Vicarius Generalis (mp). (L.S.)

Estratto d'un foglio di Monsignor Bizanzi, Vicario Apostolico Munkaciense, e del suo Vicario Generale, trasmesso à Monsig. Nunzio in Vienna (f. 329rv).

Il suddetto Vescovo, e suo Vicario Generale s'obbligano, e promettono à Monsignor Vescovo latino d'Agria, loro Ordinario:

Primo. Di osservare, e far osservare da loro sudditi tutte le feste mobili, et altre di precetto, che osservano i Latini.

2º. Di separare i Sacerdoti bigami, et altri, che haveranno mogli illegittime, dalle medesime, e severamente punirli.

3º. Di seriamente ammonire i sacerdoti loro sudditi, che non s'ingerischino ne matrimonij de Latini, e di gravemente punirli in caso di contravenzione.

4º. Di levare l'abuso de Ruteni, che nelle Chiese, e publiche loro processioni sogliono rapire le donne latine, e (f. 329v) prenderle per mogli coll'assistenza de Monaci Greci, ancorchè esse non vi consentino.

5º. Di non ordinare alcuno senza necessità, e se prima non sarà riconosciuto capace dagl'Esaminatori, e benche per altro siano necessarie per tali ordinazioni le dimissorie di Monsignor Vescovo d'Agria come Ordinario, nondimeno questo dà facoltà al Vicario Apostolico di poter ordinare senza tali dimissorie con questo però, che gli dia nota dei nomi, conditione, et altro degl'ordinati.

---

[138] Nuntius Vindobonensis, G. Spinula, hunc documentum ad S. Congregationem de P.F. hac cum explanatione transmisit (4.VI.1718): « Mons. Vescovo d'Agria... m'ha ora data notizia, ch'essendossi portato il Prelato medesimo (Mons. Bizanczy) in quella città col S. Hodermanski (!), Vicario suo Generale, erano convenuti insieme dopo un dibbatimento di cinque giorni per l'osservanza degli articoli e punti espressi nell'annesso foglio... » (*Ibidem*, fol. 328).

6º. Di non ingerirsi, ne permettere, che i suoi Sacerdoti s'ingerischino nella giurisdizione di Monsignor Vescovo latino, e de suoi Parochi e di non permettere, che alcuno passi dal Rito Latino al Greco, di non erigere chiese senza consenso dell'Ordinario, e di non consecrare, ne benedire le già erette, senza detto consenso, ne tampoco di destinarvi alcuno per Paroco.

60.

Roma, 22. VI. 1718.

Cardinalis Zondadari Secretario de Prop. Fide de negotiis Mukačoviensibus, commenta et opiniones.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 614, fol. 326rv.

Di Casa, 22 Giugno 1718.

Il Cardinale Zondadari bacia le mani à Monsignor Segretario di Propaganda, e gli rimette l'accluso foglio colle resoluzioni della S. Congregazione di Propaganda Fide, che si compiacque di prendere à relazione del Cardinale il 20 di Giugno corrente.

Si disse nella medesima che in vece di approvare il Concordato fatto dal Vicario di Monsignor Vescovo d'Agria, e dal Vicario Greco Apostolico che nella Diocesi di S. Signoria Ill.ma esercita giurisdizione in quei Greci, si dessero gl'ordini ex integro a chi conviene, acciò dia a i medesimi la dovuta essecuzione.

Et essendosi divise in 6 punti il foglio di Monsignor Segretario, come Lui riconoscerà dal medesimo, si è scritto ancora nella margine le resoluzioni, che si presero, nelle quali Ss.ria Ill.ma si compiacerà di formare i suoi Dispacci, e il Cardinale predetto, offerendosi al servitio di SS.ria Ill.ma, se le ricorda distinto servitore, etc. etc. ...

61.

Vienna, 1. X. 1718.

Episcopus Transylvaniae G. Martonffi conqueritur de praeiudiciosa nominatione Episcopi Fogarasiensis et petit, ut provideatur de eparchia Fogarasiensi nec non de Alumnis ex Transylvania.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 616, fol. 97rv.

Emin.me Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Domine, Domine, et Pater mihi Gratiosissime, Colend.me.

Salutem, et devotorum precum mearum pro incolumitate Eminentiae Vestrae oblationem. – Quod praesentibus indignis meis litteris Eminentiam

V. molestare debuerim, impulit me Rev.mi Domini Joannis Pataki, Graeci Ritus Transilvaniensium Valachorum Neo-Electi Episcopi de Fogaras, praeiudiciosa nominatio. Oppidum enim Fogaras meae Iurisdictioni subiectum, alium Ordinarium de iure agnoscere non potest, neque una eademque Ecclesia duos sponsos cum bigamia patitur; unde Dioecesis Transylvaniensis nunquam praeter unicum Alba Juliensem Episcopum habuit, sed Sacra Propagandae Fidei Congregatio Vicarios Apostolicos praeficere, et nominationem de aliquo Italiae Episcopatu semper eisdem dare consueverat, prout Dominus Rev.mus Munkaciensis ex Italiae partibus Sebastopolitanus actu nominatur, alter item Armenorum Apostolicus praedefunctus Vicarius Oxendius, Episcopatu Aladensi condecorabatus et esto Sacratissima Imperatoria Maiestas pro subsistentia Rev.mi Domini mentionati Episcopi novam primo fecerit Fundationem, ea nihil impediet, si Domini Graeci Ritus Transylvaniae Episcopi constanter titulum de partibus Italiae habebunt.

Eapropter quam humillime rogandam duxi Eminentiam Vestram, quatenus Episcopatum meum in antiquis suis Juribus sartum, tectum conservare, et R.mo Domino Pataki titulum aliquem Episcopalem in partibus Italiae non solum providere, sed et eundem mihi (f. 97v) subordinatum reddere dignetur, prouti Dominus Vicarius Apostolicus Munkacensis Georgius Bizanczi Domino Ill.mo, et Rev.mo Agriensi in hac inclusa Copia, per Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, subiectus redditur.

Insuper devotissime apud Eminentiam V. supplico, quatenus ratione duorum Alumnorum ad Convictum Viennensem pro Dioecesi mea Transylvanensi recipiendorum, ante duos annos factam Instantiam, brevi per meum Agentem resuscitaturam secundare dignetur, quia certe per varias vigentes sectas depressam Religionem Catholicam nunc per Dei gratiam elevare satago, ubi messis copiosa, operarij vero pauci. Quam Eminetiae V. Gratiam meis ad Deum fundendis precibus, Sacram deosculando Eminentiae Vestrae Purpuram, remereri non itermittam, permanendo.

Ejusdem Eminentiae Vestrae humillimus, et devotissimus Capellanus
Georgius Martonffi,[139] Episcopus Transylvaniae.

Viennae, die 1-a Octobris 1718.

62.

Roma, an. 1720.

Opinio Cardinalis N. Spinola de variis litteris Nuntii Varsaviensis, spectantibus Synodum Provincialem Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 4, fol. 10-11v.

---

[139] Georgius Mártonffi, episcopus Transilvaniensis seu Albae Iuliensis (1714-1721).

Sentimento dell'Emin.mo, e Rev.mo Signor Cardinal Spinola sopra l'estratto di varie lettere di Monsignor Nunzio in Polonia, concernenti il futuro Sinodo de Vescovi Ruteni,[140] in data de 17 Aprile, 29 Maggio, 5 e 12 Giugno 1720.

Essendo stato commesso dalla S.C. di Propaganda, di considerare distintamente le riflessioni, che accenna Monsignor Nunzio in Polonia nelle sue lettere, in esecuzione de' Supremi Comandi della S.C., S. Eccellenza è di sentimento, che si debba rispondere, come segue.

Al primo: è stato provisto *nell'Istruzione, mandata al n. 11.*

Al 2do: non è stato provisto nell'Istruzione per 2 motivi; l'uno, perche si è creduto, che nel Sinodo si dovesse inculcare l'obbligo, che hanno i Vescovi, di visitare le Chiese; l'altro, perchè dovendo portare seco li Convisitatori, si sarebbero serviti de i medesimi per l'effetto di quanto si chiede da Monsignor Nunzio. Giachè per quello, che si deve osservare da Parochi si era provisto nell'*Istruzione dal n. 5 sino al 9.* Tuttavia quando si creda necessaria la deputazione de Sacerdoti, che si domanda, per un'anno con l'assegnamento di scudi 25 o 30, non sarebbe inutile, perche della loro visita potrebbe risultare maggior lume, (f. 10v) per ovviare alli sconcerti premeditati; e in questo caso servirsi degl'Alunni usciti dal Collegio, che secondo le relazioni, date altre volte dal P. Radanaschi, parerebbero a proposito; molto più perchè nel n. 14 dell'Istruzione si sono posti in considerazioni per l'esercizio delle Parocchie, come dal tenore di questo numero.

Al 3º: è stato provisto nel detto n. 14.

Al 4º: parlando sempre con la dovuta sommissione, non pare riuscibile in prattica la mistura dei Sacerdoti latini tra gl'Esaminatori Sinodali del Rito Ruteno, perche essendo connaturale trà questi due Riti l'avversione, cagionarebbe più sconcerto, che vantagio, particolarmente se si considera, che fuori di Leopoli non si potrebbe uscire dalla Nazione Polacca, che nella diversità del Rito è infensissima contro l'altra. Crederei bensì, che col progresso ulteriore degl'Alunni del Collegio, si dovessero distribuire per li Vescovati quelli, che si credessero più a proposito e per il costume, e per la dottrina, per deputarli a tale esercizio.

Per quanto poi spetta agl'esercizj prima dell'ordinazione la suggestione è lodevole.

Al 5º: non solo si loda, ma si stima necessaria la proposizione.

In quanto alle Simonie de' Vescovi, usate nelle Consegra(f. 11v)zioni

---

[140] De hac Synodo cfr. BILANYCH J., *Synodus Zamostiana an. 1720,* Romae 1960.

degl'eletti a qualche Chiesa, nell'elezione de Parochi, e collazione degl'Ordini, si è notato nel numero 4 dell'Istruzione; e in quanto all'Antimis si può provedere, come nel Ristretto; e circa il Catedratico si è proveduto al n. 13 dell'Istruzione.

Circa alla restituzione del malamente percetto s'incontraranno delle gravi difficoltà, e per la quantità, e per il costume del Rito, sovra il quale non mancaranno di scusarsi con la buona fede; onde tutto quello, che si potrà ricuperare, sarà di guadagno; e molto più se s'impiegarà nell'accrescimento del Seminario con le fondazioni proposte; quando per altro, dubitando del passato, si potrebbe supplicare la Santità Sua per l'assoluzione plenaria, purchè si rimediasse all'avvenire.

Discorrendo di diminuire il numero de Parochi, riflettuto al n. 14 dell'Istruzione, è certo, che presentemente si rende quasi impossibile, o sia per non scemare a Vescovi il Catedratico, o sia perche il numero supplisce alla loro poca capacità, e pigrizia nella minor fatica del loro esercizio, o sia perche riflettendosi, in detto numero di sostituirvi gl'Alunni del Seminario, questi sono così pochi, che a pena potrebbero provedere a 4 Parochie. Onde si stima necessario, di tenere a calcolo questo provedimento a tempo suo, mentre per quello riguarda (f. 11v) il cattedratico, unendosi le Parocchie, et accrescendosi al Provisto l'obbligo di quanto contribuiva la Chiesa suppressa, si supplirebbe al bisogno del Vescovo senza diminuzione, e il Paroco, per l'aumento di Parocchia, non riceverebbe alcun aggravio.

Sopra il P. Pieskowicz, si rimette alla considerazione fatta prudentemente dal P. Radanaschi.

Domandando Monsignor Nunzio l'Oracolo di questa S.C., se egli debba fare qualche atto, per corroborare con autorità apostolica la convocazione del Sinodo, si crede, che si doverebbe rispondere che basta, che costì della sua licenza data al Metropolita in vigore del Decreto dei 27 Maggio 1717, da registrarsi nel principio del medesimo Sinodo, etc. etc. ...

63.

Roma, an. 1720.

Adnotatio Cardinalis N. Spinolae de futura Synodo Ruthenorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 4, fol. 12-13.

Nota d'alcune Riflessioni fatte dall'Emin.mo Spinola sopra il Sinodo Provinciale de Greci Ruteni, da celebrarsi in Leopoli nell'Anno corrente 1720.

Essendo che nel Sinodo di Bresta, tenutosi l'anno 1594, da Vescovi Greci Ruteni non fu trattato d'alcune materie, degenerate in oggi in disordini,

ed abusi gravissimi tanto nel Metropolita, che nei Vescovi e Parochi di quella nazione, a quali deve riparare, chi presederà il nuovo Sinodo da convocarsi in Leopoli; quindi è, che se li propongono da considerare, et esaminare li seguenti Punti.

1º. Che si intimi il Sinodo a tutti i Vescovi, secondo il prescritto del Ceremoniale Romano.

2º. Che si faccia fare ad ognuno la professione della Fede, quale dovrà mandarsi à Roma.

3º. Che si prenda regola in tutte le cose da trattarsi nel Sinodo dal Concilio di Trento, e dal Sinodo di Milano, celebrato da S. Carlo Borromeo.

4º. Si dovrà discorrere delle Simonie usate dal Metropolita nella Consagrazione de Vescovi, e da Vescovi nell'elezione de Parochi, e collazione degl'Ordini.

5º. Si dovrà trattare delle Simonie esercitate da Parochi nell'amministrazione de Sagramenti, et in specie in quelli del Battesimo, e Penitenza.

(f. 12v) 6º. Si dovrà esaminare la Forma, che usano il Metropolita nella Consagrazione de Vescovi, li Vescovi nella collazione degl'Ordini, et i Parochi nell'amministrazione de' Sagramenti.

7º. Si osservi, con che decenza sia tenuta da Parochi l'Eucaristia e gl'Ogli Santi nelle loro chiese.

8º. S'inculchi a Parochi il culto delle chiese, proibendo loro sotto pene gravissime il riternervi biade, grascie, et altre cose consimili.

9º. Si veda con che decoro i Parochi sostenghino il carattere sacerdotale tanto circa i costumi, quanto circa l'esercizio d'opere servili.

10º. Si riconosca, come si prattichi l'osservanza delle Feste.

11º. Si faccia fare un Catechismo, e Dottrina Christiana, secondo la forma stampata dal Cardinal Bellarmino, aggiungendovi quello, che parerà più opportuno, secondo l'abusi, e ignoranza di quella Nazione; e però converrà darlo alle Stampe in quell'Idioma, secondo la forma predetta.

12º. Nelle Cancellarie del Metropolita, e, dei Vescovi si tenghi affissa e si osservi la tassa Innocenziana, procurando, che a tal'effetto sia trasuntata nell'idioma loro materno, per renderla a tutti intelligente.

13º. Che scusandosi il Metropolita, e i Vescovi di non haver modo da sostenere il loro carattere (f. 13) per coprire le tasse, che impongono, rispettivamente nelle Congregazioni, e Collazioni degl'Ordini, palliando in tal forma le Simonie, che commettono, si veda, se vi sia modo di formar loro

un'annuo, e competente sussidio da tutti li Parochi sotto titolo di Decima o di Cattedratico.

14º. Che potendosi col tempo provedere alle Parochie di soggetti abili, e capaci in Persona di quegl'Alunni, che usciranno dal Collegio Ruteno, novamente fondato, si veda, se sia possibile d'imporre una Tassa alli stessi Parochi per il Seminario, affinche questo rimedio, che si crede necessarijssimo, per ovviare alli suddetti disordini, e Simonie, possa essere più sollecito.

15º. Che sentendosi, che per la povertà dei Parochi procedano li predetti disordini, e Simonie, si veda, e si consideri se fosse espediente, e possibile di ridurli à minor numero, come pure si faccia diligenza, che i loro Parocchiani, s'inducano a formare una tassa per sovvenirli in modo da poter sussistere, ed esimerli dalla necessità, in cui si ritrovano di esercitare indecentemente opere servili.

16º. Si avverte, che tutte quelle cose, che si concordaranno, si facciano sottoscrivere dal Metropolita, e dai Vescovi, acciò non habbiano poi, come il loro solito, a controverterle.

64.

Peremislia, an. 1720.

Episcopus Peremysliensis Patri St. Trombetti de impossibilitate dandi informationes requisitas.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 15, 16v.

Religiosissime ac R.ndme Domine, in Christo Pater, Pater et Frater observande.

Gratitudinem affectus erga me et curam in desiderijs meae Dioecesis plane mihi per suam R.dmam Paternitatem notificatam, ea qua par est alacritate et obligatissimo animo suscipio, sed quoniam necdum habeo omnium Decanatuum porrectas informationes, idcirco suam R.vdmam Paternitatem non incommodo, sed ulteriori tempori gratiam suae Rev.dmae Paternitatis reservo manens.

Reverendissimae Paternitatis Frater et Servus

Hieronymus Ustrzyski, Episcopus P.S.S. (mp).

(f. 16v) Rev.mo ac Religiosissimo Patri, Patri Stephano Trombetti, Collegij Pontificij Leopolien. Clericorum Regularium Theatinorum Praefecto, Patri et Fratri honorando pateant.

65.

Roma, 19. III. 1720.

Litterae testimoniales Vicarii Abbatis Generalis S. Basilii de PP. M. Wietrzynskyj et F. Wolk, et quidem favorabiles et positivae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 29.

D. Epiphanius de Neapoli, Abbas Vicarius Generalis Ordinis Sancti Basilij Magni.

Omnibus, et singulis has nostras praesentes litteras inspecturis, ac lecturis, in verbo veritatis requisiti testamur Patres Massimianum Wietrzynski, et Firmianum Wolk,[141] Monachos S. Basilij Congregationis Rutenae, ad praesens in Ven. Collegio S. Basilij de Urbe commorantes, vitam non minus Catholicam, quam Regularem duxisse, ac magna cum modestia, humilitate, vitaeque honestate gessisse, ac absolutos a Censuris Divina Officia, Missamque celebrasse cum magna Monachorum eiusdem Collegij admiratione, et exemplaritate. In quorum fidem has testimoniales literas subscripsimus, ac nostro sigillo muniri iussimus.

Datum in praefato Collegio Sancti Basilij de Urbe, die decima nona martij 1720.

Epiphanius de Neapoli, Abbas Vicarius Gen.lis.

66.

Roma, 22. III. 1720.

Designatur residentia circumscripta in Urbe pro PP. M. Wietrzynskyj et F. Wolk, ex Vicariatu Urbis vel Congr. de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 30.

Die 22 Martij 1720.

Vigore facultatum mihi a S. Congregatione Particulari super rebus Ruthenorum, habita die 28 Februarij proxime elapsi, tributarum, habilitentur Oratores per Urbem, sub fideiussione tamen R. Rectoris Ecclesiae Nationalis S. Stanislai, dummodo a conventu, seu Hospitio Sancti Basilij Magni, quatenus ab eo discedere velint, ad moram trahendam in praefatae ecclesiae Sancti Stanislai Hospitio, et non alibi, se recipiant, firmo in reliquis remanente eiusdem Sacrae Congregationis Decreto.

---

[141] De M. Wietrzynski et F. Wolk cfr. *Litterae Basilianorum*, I, secundum indicem nominum.

67.

Roma, 6. VI. 1720.

Secretarius de Prop. Fide ad Em.mum Olivieri de visita canonica Nuntii Varsaviensis Confraternitatis Leopoliensis, Collegii, et ecclesiarum Armenorum; ut mittatur aliud Breve ad Nuntium.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 83-84v.

Dalla Segreteria di Propaganda. – 6 Giugno 1720. – Sig. Card. Olivieri.

Monsig. Segretario con humilissimo ossequio si rassegna all'E.V., e dovendo secondo la mente suprema di Nostro Signore ed à tenore delle disposizioni di questa S. Congregazione, benignamente approvate dalla Santità Sua, celebrarsi nella corrente stagione in Leopoli, o altra Città più commoda nella Russia, il Sinodo de Vescovi Ruteni, al quale in virtù del Breve facoltativo di S. Beatitudine spedito li 20 Marzo 1716 dovrà presiedere Monsignor Grimaldi, Nunzio Apostolico di Polonia,[142] vien perciò supplicata l'E.V. à degnarsi di far spedire al medesimo Prelato colla maggior sollecitudine, che sia possibile, un altro Breve col quale (enunciandosi il suddetto quanto alla Presidenza) se gli dia la facoltà di fare la Visita Apostolica delle Chiese Rutene in Leopoli, e per tutta la Russia, dove egli stimerà espediente. (f. 83v) La Congregazione, o Confraternità Stauropigiana, che è immediatamente soggetta alla S. Sede, ed il Collegio Ruteno, ed Armeno, situati nella stessa Città di Leopoli, ed inoltre di visitare altresì con tale occasione la Cattedrale, e Chiese Armene della medesima Città, e Diocesi di Leopoli, con tutte le facoltà, che vanno annesse à simile deputatione, e specialmente quelle di sostituire altri à tal effetto, con riservare però alla detta S. Congregazione l'approvazione di tutti, e singoli i decreti, ed altre determinazioni, che in congiuntura dello stesso Sinodo si faranno; ed à V.E. profondamente s'inchina.

(f. 84v) Monsig. Nunzio stenderà subito in pulito in quattro fogli le annesse minute di Biglietti, che devono mandarsi in oggi al Sig. Card. Olivieri.

Facoltà di visitare le Catedrali e Chiese Rutene e Diocesi di què Vescovi per tutta la Russia, e Lituania, e la Confraternità Stauropigiana in Leopoli.

Facoltà di visitare la Catedrale, e Chiese Armene dell'Arcivescovo Naz. di Leopoli.

I Collegij Pontificj Ruteno, e Armeno, uniti sub eodem tecto, sotto la direzione de P.P. Teatini.

---

[142] Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, II, 33-34, nr. 650.

68.

Mariburg, 11. VI. 1720.

Archiepiscopus Leopoliensis J. Skarbek de Synodo Ruthenorum celebranda. Enumerat quosdam abusus characteris pastoralis et disciplinaris, ut in Synodo corrigantur.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1720-22, vol. 64, fol. 226-28v.

Ill.me, Exc.me et Rev.me Domine, Domine, Domine et Patrone Colend.me.

Gratiosissima Ill.mae et Rev.mae Excell.tiae Vestrae epistola de 23a Maij pervenit ad me extra Leopolim, ad sustinenda negotia Bonorum Archiepiscopalium cum injuriosis vicinis, juxta terminum commissionis Regiae statim post festum SS.mi Corporis Christi, excurrere adactum. Nihilominus mandatis Ill.mae et R.mae Celsitudinis Vestrae quam primum obtemperando, quae ad Synodum Ruthenam videntur esse utilia et necessaria defero, etiam aliquibus jam gravissimis Personis reflectentibus, et requirentibus ex sola concepta fama, ne aliquid quod ad universos status Regni pertinet, in favorem praedicti Ritus quoquo modo emergat.

Itaque licet multa, stante Unione, correcta esse propter vigilantiam praesentis Rev.mi Episcopi et Antecessoris sui agnosco, sed etiam corrigenda desiderari. Parochi enim Ritus Rutheno-graeci in administrationem Sacramentorum Populo Ritus Latini se immiscent, maxime in locis distantibus a Leopoli, et quandoque in vicinioribus, absque ulla necessitate baptizando infantes, matrimonijs assistendo, quinimo etiam inter personas tales, quae derelicto priori Marito vel Uxore cum alia persona iniquissime et scandalosissime declinantes a propria Parochia Ritus Latini nuptias quaerunt, et ex benedictione ipsorum obtinent, ac cohabitant, nec compesci valent, nec reduci, sed potius, causa pacatioris cohabitationis, locum in longinqua (f. 226v) mutant, et sic animas perdunt. Multi etiam sepulturas Latinorum faciunt, et illas ad suos Ritus attrahunt, ex quo rariores sunt ecclesiae Latinae hic, quam Graecae, et Villae vacuae propter calamitates Regni ultimas populo Latino ex Polonia, scilicet Ritus Latini, videantur impletae. Aliqui sortilegia exercent super certos libros ad revelationem oblatorum, et exerceri patiuntur scientes absque correctione. Quibus sane obviari posset constitutione frequentiorum Officialium Foraneorum cum jurisdictione, cum amplae Dioeceses habeantur, et ad quinque, sex, vel septem millia templorum in unaquaque habeatur, et unicuique plures Parochi successores, exdivisis inter se fundis dotalibus Ecclesiae tanquam proprijs Bonis Patrimonialibus, in certis locis obsequia praestare, et expedire Sacra cernantur. Et justum esset illos Offi-

ciales rigorosiores esse. Gens enim inculta adhuc tractatione meliori non corrigitur.

Neque rerum Sacrarum in plurimis locis condigna videtur ab ipsis tractatio, maxima immunditie conspiciuntur repleta, et dubium est, an corporalia, pallas post sacrificia Missae faeminae ipsarum non lavent statim; licet sensim iste Ritus antiquis suis detergatur erroribus.

Praeterea nescio, an sit de usu Ritus Graeci permissum Sinoda quod ipsi vocant *Sobornie*, festis solemnioribus a pluribus Sacerdotibus circumstantibus (f. 227) Altare, Missam celebrare, in eadem particulas unicuique tradere ad manus, et ita sumere. Similiter de Calice, observata solum praecedentia Senioris in medio celebrantis, et loco Purificatorij bombiec uti, et cum magna quidem Sacramenti irreverentia collocare. Videntur aliqui tempore celebrationis Missae, recedendo ab Altari ad dextram, vel sinistram, barbam, vel comam capitis pectere, aliquando impexi accedentes ad ecclesiam.

Insuper licentia fruuntur offerendi pecunias ad Fiscum Pastoris sui pro suscipiendis Ordinibus. Cathedraticum vero, quod ipsi *Kunica* vocant, de jure quidem antiquo Episcopis videtur esse debitum, proinde de ipso nullum sensum aperio; puto tamen per id majorem observantiam et metum sui Pastoris conservari, quod in vim subjectionis id conferre teneantur, dummodo non praetendatur a saecularibus Possessoribus, qui Parochorum ejus Ritus remiserunt onera ob Unionem, quod sint conversa in ampliationem praedicti census, non libertatem quam praetendebant.

Praeterea cum Ritus Latinus in hac Provincia alijs Ritibus videlicet Rutheno-Graeco, et Armeno praeemineat, nec ullus Archiepiscopus illorum Rituum ausus unquam fuit elevare crucem ante se, sed solus Latinus, etiam in proprijs ipsorum Ecclesijs hac praerogativa semper usus fuit. Proinde ne vigore (f. 227v) Unionis haec Crux praeferenda praetendatur omnino constituendum censerem. Hinc enim contra impracticatum exemplum commoveretur Nobilitas, quod factum fuisset Leopoli in ingressu Metropolitani pro consecratione praesentis Rev.mi Episcopi Leopoliensis, cum elevata cruce, citra opinionem omnium, nisi insperate successisset, alias clausam Civitatis portam, et alia inoptata expertus fuisset.

Tenentur etiam in singulis Civitatibus, Oppidis, Villis, ubicumque ecclesiae latinae existunt observare illarum praeeminentiam: silentibus campanis ecclesiae Latinae illarum silere, etiamsi festum solemne habeant. In multis locis Parochi Processionibus SS.mi Sacramenti in apparatibus suis assistere, Evangelia in suo Ritu per Latinum cantare, et devotionibus omnibus publicis Latinis cedere, nec quidquam novi extraordinarij sine consensu loci Ordinarij latini innovare. Ad intimationes publicas ejusdem loci Ordinarij latini se referre, qui semper habuit authoritatem indicendi supplicationes etiam in

eorum Cathedralibus, et diem praefigendi. Unde haec semper observari deberent.

Cum autem protectione Archiepiscopali, atque Parochorum Ritus Latini, Ritus Ruthenus fulciatur, licet Bulla Urbani VIII prohibuerit transitum Personarum Ritus Graeci ad Latinum, de quo etiam nunc difficultates exurgere solent, (f. 228) concessibile tamen puto de assensu Synodi futurae, de beneplacito Sanctae Sedis Apostolicae, ut Personae Ritus Graeco-Rutheni possent transire, et assumi cum consensu et Dimissorijs proprij loci Ordinarij pro suscipiendis Ordinibus in Ritu Latino, et pro obsequio ecclesiarum ac Parochiarum latinarum applicari. Prolabuntur enim multi Rutheni edocti transeuntes Kioviam et in Moscoviam ad schismata, unde remanentes non praecipitarent animas, et supplendo defectum operariorum ex Ritu Latino utilitatem praestarent, ac majorem confidentiam inter Ritus. Unde etiam Unio solidiora caperet incrementa. Non praetendimus ex Seminario Rutheno quemquam, ex quo ille Ritus maximos habet, et habiturus est fructus, ob subjecta omni doctrina, et disciplina Ecclesiastica imbuta. Uti optime notum habeo plures Phylosophicas et Theologicas, Polemicas et Speculativas Theses praeclare defendisse, atque in diversis ecclesijs doctas conciones fecisse. Unde eo motivo aliquem ex meis illi Seminario applicavi, quem etiam circa desideratissimam praesentiam Ill.mae et Rev.mae Celsitudinis Vestrae favori et protectioni insinuare curabo, tanquam de profectu virtutum et scientiae.

Quidquid vero ad exactam istius curam Seminarij, et instructionem vigilem pertinet, experientia (f. 228v) patefacit, nec unquam adversi aliquid audivi, quinimo contrarium asserere, ac si soli quis lucem eripere tentaret. His expositis ad fimbrias Ill.mae et Rev.mae Celsitudinis Vestrae advolvor, et me ipsum protectioni recommendo.

Ill.mae et Rev.mae Excell. Vestrae, D.ni et Patroni mei Celsissimi humillimus et obsequentissimus Servus

J. Skarbek, Archiepiscopus Leopoliensis.

Meriburce, die 11 Iunij 1720.

69.

Roma, 18. VI. 1720.

Cardinalis Olivieri Secretario de Prop. Fide de charactere visitationis Nuntii Varsaviensis Confraternitatis, Collegii, et ecclesiarum Armenarum Leopoli, ubi Synodus celebrabitur sub eius praesidentia.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 4, fol. 85rv.

Dalla Segreteria dè Brevi, li 18 Giugno 1720.

Il Signor Card. Olivieri prega Monsig. Ill.mo Carafa à saperli dare in risposta, se le Visite, che deve fare Monsig. Nunzio in Polonia delle Chiese Rutene della Russia, e Lituania, e delle Armene in Leopoli, sia solamente ad referendum, o pure con le facoltà. oltre la detta visita, di riformare, coreggere, far statuti etc., togliere abusi, e provedere con censure contro gl'inobedienti; è necessario di aver tal notizia, e insieme, se in detti luoghi vi (f. 85v) siano Giesuiti, per farne menzione. Quando poi non abbiano à darseli queste facoltà espresse, si conterrà nelli Brevi da spedirsi con fo mole meno ampie, tanto più che nell'ordine havuto di tale spedizione si riserva l'approvazione di tutti gli atti alla Sac. Congregazione.

Favorisca V.S. Ill.ma di riposta, acciò possa far domattina segnare li Brevi da S. Santità, etc. et bacia le mani, etc.

70.

Chelma, 21. VI. 1720.

Episcopus Chelmensis unitus de materiis futurae Synodi Provincialis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 118.

Illustrissime, Excellentissime, ac R.ndissime Domine, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Quod Sanctissimus Dominus Noster Clementissimus, pro Pastorali Ecclesiarum sollicitudine, singulariter vero pro Paterna erga Ruthenas nostras Ecclesias charitate, Vineam nostram excultam esse velit, Vicariumque suum per Regnum Poloniae, scilicet Excellentissimam, et Illustrissimam Dominationem Vestram, ad eandem excollendam cum ingenti animi nostri solamine destinet, tum Sanctissimo Domino nostro, Domino Clementissimo, tum Illustrissimae et Excellentissime Dominationi Vestrae perpetuae sunto grates. Quoad Puncta in Sinodo Provinciali Leopoliensi proponenda, et decidenda, ea iam transmissa ad Illustrissimam et Excellentissimam Dominationem Vestram ab Illustrissimo Archi-Episcopo nostro Metropolitano copiatim legi, nec ijs quidquam superaddendum puto; si autem aliqua supersint a Clero meo proponenda, ea post absolutas Decanatuum Congregationes, in sequenti, Deo dante, Sinodo Generali non gravabor deferre; me ipsum cum integro Dioecesis meae Clero gratiae, et patrocinio Illmae ac Excell.mae D.nis Vestrae, hanc coronando epistolam, recomendo, manens

Chelmae, die 21 Iunij 1720.

Illustrissimae, Excellentissimae Domin. Vestrae Servus humillimus, et Exorator

Josephus Lewicki, Episcopus Chelmen.

71.

Meyher, 25. VI. 1720.

Archiepiscopus Leopoliensis J. Skarbek de Synodo Provinciali Ruthenorum, deque eius materiis, speciatim de disciplina Cleri et de conviventia interrituali, de Clericis, de ecclesiis, de ingerentia in Sacramentis administrandis, de filiis sacerdotum, de praerogativis, privilegiis et immunitatibus etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 110-112.

Rev.me Pater et Padrone Colend.me.

Summopere gaudeo de felicissimo reditu Rev.mae P. Vestrae Leopolim, et omni maiori affectu Rev.mam P.V. saluto, et amplector, sperans in brevi tempore ipsemet praesens eandem salutandi habere honorem.

Informatus sum jam ex gratissima Rev.mae P. Vestrae epistola de Synodo Rutena futura die 26 Augusti, sub praesidentia Ill.mi D. Nuncij Apostolici, quinimo et ipsemet Ill.mus Nuncius dignatus est mihi scribere, absque tamen determinatione temporis.

Jam quoad puncta desiderata respective «delli Preti Ruteni multiplicati, e le chiese senza necessità,» difficillimum esset Bona, et Locos specificare. Id in Dioecesi Rev.mi nostri Episcopi Leopoliensis Rutheni non audivi practicari. Sunt multae ecclesiae Ruthenorum erectae, sed in Locis desolatis antiquarum, quae adhuc extant. Nescio an in Podolia haec multiplicatio practicetur, non deerit informatio Ill.mi D. Episcopi Camenecen., qui huic Synodo est invigilaturus. Similiter nescio, an in alijs Palatinatibus Russiae, uti Volhyniae, Braclaviae, Kioviae idem practicetur; certum autem esse audivi in Dioecesi Premysliensi plures Popones tanquam haereditario jure circa unamquamque fere ecclesiam in multis Locis permanere, et agros ecclesiarum, ac hortos inter se divisos possidere. Est intra Dioecesim meam Latinam Villa Starzyska, non procul a Jaworov, ad Ruthenam Premysliensem pertinens, ibi idem actu esse Rev.ma Paternitas rescire potest, sed etiam alibi intellexi practicari, et quantum fieri potest notitiam capiam de aliquibus certis Bonis, cum singula enumerare esset difficillimum; habent enim Episcopi Rutheni ad (f. 110v) quinque vel sex millia ecclesiarum suarum intra qualibet suam Dioecesim, signanter, et praecipue Domini Episcopi Leopoliensis et Premysliensis. Hoc vero tollere est difficillimum, nisi etiam Nobilitatis accedat assensus. Domini enim Bonorum preferunt propria lucra, a multis annis practicata, reductioni ad legem ecclesiasticam, quae lucra maxime in eo consistunt quod ordinarie ad sacerdotium Ruthenum Filij succedant Patribus, qui cum Patris praerogativis minime gaudere possint, sed tanquam subditi Dominis nascantur, debent se redimere a subditatu, et sic praesentantur; ubi plures Popi habentur, quisque filium desiderat successorem, et lucrum

majus praestat, quam si unus haberetur; nisi Domini Episcopi ipsi hos abusus tollere valeant. Sed jam scripsit ad me Dominus Palatinus Podoliae, et forte etiam alibi, ne in ista Synodo quidquam definiatur, quod ad totam Rempublicam spectat, et ut ista Synodus prius innotescat.

Quoad secundum, an sint fundatae vel dotatae ecclesiae illorum, suppono aliquas praecipuas existere dotatas, particulariter monasteriales. Aliae solum habent fundos antiqua possessione firmatos, pares, vel raro ampliores Rusticanis, unde si aliquis plus uti velit, solvere onus fundi tenetur. Caeterum, sicut existentes Schismatici sufferebant onera, ita etiam Uniti post tot edicta mea, maxime a potentioribus Dominis non sunt liberi, et aliqua servitia praestant illis. Possunt inveniri aliqui in Regalibus bonis habentes Privilegia regia, et in alijs Dioecesibus, nescio, an quid plus habeant, (f. 111) sed puto Ill.mo D. Nuncio hoc ab alijs Ill.mis DD. Episcopis latinis id esse deferendum, cum parte mei Officij Metropolitani in hoc puncto non remittam, ut ipsis haec Synodus innotescat.

Ad 3um. Scripsi Ill.mo D. Nuncio querulari Parochos multos, quod Ruteni Preti se ingerant in administrationem Sacramentorum, et etiam clandestina et nulla reddunt matrimonia, et ad Ritum suum traducunt, etiamsi viciniores habeantur ecclesiae, unde colligant probationes. Conqueritur saepe Rev.mus Dominus Episcopus Camenecen., quod nullam in hoc potest assequi iustitiam. In casu necessitatis extremae possunt ab unoquoque Parocho, quinimo Presbytero, juxta Ecclesiae sancitum, administrari Sacramenta necessaria, sed non alias; solent enim etiam post duo milliaria Latini ad suas ecclesias pro confessione et communione Paschali accedere. Et nihil impedit, vel impedire potest simplices, et quosvis alios, ut coram proprio Parocho matrimonia contrahant; si baptizantur infantes Latinorum, in casu necessitatis, deberent ad metricas latinas illas curare inscribere, et non avocare ad Ritum suum. Sepulturas mortuorum Latinorum, quorum possunt devehi commode corpora, non deberent facere, quod suo tempore plenius inferendum erit, ne per favorem aliquem Ritui Ruteno praestandum, detur occasio extinctioni Ritus Latini, qui primas semper retinet praerogativas.

Ad 4um. In quo consistat querimonia Nobilium circa exemptionem filiorum de' Popi. Hic favor quem praetendunt Rutheni Parochi, nunquam est concessibilis, et pertinet ad totam Rempublicam. Ex eo (f. 111v) enim quod charactere sacerdotali sunt insigniti Parentes, eorum filij non characterizantur, sed sunt simplices, nisi Parentes fuerint nobiles, et communiter Popi procedunt ex subditatu Nobilium, unde filij eorum manent subditi, et etiamsi Pater aliunde sit ortus, jure tamen Regni ex quo nascuntur in bonis aliquibus, iam subditi censentur; alii novum ordinem forte in Republica constituere desiderarent, et periculum esset, ex filijs Poponum aliquem novum

conflari exercitum, qui sedes aliquas occupare desiderarent; si enim non essent subditi Dominorum, ubi sunt nati, nec in Bona Ecclesiastica succederent, quid haberent? Permittitur tamen illis, qui laborare non valent, ut obsequia suis ecclesijs praestent; aliquis, si invenitur habilis, excepto subditatu, ad Beneficium pro successore Patris praesentatur, maxime si Pater sit senio confectus.

Ad 5um. Circa conferendum cum Ill.mis DD. Episcopis, non remittam meum officium, sed certum est a nostris Parochis Ruthenis nulla praejudicia fieri, sed e contra ab illis practicantur, quae suo tempore explicari curabuntur. Ipsorum DD. Episcoporum Ruthenorum, ratione proventus a suo Clero, potentia major, et praerogativa minor, non deest tamen in aliquibus ambitio. Sed nostrorum Ill.morum Episcoporum est praerogativa major, sed census ex bonis non correspondet, nec possumus in nostros exercere haec imperia, quales ipsi in suos exercent, imponendo, augendo contributiones. Unde sine labore, sine sudore fiunt ditiores, nostra protectione utentes, et sub illa magis se locupletantes. Sane considerandum (f. 112) est, ne quaestiones praedictae, maxime prima, Reipublicae aliquam adinferant displicentiam. Ego epistolam a D. Palatino Russiae scriptam ad me communico, forte etiam Ill.mo D. Nuncio communicanda esset, si videbitur Rev.mae Paternitati. Ego solum terminis generalibus innui aliquid, nec forte super immunitate Rutheni Ritus consentirent, nisi ex voto totius Reipublicae, licet haec immunitas jam ab aliquibus practicari perhibeatur, et de illa motae ante querelae jam silere videantur.

Plura suo tempore Rev.mae P. Vestrae patefient, modo me recommendo singulari gratiae, et benevolentiae Rev.mae P. Vestrae, manens semper in cultu perpetuo.

A Meyher, 25 Junij 1720.

Rev.mae P. Vestrae devict.mus et observant.mus Servus

J. Skarbek, Archiepiscopus Leopolien.

Eodem fere tempore quo Synodus ista, Comitiola, sive Congressus Nobilium antecomitiales intervenient, quae solent esse sex septimanis ante magna Comitia, quae incipient feria secunda post festum Michaëlis.

72.

Roma, 19. VII. 1720.

Cardinalis Secretarius Brevium transmittit Breve ad Synodum Provincialem.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 4, fol. 155.

Dalla Segreteria de Brevi à Principi, 19 Luglio 1720.

Viene à V.S. Ill.ma qui accluso il Breve,[143] che dalla Santità di Nostro Signore si scrive al Metropolitano della Russia, et a tutti li Vescovi Ruteni di Rito Greco in occasione del Sinodo Provinciale, che dovranno celebrare, secondo il desiderio di cotesta Sacra Congregazione, con la sua solita copia; e chi scrive bacia à V.S. Ill.ma riverentemente le mani.

73.

(*Valachia, X. 1720*).

Ioannes Pataki, nominatus Valachorum Unitorum episcopus, pro erectione confirmationeque fundationis Episcopatus et sui instat.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 627, fol. 290.

Beatissime Pater.

Nominatus per Maiestatem Caesareo Regiam Episcopus Valachorum, Graecorum, Ruthenorum et Rascianorum Ritus Graeci Fogarasiensis in Transylvania, partibusque Hungariae eidem annexis Ioannes Pataki provolvit se Sanctissimis pedibus Beatitudinis Vestrae et obtestatur per salutem suam, animarumque recenter Sanctae Matri Romanae Ecclesiae unitarum ac ferme in sexennium suo Pastore orbatarum dignetur Sanctitas Vestra ex innata pietate sua, paterna solicitudine, animarumque salutis zelo, erectionem Episcopatus, confimationemque fundationis atque sui quam misericorditer adpromptare.

Oves siquidem absque Pastore, ipse vero nominatus, absque Coelestis Panis solatio in tantos annos ferme spiritus fame tabescunt, cum aperto damnationis aeternae periculo, sed et interim per viscera misericordiae Divinae provideri nominatus Episcopus orat, ut ritu Latino salutis illud celebrare possit Mysterium, cum ante impositionem manuum a Sacrificio ritus Graeci abstinere, ne scandalizentur pusilli cogatur. Ex ratione autem ritus graeci, in quem per Sanctitatis Vestrae indultum, publica facta Basiliana professione translatus fuerat, Latinam Missam celebrare, panemque ferme ethnicam Sacramentorum abstinentiam, cum summo cordis sui dolore, animae vero maximo detrimento sustinere debuerit; orat proinde termillies et amplius ingeminato suspirio prostratus supra. Quam misericordiam, etc...

---

[143] Cfr. *Documenta Pont. Romanorum*, II, 39-40, nr. 654.

74.

(*X. 1720*).

Instantia pro confirmatione Apostolica nominati episcopi Fogarasiensis Ioannis Pataki.

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 627, fol. 288rv.

I Populi Valacchi, Greci, Ruteni e Rasciani nella Transilvania novamente uniti alla S. Chiesa Cattolica Romana ed al presente ascendenti al numero di 300/m umilmente espongono all'EE.VV. che sino sotto li 6 del mese di Settembre dell'anno 1628 si compiaquero l'EE.VV. con speciale rescritto di N.S. approvare l'erezione del Castello di Fogaraz in detta Provincia in città Cattedrale di Rito Greco con la preecedente e congrua dotatione, fatta a tale effetto dalla religiosa e paterna munificenza dell'Imperatore, con la riserva del iuspatronato a favore di S. Maestà ed insieme si compiaquero di confermare o sia approvare la persona di Giovanni Pataki, nominato alla medesima nuova Cattedrale dalla Maestà Sua acciò gl'Oratori avessero il loro proprio Pastore sotto la cui vigilanza potessero conservarsi ed insieme con la grazia del Signore aumentarsi a gloria della S. Romana Chiesa, supplicano pertanto l'EE.VV. a degnarsi spedirnegli il decreto sopra di ciò emanato.

(fol. 288v) E perchè sono stati gl'Oratori e saranno per essere sempre soggetti alla direzione e giurisdizione dell'EE.VV. quindi si avanzano anche a supplicarle perchè benignamente si degnino trasmettere il detto decreto allo spedizioniere di cotesta S. Congregazione acciò a nome di essa spedisca le Bolle alla spesa delli quali soggiaceranno in tutto e per tutto gl'Oratori. E quando ciò non siegua trovandosi privi non senza poco scandalo delli Scismatici, di quei avantaggi spirituali che hanno persuaso la concessione della grazia sono stati di sprone alla religiosa generosità dell'Imperatore, essendo agli Oratori ed al nominato impossibile il poter procedere per altra strada nella spedizione di detta grazia e del tutto etc.

75.

Roma, 3. II. 1721.

Relatio Cardinalis Federici Althann de Ecclesia Fogarasiensi, cuius brevem historiam in Consistorio secreto enarrat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 671, fol. 383rv.

In Palatio Apostolico Quirinali, Fer. 3a Februarij 1721, fuit Consistorium Secretum, in quo SS.mus Dominus Noster...

Referente Rev.mo D. Michaele Friderico Cardinale ab Althann, oppidum

Fogariscum in Civitatem necnon Parochialem ecclesiam S. Nicolai in dicto oppido sitam in Cathedralem Graecorum Ruthenorum, Vallachorum, Rascianorum, aliorumque, qui Graecum Ritum sequuntur, et per Transylvaniae Provinciam commorantur, erexit, et instituit, cum insignijs, et Privilegijs, quibus reliquae Ecclesiae Cathedrales Graeci ritus gaudere volent, et cum assignatione dotis trium millium, et octoginta quatuor Florenorum cum quindecim crucigeris monetae illarum partium, millequingenta scuta monetae Romanae circiter constituentium ex Pago de Bassembac, necnon Dominij Samosvivar annuis redditibus fiscalibus a Serenissimo Carolo, Hispaniarum Catholico, et Romanorum Rege in Imperatorem Electo constitutoque, cui propterea uti Transylvaniae Principi, eiusque haeredibus, et successoribus in eodem Transylvaniae Principatu Jus praesentandi et nominandi, etiam ab hac primaeva erectione Sanctitati Suae, et Romano Pontifici pro tempore existenti, Personam idoneam ad Ecclesiam praedictam infra tempus, a jure praefixum, reservavit, cum decreto, quod quamprimum emi debeat domus episcopalis, pro qua quatuor mille florenorum summa jam assignata reperitur; quodque iuxta Graeci Ritus ordinationes debeant in eadem ecclesia constitui monachi, et sacerdotes, si forte modo non adsint, qui loco sint Canonicorum, et Capituli; et cum declaratione, quod promovendi ad dictam Ecclesiam Fogarasien. eorum tantum, qui Graecis (f. 383v) Ritibus addicti sunt, Episcopi vocari, et esse debeant, et in illos tantum iurisdictionem exercere valeant, servando tamen decreta omnia Congregationis de Propaganda Fide quoad Graecos, qui Latinis immixti vivunt, saepius emanata, et sine praeiudicio, vel laesione jurisdictionis R.P. Georgij Martonffi, Episcopi latini Transylvanien. eiusque successorum, et alias iuxta Decretum Congregationis rerum Consistorialium, cum derogationibus, concessionibus, reservationibus, decretis, indultis, et clausulis necessarijs et opportunis latius in schedula consistoriali extenden.; ac insuper praedictae Ecclesiae sic erectae providit de persona R. Joannis Pataki Patri praedicti Ritus Theologiae Doctoris, fidem etc. professi, omniaque etc. habentis, ipsumque illi in Episcopum Graeci Ritus praefecit et Pastorem, curam etc. committendo, cum Indulto suscipiendi munus consecrationis ab uno Episcopo, assistentibus sibi duabus Dignitatibus, et cum Decreto, quod Seminarium ad praescriptum S. Concilij Tridentini instituat, Montemque Pietatis erigi curet, eius conscientiam super his onerando. Absolvens, etc. cum die, etc.

Petrus Cardinalis, Vice-Cancellarius.

76.

Krasnostavia, 3. I. 1721.

Episcopus Chelmensis latinus, A. Fredro, de praetensionibus Ruthenorum et de eius optima dispositione ad fraternam et amicabilem conviventiam.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 231rv.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Dum mihi nihil magis in voto esse potest, quam omnia mandata et nutus Eminentissimarum et Reverendissimarum Dominationum prompta exequi obedientia et executione, sic ad haec quae ex annexo folio ab Eminentia Vestra intellexi, cum debito cultu et profundissima veneratione respondeo. Celebrata Synodus ab Ill.mo et Rev.mo Episcopo Premisliensi, immediato in hoc Episcopatu Chelmensi antecessore meo, non praescripsit mihi in hoc legem vel regulam, ad quam me conformans debeam vel intendam visitare ecclesias in Dioecesi mea Ritus Graeci Unitas, nam uti hoc semper a voluntate mea alienum fuit, sic aesitat illas modo actualiter, sine ullo impedimento etiam in loco solitae residentiae meae Ill.mus et Rev.mus Episcopus Ritus Graeci Unitus. A tempore autem possessionis meae in hoc Episcopatu, cum omni fraterna charitate et observantia vivendo cum praenominato Ill.mo Domino, uti nullam dedi occasionem quod debeat molestiam vel minimam illi afferre, vel avertere a me animum ejus, sic et in posterum, imo multo magis adimplendo voluntatem Sacrae Congregationis Eminentissimarum Dominationum, id facere conabor et nihil mihi exoptatius esse posset, ut ejusdem semper sit animi et dispositionis Ill.mus Episcopus Unitus. (f. 231v) Illa vero ante annos aliquot in Dioecesi hac celebrata Synodus quoniam non cura vel jussu meo est impressa, sic de reimpressione ejus nihil est mihi plane cognitum. Modo Eminentissimarum et Reverendissimarum Dominationum Sacras exosculor Purpuras et maneo.

Eminentissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae devotissimus, obligatissimus et humillimus Servus

A. Fredro, Episcopus.

Crasnostaviae, 3tia Jan. 1721.

77.

Leopoli, 3. III. 1722.

Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum J. Augustynowicz lamentatur contra P. St. Trombetti eiusque modum regendi Seminarium petitque ut amoveretur et alius magis favorabilis mittatur.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1720-22, vol. 64, fol. 511-12v.

Emin.mi, et Rev.mi Domini, Domini, Patroni Colendissimi et Benefactores Clementissimi.

Quod hactenus per tres ferme annos, a regressu meo ex Urbe, nihil unquam ausus sim ad EE.tias Vestras Rev.mas adversus personam Patris Trombetti, Praefecti Collegij Pontificij Leopoliensis, scribere, id totum factum est sub fallaci spe emendationis, et meliorationis affectus eiusdem, erga me, Clerum, et Nationem meam. Verum, cum experientia magistra, nihil admodum immutatus sit a pravo animo suo, et aliunde, novae semper emergant occasiones, rixarum, et discordiarum, cum eodem, qui, ex innato odio insevit semper contra Nationem meam, nunc eam, coram Populo calumnijs et convicijs proscindendo, nunc vero Nobiles et Magnates concitando, ideo humillibus instantijs, et supplicationibus totius Cleri, et Nationis meae proprias etiam addo, suppliciter rogando, quatenus EE.tiae Vestrae Rev.mae dignentur hisce malis oportune providere. Accedit quod nuper, praeter alias indebitas actiones P. Trombetti, rettulerunt mihi cum fletu et lachrymis Alumni Ritus mei, uti Pastori suo, qualiter si semper male, nunc pessime tractantur, quod ad victum, et amictum a praefato P. Praefecto, nam talis panis, talis cerevisia, et fercula talia apponuntur ipsis in Mensa, qualia nec Rustici (f. 511v) quidem manducare solent, adeo tamen, ut prae cordolio, et desperatione post tot nimirum elusas expostulationes, et quaerullationes coram praefato P. Praefecto, qui ex despectu subornavit coquum, ut male tractarentur, constituerint ad S. Cajetanum recursum suum facere, prout de facto omnes tam ex Armenis, quam ex Ruthenis fecere, recitando publice in Capella Collegij Novennam ad eundem Sanctum, ut animum Patris Praefecti emoliret ad pietatem, et commiserationem. Id tamen cum rescivisset praedictus P. Praefectus tanquam reos magni criminis increpare eos caepit, minando eos percutere, et mortificare. His ergo de causis necessarium omnino duxi, non amplius a me tacendum esse, sed pro finali quiete, rerum et remedio recursum facere ad EE.tias Vestras R.mas, prout de facto humiliter facio, suppliciter, et enixe rogando, quatenus EE.m.tiae Vestrae R.mae, dignentur praefatum P. Trombetti removere a Praefectura, vel saltem a Regimine Armenorum, separando eosdem a Ruthenis, pro quibus extat hic in Civitate una Domus, (f. 512) ad instar Pallatij, immediate ad ecclesiam Ruthenorum sita, pecunia Sacrae Congregationis empta, sat commoda, et capacissima, idque eo vel maxime, quia pro Ruthenis annuatim percipiuntur ad decem, vel duodecim millia Proventuum, tum ex Villa Dublani, quod ex alijs Praediis, Campis, et Fundationibus, tum EEm.tiarum Vestrarum, tum Metropolitae Winicki, tum Episcoporum Graeci Ritus, unde faciliter subsistere posset Collegium pro Ruthenis separatum a Collegio Armeno, quod per tot annos, cum solis Redditibus ex gratia EEm.tiarum Vestrarum Rev.marum habitis stetit usque ad Fundationem Collegij Rutheni. Et ne deinceps occurrant lites, et discordiae

cum praefato P. Trombetti, dignentur constituere pro Armenis novum P. Praefectum, qui habeat amorem, et affectum erga Nationem meam. Non desunt hic alia subjecta dignissima ex hoc Sacro Ordine D. Cajetani, qui laborarunt, et actu laborant pro institutione Alumnorum in scientijs. Cujus gratiae semper ego, Natio, et Clerus meus eviternam asservabit memoriam, et obligationem. Et dum fisus gratijs, et favoribus EEm.tiarum Vestrarum Rev.marum, spero me obtenturum desideratam (f. 512v) pacem, et quietem, cum profundissimo cultu, et veneratione post osculum Sacrae Purpurae maneo.

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum devinct.mus, obseq.mus et hum.mus Servus

Joannes T. Augustinowicz, Archiep. Leop. Armenus.[144]

Leopoli, 1722 Martij 3tia.

78.

Roma, 5. V. 1722.

Cardinalis N. Spinola Secretarium de Prop. certiorat de concluso examine Actorum Synodi Zamostianae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 322.

Di Casa, 5 Maggio 1722.

Il Cardinale Nicolò Spinola bacia le mani a Monsignor Ill.mo Segretario di Propaganda Fide, e significandole d'aver terminato il ristretto sopra le materie consapute del Sinodo di Zamoscia, ne attende il più proprio per la sollecitudine del medesimo. E si rinuova etc. etc. ...

79.

Leopoli, 27. V. 1722.

Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum Nuntium petit de Calendario, de duobus Lectoribus Theatinis, et de amotione P. St. Trombetti.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1720-22, vol. 64, fol. 527rv.

Eminentissimi, et Reverendissimi D.ni, Domini, Padroni Colendissimi, Domini Benefactores Clementissimi.

Ac tantum recepi notitiam de felicissimo adventu Varsaviam Ill.mi

---

[144] Ioannes Tobias Augustinowicz, Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum (1713-1752); cfr. *Hierarchia Cath.*, vol. V, 243.

Domini Nuntij Santini,[145] extemplo acceleravi ad reddenda ipsi personaliter debitas veneraciones, unaque conferendum cum eodem, oretenus, ratione Calendarii Ecclesiae meae, et Collegij. De quibus degens Romae, tum, et hinc exposueram Eminentiis Vestris Rnd.mis plenissime eundem hoc in passu informando; et dum immorarer Varsaviae accepi quoque Eminentiarum Vestrarum Rnd.marum acclusam in ipsius cooperta, in qua, cum favorabile obtinuerim Responsum, ratione diutioris mansionis PP. Cottoneorum, Lectorum huius Collegij, ideo cum Clero, et Natione mea, infinitas exsolvo grates Eminentijs Vestris Rnd.mis pro eo, quod nostris votis benigne annuere dignatae sunt; et certe digni sunt hi PP. hac Eminentiarum Vestrarum Rend.marum gratia; indefesse enim hac in Missione laborant, quotidie majora virtutum, et eruditionis edendo specimina. Unicum restat enixim orare, utinam et exorare ab Eminentijs Vestris Rnd.mis, ut Collegium hocce Ruthenum transferatur ab Armeno; impossibile est enim duas in eodem Collegio contineri Nationes, ob pericula jam alias Eminentijs Vestris Rnd.mis a Natione mea exposita, quae et olim (f. 527v) intervenerunt, et in futurum contingere possunt; et si agitur de summa, quam P. Trombetti in extructione quatuor cubiculorum supra muros Collegij Armeni expendit, eam vix ad 150 scuta Romana ascendere defero Eminentiis Vestris Rev.mis. Verum quidem est, quod natio mea habet declarationem Sacrae Congregationis quod quidquid de novo aedificabitur in eodem Collegio, cedere debebit in emolumentum eiusdem Collegij; si tamen dignabuntur demandare Eminentiae Vestrae Em.mae, ut ipsi haec summa refundatur, hanc etiam pro majori pace, et tollendo obice, Natio mea parata est exsolvere, dummodo Collegium Ruthenorum ab Armeno transferatur, et ipse P. Trombetti hinc amoveatur. Quo in puncto, dum Paternam Eminentiarum Vestrarum Rnd.marum clementiam, ego cum Clero, ac Natione mea avidissime exambio, Sacram earundem Purpuram cum profundissimo cultu, et veneratione deosculor, maneoque perenniter.

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum devotissimus, obseq.mus et hum.mus Servus

J.A., Archiepiscopus Leop. Armenorum.

Leopoli, die 27 Maij 1722.

80.

Luceoria, 8. VI. 1722.

Episcopus Luceoriensis J. Wyhowskyj commendat Clerum educandum pro bono Unionis nec non de non removendo P. St. Trombetti ex Collegio Leopoliensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 636, fol. 456rv.

---

[145] Vincentius Santini, Archiepiscopus Trapezuntinus, Nuntius Ap. in Polonia (14.XI.1721-† 1728); cfr. *Hier. Cath.*, V, 386.

Eminentissimi, Celsissimi et Reverendissimi Principes, Domini, Domini et Benefactores Amplissimi.

Si caeteros Dominos Coepiscopos meos sensibiliter alienatio ex Russiae Oris Reverendissimi Patris Stephani Trombetti, Collegij Pontificij Leopoliensis Praefecti, perturbat, at multo majorem mihi haec notitia infligit, dolorem, cum in tanta operariorum Dei, qui in dioecesi mea schismati contigua Sanctam promoverent Unionem penuria, etiam pernecessarium multiplicationis eorum adimatur mihi medium per alienationem dicti Rev.mi Patris Trombetti, si quidem novellae Alumnorum in Collegio Leopoliensi pro meae Dioecesis opportunitate Fundationis nondum in omnibus completae integritas in dubium vocaretur, si cujus alterius ignoti cederet dispositioni, quam ejus, qui jam per plures annos talia bene novit cum summo Ecclesiae nostrae fructu tractare negotia. Ipsius denique Unionis Sanctae subsequerentur talem abscessum incommoda, quandoquidem nostri Incolae ad novum non ita facile assuefient Praefectum. Ob has ergo et multas alias validissimas (f. 456v) rationes cado pronus ad asylum gratiae Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum enixe interpellando pro advitalitate Rev.mi Patris Trombetti in Praefectura Leopoliensi; zelus Unionis Sanctae comedit me, ut in hoc negotio audeam inferre molestiam Eminentissimis Celsitudinibus Vestris, a quorum clementia haec desideria mea optata praemiari expectando Corona, Fimbriam Sacrae uniuscujusque exosculando Purpurae, maneo

Luceoria, 8va Iunij 1722 Anno.

Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum humillimus et devotissimus Servus

Josephus Wyhowski, Exarcha totius Russiae, Episcopus Luceorien., Ostrogien., S.R.I. Comes (mpr).

81.

Luceoria, 8. VI. 1722.

Ep. Wyhowskyj Nuntio Ap. instat pro non amovendo P. St. Trombetti ex Praefecto Seminarii Leopoliensis et timet malum influxum in alios Episcopos Ruthenos eorumque fundationes in favorem Collegii.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 636, fol. 483rv.

Celsissime, Excellentissime et Reverendissime Domine, Domine et Benefactor Singularissime.

Communis Russiae de alienatione Rev.mi P. Stephani Trombetti, Collegij Leopoliensis Praefecti, dolor cedit mihi aliqualiter in sortem Fortunae,

dum optatissimam in nostris oris venerandi Celsitudinem Vestram praebet occasionem, cui auspicatissima quaeque seros in annos candido voveo pectore. Non dubito alios Dominos Coepiscopos meos singularibus literis convenisse Celsitudinem Vestram pro parte dicti Rev.mi Patris Trombetti, quibus etiam meam humilem adjungo interpositionem, enixe Celsitudinem Vestram implorando, quatenus hoc subjectum nobis ad vitae ejus tempora singulari authoritate sua apud Urbem evincere dignetur. Si quidem inter alia Ecclesiae Nostrae de tali abscessu incommoda, etiam mea novella pro Alumnis in Seminario Leopoliensi non adhuc completa Fundatio magnam pateretur jacturam, quae quantum sit pro mea Dioecesi necessaria, ipsa schismatis contiguitas facile Celsitudini Vestrae persuadere poterit. Accludo hic etiam in hoc negotio ad Sacram Congregationem scriptas literas a me,[146] quibus (f. 483v) momentum Instantiae suae adjungere humillime Celsitudinem Vestram oro; pluribus non inferendo molestiam Celsitudini Vestrae, sed gratiae, ejus Protectioni singulari negotium meum iam fors per Ill.mum Archiepiscopum Metropolitanum nostrum expositum recommendando, maneo

Celsissimae, Excell.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae humillimus Servus

Josephus Wyhowski, F.t.R., Episcopus Luceorien. Ostrog., S.R.I. Comes (mpr).

Luceoria, 8va Junij 1722.

82.

Leopoli, 10. VI. 1722.

Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum J. Augustynowicz de inobedientia cuiusdam Clerici armeni, de amotione P.S. Trombetti etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1720-22, vol. 64, fol. 571-72.

Eminentissimi, et Reverendissimi Domini, D.ni Patroni Colendissimi, Benefactores Clementissimi.

Dignabuntur dare veniam EEm.tiae Vestrae Rnd.mae, quod saepe delicatissimas earundem aures humillimis meis supplicationibus fatigare praesumam, sed cum aliud non habeam Asylum, ad quod tuto confugere possim, ideo ad praesens quoque audeo quaerulari, de sat bene noto EEm.is Vestris Rnd.mis Praesbytero Butachowicz, qui non contentus, dum una

---

[146] Vid. supra doc. nr. 80.

mecum degeret Romae, meum traducere honorem, et inique calumniari, nunc etiam vice emendationis, et resipiscentiae, a praeteritis erroribus, in dies pejor evadit, potissimum, dum cum scandalo totius Cleri, et Nationis, imo universae Civitatis, iam a duobus circiter annis, mihi Pontificaliter celebranti, et solennes Processiones in ecclesia mea peragenti, assistere ac interesse temere recusat; et quamvis ad talem assistentiam adstrictus fuerit mandato meo, quod, ipso appellante ad S. Nunciaturam, per Decretum ejusdem Tribunalis est confirmatum, tamen et ad praesens, tam mandato meo, quam Decreto S. Nunciaturae refragarium se exhibet, ac interponit Appellationem ad S. Sedem Apostolicam, per idem Tribunal Sanctae Nunciaturae, uti a nullo gravamine refutatam. Unde cum non possim habere, cum hoc Presbytero pacem, ardentissime supplico EEm.is Vestris Rnd.mis, quatenus dignentur praevia sua Auctoritate mihi concedere facultatem removendi ipsum ex mea Dioecesi, uti scabiosam Ovem, nulla enim est spes correctionis ipsius. Totum hoc quod ipse injuste agit provenit ex instinctu P. Trombetti, qui quamvis habeat expressum mandatum EEm.arum Vestrarum Rnd.marum (f. 571v) ne se immisceat ad Iurisdictionem meam, nec protegat discolos Sacerdotes, tamen ipse immemor hujus mandati, dictum Butachovicz fomentat, ut contra me calcitret. Non intermitto quoque deferre RRm.is VV.RR. quod idem P. Trombetti ad praesens Varsaviam se contulit ad Ill.mum D. Nuntium Apostolicum, stipatus plurima Magnatum, et Episcoporum Ruthenorum recommendatione, ad hoc, ut possit perpetuo gaudere munere hujus Praefecturae; imo, uti mihi certo constat, procuravit, ab aliquibus Episcopis Ruthenis tales Instantias ad S. Congregationem EE. Vestrarum RR., quod si non approbabitur in perpetuum, ipsi non dabunt appromissas Fundationes pro Seminario Rutheno. Sed credant EE.VV.RR. mihi vera scribenti, quod iidem Episcopi parum curant, utrum P. Trombetti, an vero aliquis alius sit Praefectus, et haec tantum coguntur scribere, ut se possint eximere a taedio, quod ipsis affert, per continuas, et importunas Instantias suas. Et si verum dicere licet, numerus Alumnorum Ruthenorum ad praesens in Collegio manentium, non correspondet provisioni, quam ipse multo majorem percipit ex Fundationibus. Parum ergo Episcopi citabunt de P. Trombetti, dummodo habeant pro Alumnis suis commoditatem. Haec EE. Vestris RR. ideo defero, ut possint malignitatem, et astutiam ejusdem evidenter colligere, et discernere, utrum recte agat per violentas Instantias, procurando sibi confirmationem Praefecturae, ac habita hac notitia concludere, ob quem finem hic velit diutius permanere, nisi, ut valeat me, Clerum et Nationem (f. 572) continuo exacerbare, angarizare, discordias ponere, et peroptatam perpetuo interturbare pacem, de quibus omnibus cum iam plenissime sit informatus oretenus a me pro tunc existente Varsaviae Ill.mus D. Nuntius modernus, unice tantum ad praesens paterna EE. Vestrarum

RR. clementia avidissime desideratur, ut his omnibus malis, dignentur imponere coronidem, amovendo hinc P. Trombetti, ut cunctis desiderata tranquillitas reddi possit.

Quarum altissimo Patrocinio, et validissimae Protectioni dum me, Clerum et Nationem meam, recommendo, Sacram eorundem Purpuram exosculor, ac cum profundissimo cultu, et veneratione maneo

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum dev.mus, obseq.mus, et hum.mus Servus

J.A., Archiepiscopus Leop. Armenorum

Leopoli, 10 Iunii Anno 1722.

83.

Leopoli, 10. VI. 1722.

Archiepiscopus Leopoliensis J. Skarbek instat in defensionem Praefecti Collegii Leopoliensis, P.S. Trombetti.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 636, fol. 479-480.

Ill.me, Excellentissime et Rev.me Domine, Domine Patrone Colensissime.

Requisitus ab Ill.ma et Rev.ma Excellentia Vestra, ut aliquam informationem exhiberem occasione discordiarum afficientium Personas Collegij Pontificij Leopolien. Ruthenorum et Armenorum, summopere doleo, quod mihi contingat scrutinio talium immisceri. Pro sacrificio tamen obedientiae, salva observantia dictarum Personarum in eodem Collegio munera sua exercentium, quod intellexi de foro et experientia docet in una congregatione plures habitantes fratres germanos praestare radicem facilem, quae in discordias pullulat, ac generare odia evertereque charitatem et pacem consuevit et ad pauciorem Personarum numerum duo fratres sufficiunt, ut conspiretur contra religiosam quietem et modestiam, dum in alterutro illorum praedominatur fervoris impetus, qui parva injecta scintilla, afflante secundo vento, facilis efficitur ad producendum incendium. Parum familiaris fui RR.PP. Cottoni, duobus fratribus, sed advertere potui aliquem ex ipsis sub climate calidiori natum, aliquid habere de natura natalis (f. 479v) soli, nec respondere temperamento istius Regionis, quamvis alijs dignis dotibus praeditus videatur. In Rev.dum Patrem Trombetti, Praefectum Collegij, nisi inimicus veritatis censuram imponerit, nescio unde adverso prematur fomite pro suis erga istud Collegium meritis, est cunctis acceptus sine exceptione, Magnatibus charus, negotijs promovendis Romam utilis et necessarius, disciplinae et exercitijs Seminarij attendens. Multum semper profuit et invigilavit cum summis laboribus et defatigationibus in difficillimis temporibus et publi-

cis revolutionibus, ut commodum dicti Collegij semper maneret integrum. Certe, sicut dolenda est ipsius aliqua sinistra inculpatio, ita commutatio, quam forte illa fraternitas praetendit, esset omnibus gravis et prosperitati negotiorum Collegij valde adversa, ob amorem communem quo facile cunctorum lucratur respectus. Quaesivi unde discordiae initium fuerit; non aliud audivissem, quod duo fratres convenerunt et conspirarunt, nec causam justam fuisse exortam nunquam quae praebuisset ansam adversitati animorum (f. 480) forte etiam suggerente se aliqua invidia, dum non omnibus permisit Deus habere talenta, inter quae etiam favor Principum reputatur. His itaque expressis quantum capere potui, meipsum gratiae et protectioni Ill.mae et Rev.mae Excellent. V. recommendo manens.

Illm. et Rev.dae Excellen. Vestrae devotissimus et observantissimus Servus

Joannes Skarbek, Archiepiscopus Leop.

Leopoli, 10 Iunij 1722.

84.

Spas, 20. VI. 1722.

Episcopus Peremysliensis H. Ustryckyj petit, ut conservetur ad vitae tempora ut Praefectus P.S. Trombetti pro bono Seminarii et Unionis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 636, fol. 455.

Excellentissime, Illustrissime, et Reverendissime Domine, Domine et Patrone Observantissime.

Quoniam, stante Synodo nostra Zamosciensi, unanimiter omnibus Episcopis expostulantibus apud Excellentissimum Antecessorem Suae Excellentiae, declaratum est, ut Reverendus Pater Trombetti, ad vitae suae tempora, inter nos commoretur, id ipsum, profundissima cum veneratione honoris et dignitatis Suae Excellentissimae Domi.nis, accelerans pedes, praesentibus his obnixe rogo, ut eundem, qui, sicut integer vita, ita etiam negotia nostra inter Ill.mos Magnates, et alios Regni nostri Primates bene intellexit, exponenda et promovenda, Seminariumque Dioecesis meae Premisliensis, propria cura Collegio Pontificio Leopoliensi incorporavit, linguam polonicam callet, Alumnis Dioecesis meae instrutionem et educationem bonam praebet, quare in eodem loco et gubernio Collegij Pontificij Leopoliensis ad vitae suae tempus dignetur conservare, ad Sacramque Congregationem instare, probitatem illius, et nostra explicando desideria, ne et declaratio synodalis suum amittat valorem, nostraque desideria, cum gratia Suae Excellentiae suum sortiantur

effectum. Quod vero talibus Suam Excellentissimam D.nem ausus sim discommodare, humillime deprecor, manens pro semper debito cultu.

Excellentissimae, Illustrissimae Rev.mae D.nis Vestrae Frater et Servus addictissimus

Hieronymus Ustrzycki, Episcopus Premyslien.

Ex Monasterio S. Salvatoris, die 20 Iunij 1722.

85.

Chelma, 23. VI. 1722.

Episcopus Chelmensis J. Lewyckyj de sua innocentia inculpata a P. Wietrzynskyj.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 328rv.

Eminentissimi, ac Reverendissimi S.R. Ecclesiae Principes, Domini et Patroni mei Colendissimi.

Duodecimus praeterlabitur annus ex quo Ecclesiae Chelmensis Clavo admotus ita rexi, ut vel a lividissimo oculo minimus in me potuit deprehendi error, imo, absit gloria, omnium actionum mearum, primae notae viros in Polonia habendo testes, omnium merui plausus, et laudes; nunc vero ab uno profugo, infamato et tot excessuum inculpato Patre Wietrzynski perjurus, et scelestus adeo descriptus supplices Eminentijs Vestris tendo manus debitam super honorem Episcopalem compassionem, et justam implorans animadversionem. Dabunt et quidem non sine doloris sensu, tali audito excessu, Illustrissimi Domini Episcopi Ritus Latini quibus convixi illibatae vitae meae nec ulla nota aspersae famae, et non exiguorum in Vinea Christi laborum et sudorum, ego solum fide et conscientia Episcopali testor, et fateor, coram me praemissis, praemittendis de jure depositum fuisse testimonium, illudque rotulo insertum, nihilque plus actum, pro quo perjurus et scelestus (f. 328v) nominari meruerim. Accipite Eminentissimi Principes doloris mei supremum sensum, et vel compatiens reddatis levamen, non tamen sine digna autoris tanti mali reprehensione, quam dum enixe imploro, submisissimo basio Sacrae Eminentissimarum Dominationum Vestrarum purpurae exosculor laciniam et maneo

Eminentissimarum Celsitudinum Vestrarum Servus humillimus et Exorator

Josephus Lewicki, Ep. Chel. (mpr).

Junij die 23, Chelmae 1722.

86.

Mukačevo, 29. VI. 1722.

Episcopus Mukačoviensis instat in favorem Unitorum in Maramoros et Cleri sui in eparchia Mukačoviensi, cui imminet periculum amittendi Privilegia Leopoldiana etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 636, fol. 403rv.

Reverendissime ac Religiosissime in Christo Pater et Frater mihi Obsequiosissime.[147]

Quod jam sat a longo tempore omni mea epistola Rnd.mam Paternitatem Vestram invisere praetermiserim plurimis distentus negotijs, peto veniam, gratiasque ago pro transmissis indulgentijs. Cum autem Clerus Graeci Ritus cum Sacra Romana Ecclesia Unitus, et in Marmoros in centum quinquaginta ecclesijs graemio S. Romanae Matris Ecclesiae adnumeratus, ab acatholicis Calvinianae haeresis Dominis Terrestribus publicis oneribus, contributionibus, immo etiam colonicalibus laboribus, pro mancipijs seu sclavis Praesbyteros Graeci Ritus habendo, aggravaretur, atque affligeretur; in Hungaria vero in actuali Diaeta Regni, Posonij inchoata, contra Praesbyteros a nonnullis, videlicet tredecim Comitatibus, conspiratum esset, ut Privilegia et Diplomata a felicissimae memoriae Augustissimo quondam Imperatore Leopoldo in favorem Graeci Ritus Praesbyterorum et eorundem filiorum emanata, et per modo felicissime Regnantem Sacram Caesaream Regiamque Maiestatem confirmata,[148] abrogarentur et annihilarentur, ac ita sacerdotes Dei suis immunitatibus ecclesiasticis exuerentur, filijque eorum, ex legitimo matrimonio procreati, ad colonicalem statum, seu mancipatum per Dominos Terrestres, in quorum tenutis degunt, redigantur, strenuissime laboraretur. Idcirco Rev.mam ac Religiosissimam Paternitatem obnixe rogo, quatenus Sacrae Congregationi de Propaganda hoc negotium repraesentare, et efficacissime recommendare dignaretur, ut altefata Sacra Congregatio SS.mi Domini Nostri Apostolica authoritate Nuntio Viennensi causam hanc Cleri defendendam recomendare gratiose (f. 403v) non dedignaretur.

Pro secundo, ut bigamis Sacerdotibus, in Marmaros recenter unitis, gratia et clementia a Sacra Curia Romana demonstretur, ne videlicet a secundis uxoribus separentur, dispensare, aut saltem tollerare dignaretur.

---

[147] Procuratori Gen. in Urbe, P. Benedicto Trulevič (1712-1726). – De hoc negotio deliberatum est in Congr. Gen., die 1.IX.1722; cfr. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, III, 200, nr. 1016.

[148] Agitur de Leopoldo I (1657-1705) et Carolo VI (1711-1740).

Pro 3tio, siquidem in proxime affuturo mense Januario, per Reverendissimam Paternitatem Vestram mihi procuratae Facultates Romanae expirarent, dignetur Paternitas Vestra novas mihi procurare. Quam in specificatis gratiam mihi praestandam omnimode resarcire studebo, et me SS. precibus recommendans, maneo

Reverendissimae ac Religiosissimae Paternitatis Vestrae Servus et Fr. in Christo obligatissimus

G. Gennadius Bizansky, Ord. S.B.M., episcopus Sebast., Munkacz. et Maramor. (mpr).

Ex solita Residentia ad Munkacz, die 29 Iunij, Anno 1722.

P.S. – Proxima occasione pro posta submittam aliquam discretionem.

87.

Leopoli, 10. III. 1723.

Archiepiscopus Leopoliensis J. Skarbek de morte Praefecti Seminarii Leopoliensis et nominatione alterius in eius locum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1723, vol. 65, fol. 175 (*copia*).

R.me Pater, et Patrone Col.me.

Non sine ingenti dolore cordis, et animi denuncio Rev.mae Paternitati Vestrae decessisse ex hac vita Rev.mum Patrem Trombetti,[149] die Dominica, mane, diluculo septima praesentis mensis Martij, cuius animae etiam in Cathedrali latina Suffragijs profecimus. Praeter invidos, qui eum odio habuerunt gratis, omnibus carus; Seminario quoque utriusque Ritus multa bona, amore, respectu ubique habito praetulit; Unionem Ruthenorum propagavit, varijs commodis idem Seminarium auxit, durantibus calamitatibus sua cura, dexteritateque bona ejusdem protexit; sepultus est in Ecclesia Armenorum die 9a eiusdem in assistentia Religiosorum.

Sed dolendum etiam, quod Collegium Pontificium non in eo statu, et ordine reliquit, qui est omnino necessarius; ipsius enim P. Travasa curam gerit, Ruthenis non bene affectus; unde Pontificium Collegium, nec Rutheno Alumnatui subiectum, et solum Armenorum fortiter asserit. Unde R.mus Dominus Episcopus Rutheni Ritus valde affligitur, quod in tali statu relicti sint Alumni, et quod summa certa Alumnis Ruthenis concernens, quae extabat

---

[149] De activitate Patris Stephani Trombetti in Seminario Leopoliensi cfr. opus Blażejowskyj D., *Ukrainian and Armenian... Seminaries...*, Rome 1975.

apud Rev.mum Patrem Trombetti, dubitatur esse secura; unde dum meam opem ad requirendum adhibuit, et cum requisitione miserim duos canonicos ad Patrem Travasa, crudum responsum est obtentum; nec hoc suffecit, nisi ipse Pater Travasa me adierit, voce clamorosa, et acerba honorem meum laederit, quem successum Excell.mo Nuntio Apostolico circumscribere debui, sed nunquam speravi praedefuncto Patre Trombetti fuisse quandoque contrarium, ac etiam rebus Ruthenis, qualem se modo monstravit.

Prosecuti sumus etiam Suffragijs in Cathedrali nostra etiam animam eius. Nisi alius ad ordinem Seminarij subrogetur, certe Rutheni Alumni reddentur afflicti. Multa proinde negotia etc.

Leopoli, Xa Martij 1723.

Devot.mus et observ. Servus

Joannes Skarbek, Archiep. Leopolien.

P.S. Cotoni adhuc hic manent, sed se habent pro hospitibus tamquam migraturi; unio Fraternitatis paci communi maxime est obnoxia.

Al Rev.mo Padre D. Alessandro Salaroli, C.R. Teatino.

S. Silvestro, Monte Cavallo, Roma.

88.

Leopoli, 10. III. 1723.

Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum de obitu P. Trombetti, de funere et de provisione novi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1723, vol. 65, fol. 164rv.

Emin.mi, ac Reverendissimi Domini, Domini mei Clementissimi.

Pro parte muneris mei, quo obligor, totum id deferre Eminentissimis VV. Rev.iis, quidquid in Collegio Pontificio immediatae Protectioni Sanctae Sedis Apostolicae, et Sacrae Congregationis Eminentiarum VV. Rev.marum subjecto, in dies peragitur; quamvis cum maximo animi mei maerore, hocce infaustum nuntium eisdem communicare cogor de morte pie def. P. Stephani Trombetti, olim Praefecti huiusce Collegij, qui post septem dies infirmitatis suae, et in lecto documbentiae, ex pleuritide, et febri maligna, quam ipsi causaverat praegravis ex trahis lapsus, postquam fuit munitus omnibus Sacramentis, exemplarissime, et summa cum omnium aedificatione ex hac vita migravit die 7a praesentis. Unde ego respectum habens non tantum meritorum eius, sed eo etiam attento, quod fuerit per tot annos minister Sacrae Congregationis, procuravi eundem cum Clero, et Natione mea Ponti-

ficaliter introducere in Archicathedralem meam, ac honorifice, prout decuit tantum virum, in assistentia omnium ordinum Religiosorum in eadem tumulare (f. 164v) reponendo cadaver ejusdem in sepulchro Antecessorum meorum.

Cum autem idem Collegium suo Praefecto orbatum permanere non possit, ideo, prout semper zelo boni ordinis in eodem promovendi flagrabam, ita et ad praesens Emin.tiis VV. Rev.mis nomine Cleri, et Nationis meae humillime supplicandum duxi, quatenus in ejusdem pie defun. P. Trombetti locum, Virum aliquem idoneum, qui sit de negotijs huiusce Collegij bene informatus, ac Clero, et Nationi charus, ex benignitate sua destinare dignentur.

Interim dum me, clerum, et Nationem meam altissimo Patrocinio, et Protectioni Eminentiarum VV. Reverendissimarum obnixissime recommendo, Sacram earundem Purpuram cum profundissimo cultu et veneratione deosculor, maneoque

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum divotissimus, oblig.mus et humil.mus Servus

J., Archiepiscopus Leopol. Armen.

Leopoli, 1723, 10 Martii.

89.

Luck, 12. III. 1723.

Episcopus Luceoriensis J. Wyhowskyj de morte P. Trombetti et commendat in eius locum P.C. Cottone.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1723, vol. 65, fol. 172.

Eminentissimi et Reverend.mi Principes Cardinales, Domini et Patroni, ac Benefactores Amplissimi.

Cum iam Rever.mus Pater Stephanus Trombetti, piae memoriae Praefectus Collegij Pontificij, tributum solverit naturae exuendo mortalitatem suam septima Martij post decubitum 7 dierum, variorumque morborum conflictationem, cumque ob id Roxolana Gens non exiguum detrimentum passa sit, amittendo nimirum tam eximium Protectorem suum; ut compensari ac reparari valeat tam magna jactura, et uni Viro faventissimo toti Genti meae succedat etiam alter Vir aeque favens, et gratus omnibus; humillimas meas fundo preces ad Eminentias Vestras Reverendissimas, una cum alijs Episcopis Confratribus, ac tota Roxolana Gente, enixissime exorando quatenus in locum pie defuncti subrogare dignentur R.dum Patrem Caietanum Cottone,[150] virum exactae vitae et morum, nostris assuetum oris et

[150] Nominatus fuit P. Joseph Redanaschi (1723-1735).

linguae, multumque etiam Ruthenae Genti acceptum ob praeclara ipsius merita, acquisita septem annorum spatio, quo degit in Pontificia Palaestra, ubi quam plures Alumnos erudivit in scientia, ac bonis moribus, magna cum utilitate huius Roxolanae Provinciae, adeo tamen ut ipsius opera et studio gaudeat nunc Dioecesis Leopoliensis, Praemisliensis, et mea optimis operarijs. His ergo de causis mirari non debent Eminentiae Vestrae Rnd.mae, si audeam pro prima vice interponere officia mea pro tam digna persona, cuius electio non nisi grata et accepta erit cunctis hominibus Gentis Ruthenae, quorum iam pridem praefatus Pater animos sibi devinxit; et ego sub illius Praefectura complebo Fundationem pro aliquibus Alumnis mei Ritus, idque potissimum intuitu huius gratiae quam humiliter imploro cum toto Clero meo, confisus itaque in altissima Protectione Emin. V.R. qua semper fovent Nationem Ruthenam; spero quod non patientur irrita esse vota mea, ac supplicationes Gentis meae, quae sicuti unice gloriatur in Patrocinio Eminentiarum Vestrarum Revd.marum ita mediante eodem fiducialiter sperat exauditum iri in suis expostulationibus. De qua gratia aeternum se devictam fatebitur tota Roxolana Provincia Eminentijs Vestris Rnd.mis, quorum Protectioni dum me, meumque Gregem recomendo, maneo cum profundissima veneratione et cultu.

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum humillimus Servus et Exorator

Josephus Wyhowski, Exarcha totius Russiae, Episcopus Luceoriensis, Ostrog., Comes S.R.I. (mpr).

Luceoriae, 12 Martii, A.D. 1723.

90.

Spas, 22. III. 1723.

Episcopus Peremysliensis H. Ustryckyj de obitu P. Trombetti et commendat in Successorem P.C. Cottone.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1723, vol. 65, fol. 173.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini, Domini Colendissimi et Benefactores Amplissimi.

Fata Reverendi Patris Stephani Trombetti, dedere mihi impetum ad osculandas Eminentiarum Vestrarum fimbrias, quod ex annexa fide Sacrae Sedi Apostolicae debeo, eamque omni submissione adoro. Quatenus enim obitus Rv.di Patris Stephani Trombetti, orbatos nos fecit sine Promotore negotiorum nostrorum, ideo supplex accelero ad Eminentissimas Domina-

tiones Vestras, enixissime rogans substituendum, in ejus locum, cum quo habeamus facienda facere. Cumque Rv.dus Pater Cajetanus Cottone, Vir exactae vitae et morum, nostris oris assuetus promovendorumque negotiorum peritus, summopere complacuit nobis nec non Proceribus Regni bene innotuit, quod est vel maxime Seminario promovendisque negotijs nostris proficuum, propterea statui non pro alio suffragium meum dare ad Eminentissimas Dominationes Vestras, nisi pro Rv.do Patre Cajetano Cottone, humillimo supplicans poplite, ut dignentur Eminentissimae Dominationes Vestrae Rv.dum Patrem Cajetanum Cottone creare Promotorem negotiorum nostrorum. His expositis, me ipsum ad plantas Eminentiarum Vestrarum porrigo, simulque maneo

Eminentiarum Vestrarum Reverendissimarum humillimus Servus et Exorator

Hieronymus Ustrzycki, Episcopus Praemysliensis, Sanociensis, Samborien. (mpr).

22 Martij 1723, in Monasterio S. Salvatoris.

(In foll. 166-167 extat et alia epistola eiusdem tenoris Ep. Joannis F. Szaniawski, auxiliaris archiep.pi Leop. Armenorum, scripta die 15.III.1723).

91.

Leopoli, 27. VII. 1723.

Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum J. Augustynowicz cum aliis Armenis, Senioribus Leopolien. concedunt perpetuum usum Collegii Armenorum Alumnis Ruthenis; ne tamen haec concessio in praeiudicium eveniat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 186rv (*copia*).

Obligatio Armenorum de non turbandis Ruthenis super possessionem Fundi, in quo hucusque extiterunt.

Sub tempus Visitationis Generalis tam Ecclesiarum Ritus Armeni quam Collegij Pontificij Leopolien., vigore Subdelegationis ab Ill.mo et R.mo Domino Vincentio Santini, Archiep. Trapezuntino et Nuntio Apostolico, in persona Ill.mi et Rev.mi Domini Stanislai Josephi Hosij, Episcopi Camenecensis, demandatae, et peractae, requisitum et expostulatum fuit nomine S. Congregationis de Propaganda Fide, quatenus iam S. Sedis, et aliorum fundationis, Alumnos Ritus Graeci sub eodem tecto, et directione Ad. RR.PP. Clericorum Regularium Theatinorum manentes, et pro tempore futuros, sine ulteriori ad S. Congregationem de Propaganda Fide recursu, et molestis

instantijs ad construendam pro ijsdem Ruthenis distinctam, et separatam mansionem, inter nostros Armenos illis libentur domicilium, et cohabitationem, prout nunc commorantur, et existunt permitteremus, ac nullo modo deinceps interturbentur, sed pacificam semper continuare possessionem possint, et valeant. Quare attentis eiusdem S. Congregationis de Propaganda Fide beneficijs, et munificentia, quam hucusque non tantum in fovendis Alumnis nostrae Nationis Armenae praestat, sed etiam in subsidio Ill.mi Archiepiscopi nostri annuatim clementissimam experimur liberalitatem, ne videamur ingrati, et refractarij, ac exhibeamus nos obedientes Sedi Apostolicae filios, et Clientes, libenti animo, et reverenti cultu exequentes intentionem, desiderium, et voluntatem eiusdem S. Congregationis de Propaganda Fide, salvis tamen prout jam alias, de die 26.Xmbris anno 1681, Antecessores nostri Armeni eidem S. Congregationi supplicationibus, et submissione factis, tum quoque ne ullo unquam praetextu, colore, et titulo tam Rutheni (f. 186v) Metropolitae, et Episcopi illorum Ritus quispiam in defectu Armenorum, vel alias quandocunque hocce Collegium Pontificium obtinere, retinere, et possidere, quam RR.PP. Theatini pro Ecclesia S. Crucis vicina instare, praetendere, aut curare, vel per se, aut per subordinatas Personas audeant, et praesumant, ita ut nec Collegium ad Ruthenos, nec Ecclesia ad dictos Patres spectare posse, et debere, et nequidem unquam dominium et proprietas ad illos pertinere dignoscatur, eisdem Ruthenis Alumnis, nunc et pro futuris temporibus, in dicto Collegio studia tractare, residere, et commorari una cum nostrae Nationis Alumnis Pontificijs (ita tamen ut nostri Armeni ante illos praecedant, et circa commoditates praeferantur) liberam, perpetuam, et pacificam mansionem, et residentiam cum plenario S. Sedis Apostolicae beneplacito, submissa veneratione, et obligatione indulgemus, et concedimus.

Datum Leopoli in Russia, Anno D. Millesimo septingentesimo vigesimo tertio, die 27 Mensis Iulij.

Joannes I. Augustinus, Archiepiscopus Leopolien. Armenus.
(L.S.) Christophorus Augustinovicz, Director N.A.L.
Gregorius H. Bernatowicz, Director, secundus Iudex
Nicolaus Amolck, I.N.A.L.
Jacobus Muratowicz, Iudex N.A.L.

92.

Fagaros, 8. IX. 1723.

Episcopus Fogarasiensis, Joannis Pataki, de possessione sedis suae episcopalis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Greci di Croazia, Dalmazia...*, vol. 1, fol. 191rv.

Sacrosancta de Propaganda Fide Congregatio. Domini, D.ni mihi Benignissimi.

Vigili obligaminis mei observantia compulsus, et omnibus titulis, Sacrosanctae Congregationi obligatus; praemissa homagiali animi mei reverentia, insinuare humillime praesumo, quod post finita ex parte Viennae negotia, tandem in vineam Domini, ad Ovile meum, in Transylvaniam dioecesim meam, prospere ingrediens Fagarasim, adiutrice Dei gratia, decimo sexto Calendas Septembris, praemissa solemnitate, in similibus adhiberi solita in Basilicam divo Nicolao dicatam, in erectam videlicet Cathedralem meam, uti et possessionem episcopalis meae Sedis, a Clero et Populo introductus sum, in qua Apostolicas meas Bullas, in idioma Valachicum transumptas, sonora voce, inter Sacrorum solemnia, in omnium conspectu, legi curavi, quibus auditis, magnum plurimi e Clero aeque ac Populo solamen concoeperunt, quod sibi eiusmodi Sacrosanctae Congregationis clementiam, favores et apostolicum zelum, tam benigne opitulatum videre fas fuerit.

(fol. 191v) Faxint Superi ut caeteris etiam in Sacra Unione adhuc recalcitrantibus, auxiliante Dei Dextera et suppeditatis desuper viribus Sacrae Congregationi rursus solatiosi aliquid transcribere valeam. In cuius dictae saepius Sacrosanctae Congregationis benignum sinum, unitus meus Clerus pariter atque Populus, se se una mecum humillime et de supplici genu in futurum etiam, dicant et dicando commendant.

Sacrosanctae Congregationis de Propaganda Fide humillimus Servus et Cliens

Joannes Nemes de Patak, Ep. Fagaros. (m.pr.)

Datum Fagaros, 8 Septembris 1723.

93.

Kvasoviae, 27. X. 1723.

Metr. Leo Kiška Procuratorem in Urbe rogat, ut suspensionem reintegrationis PP. Wietrzynski et Wolk apud Sanctissimum procuret.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: MPR*, vol. 4, fol. 496rv.

Copia litterae scriptae Kvasoviae, 27 Octobris 1723, ad Procuratorem Generalem Russiae, ex Polonico de verbo ad verbum translata.

Post titulum. Inquisiti sunt reinducti cum restricta potestate, sed non scribunt Varsavia, quaenam illa restrictio ibi stetit. Procuratum est omnibus possibilibus mediis de suspensione reinductionis et diu Roma expectabatur responsus, sed coactus est Dominus Nuntius coronidem imponere dicendo, quod est impossibile non exequi Romae imperata. Debet expedire hac septi-

mana comissionem de sceleribus ipsorum, etiam nostri abierunt Varsavia et inquisiti adhuc ibi manent ad nominandos Comissarios. Post descriptam litteram deferunt Patres de magno gravamine, quia quamvis demonstrabant iudicia reitatis deperditarum summarum, non stetit suspensio ab officiis, quod est contra decretum Romanum.

Per amorem Dei (fol. 496v) Vestra Paternitas procuret apud Sanctissimum suspensionem, quia de comissione quid, quando erit, quis audebit, et taliter ad coronidem causae, quae quis scit quando erit? Erit Provincialis et Religionem perdet, ut video si ipse etiam et pro Cracovia reinductionem ibi rogaret, tunc ipsi daretur quia nullus informabat et ipse quid voluit typo tradidit et quid typo tradidit hoc et obtinuit.

Venerabilis Adm. R. Paternitatis Vestrae Frater adictissimus

Leo, Metropolita.

94.

Roma, 27. XI. 1723.

Secretarius de Prop. Fide convocat Congregationem particularem de Seminario Leopoliensi Theatinorum eiusque statu.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1723, vol. 65, fol. 290-291v.

Dalla Propaganda, 27 Novembre 1723. – Signori Cardinali della Congregatione Particolare degl'Armeni e Ruteni.

Dovendosi nella Congregazione Particolare degl'Armeni, e Ruteni di Leopoli ventilare, e risolvere su l'infelice stato di Economia, in cui l'azienda di quei Collegij Apostolici si ritrova, riferito dal P. Redanaschi, nuovo Rettore de medesimi, e confermato per sussistente da Monsignor Nunzio in Varsavia, Monsignor Segretario si dà l'onore di trasmettere per manus dell'EE.VV. il Ristretto, e fogli originali di tutta la materia perchè si degnino di osservarli, e preparare il loro savio, e pio sentimento per Mercordi prossimo, mentre ne farà correre la solita intimazione per le ore 21 e mezza, ad oggetto di potersi col primo ordinario di spedizione partecipare al detto P. Redanaschi, che con sommo desiderio l'attende, le determinazioni (f. 290v) dell'EE.VV. medesime e pieno di venerazione fà loro profondissima riverenza.

(f. 291v) Per manus E.morum et R.morum DD. Cardinalium: Tanarij, Paulutij, Sacripantis Praefecti, S. Clementis, et Spinola, qui dignetur remittere D. Secretario. 6. Xbris 1723.

95.

Roma, an. 1724.

Hierarchia Ruthena supplicat, ut possit recuperare Bona Ecclesiarum occupata eaque possidere et iisque gaudere.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 4, fol. 547.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

L'Arcivescovi, e Vescovi Rutheni uniti alla Santa Chiesa Romana Cattolica, Oratori umilissimi dell'EE.VV., con tutto l'ossequio le rappresentano, come tra l'altre caggioni, la maggiore forse, che trattiene, et impedisce alli Scismatici l'abbandono del loro scisma, e l'unione con la Santa Chiesa Romana, consiste nella difficoltà, che incontrano l'Uniti nella ricupera delli beni, che possedevano tanto prima dello Scisma, quanto durante lo scisma, che per lo più li sono stati occupati, e violentemente levati, di modo che vedendo li Scismatici il grave pregiudizio, che soffrono gl'Uniti sopra i loro beni, prendono maggior motivo di non riunirsi con la Santa Chiesa Romana; che però gl'Oratori suddetti supplicano umilmente l'EE.VV. a degnarsi di cooperare appresso la Santità di Nostro Signore per ottenerli la gratia, che li Uniti alla Santa Chiesa Romana possino ricuperare, e ritenere, e godere liberamente tutti quelli beni, che legittimamente li spettavano tanto prima, quanto durante lo Scisma, de quali ne sono stati violentemente spogliati, e che nissuna persona possa impedirgli la restitutione, e ricupera di detti loro beni, ne possa in pregiudizio di detti Uniti, sotto qualunque pretesto, ritenerli et impedirli il quieto, e pacifico di loro uso, e godimento, mentre in questa maniera si facilitarà molto la reversione, et Unione degli Scismatici alla santa Chiesa Romana, etc. etc. .....

96.

Roma, an. 1724.

Secretarius de Prop. Fide ad Secretariam Brevium de quodam errore in ultimo Brevi de Bonis occurso.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 4, fol. 550.

Ill.mo et Ecc.mo Signore.

Essendosi stato spedito Breve Apostolico sotto il Pontificato della S.M. d'Innocenzo XIII, à favore de Vescovi Rutheni in difesa de beni temporali ad istanza di cotesta S. Congregatione et essendovi nato sbaglio nella narrativa per non concordare con la Decretale, si ricorre all'E.V. a volersi com-

piacere di raccomandarlo al Signor Cardinal Segretario de Brevi, acciò sia fatto a tenore della narrativa, come si puol vedere dell'acclusa copia confermandosi però in tutto alle formole solite della Segreteria. Che il tutto etc. etc. .....

97.

Zamostia-Leopoli, 1724.

Observationes quaedam super Taxa Iurium Cancellariae, a Synodo Zamostiana constabilita.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 61-62.

Observationes aliquae super Taxa Iurium Cancellariae in Synodo Zamosciana composita.[151]

Si huiusmodi Taxa, cum illa, quae in Synodo Provinciali Regni Poloniae de anno 1557 constituta fuit, comparari velit, summum continet excessum, quia in secunda Iura Cancellariae in grossis solummodo taxant in prima vero per florenos.

Quoniam tamen dicta Synodi Provincialis Taxa amplius non observatur, sed ad majorem summam iam redacta fuit, nulla paenitus ratio de ea haberi potest; ideoque si taxa Synodi Zamoscianae ad Taxam Jurium Cancellariae Sacrae Nuntiaturae reduceretur, in sequentibus tantum moderatione, seu reformatione aliqua indigeret.

Pro Remissorialibus literis, pro Examine Testium, Flor. sex; in Taxa Cancellariae S. Nuntiaturae, Flor. tres.

Pro Examine cuiuslibet Testis, super simplici propositione examinati, Flor. duo; in Cancellaria S. Nuntiaturae, duo sextones.

Vi vero super articulis, Flor. sex; in Cancellaria S. Nuntiaturae nihil, vel aliquid exiguum, iuxta magnitudinem articulorum.

Pro Decreto Excommunicationis, in Contumaciam lato, Flor. sex; in Cancellaria S. Nuntiaturae, Flor. tres.

(f. 61v) Pro declaratorijs Excommunicationis cum insertis tribus canonicis monitionibus, Flor. decem.; in Cancellaria S. Nuntiaturae, Flor. tres.

Pro Instrumento Appellationis, Flor. sex; in Cancellaria S. Nuntiaturae, Flor. tres.

---

[151] De taxa Synodi Zamostianae in Congregatione Particulari, habita die 27.VI.1724 deliberatum est. – Nuntius in Polonia (V. Santini) taxas variarum Dioecesum Latinarum ad Congr.nem de P.F. misit, quae extant *ibidem*, fol. 59-60; 63-68.

Pro Indulto vescendi Carnibus diebus vetitis, Flor. duo; in Cancellaria S. Nuntiaturae, nihil.

Pro Dimissorialibus sine reditu, Flor. octo; in Cancellaria S. Nuntiaturae non conceduntur Dimissoriales, sed quatuor sufficerent.

Pro Decretis definitivis, et sententijs in Cancellaria S. Nuntiaturae duplum solvitur eo, quod in Taxa Zamosciana notatum fuit, et quod in Iudicijs ordinarijs etiam observatur, quia magis fieri deberet, majoremque vim, et efficaciam obtinent sententiae Iudicum 2dae Instantiae, quam primae.

Observandum tamen est, in Cancellaria S. Nuntiaturae solvi Florenos antiquae monetae triginta nimirum et sex grossorum; modo vero Florenus ex triginta tantum grossis constat, ex quo nihilominus apparet, demptis sententijs, et Decretis definitivis, in reliquis majorem esse Taxam Synodi Zamoscianae, quam Cancellariae S. Nuntiaturae.

Ea ad extremum est differentia inter Ordinariorum et S. Nuntiaturae Iudicia, quod Ordinarij pingues (f. 62) redditus, et proventus possident, ex quibus Cancellario, alijsque Ministris congruum salarium praestare possunt absque eo quod pauperes, ut plurimum litigantes, plus aequo gravent. S. vero Nuntiatura non habet unde expensas necessarias faciat.

98.

(*Ex Polonia*), *17. XI. 1724.*

Hierarchia latina polona de negotio festorum et pulsu campanarum in Hebdomada Sancta.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 6, fol. 371-372.

Excerptum Resolutorij seu Sensuum de Casibus infra positis Unitorum, die 17ma 9mbris, Anno Domini 1724 datorum.

Quaeritur 9no.

An, et sub quibus Poenis utrique Clero tam Latino, quam Graeco inhibendum sit, ut in Hebdomada Sancta a pulsu campanarum abstineant, et an et quibus modis providendum ne diebus Festis mercatus et nundinae habeantur vel servilia opera exerceantur?

Respondetur.

Ratione supra dictae subjectionis Ritus Graeci Ritui Latino, in Hebdomada Sancta a pulsu campanarum abstinere debet Ecclesia Graeca, quando diverso tempore Pascha celebratur, sed non contra; et est inviolabilis consuetudo servata etiam a Ritu Armeno in Unione existenti, cujus violatio

scandalum et motum publicum efficeret in Dominio Ritus Latini, cum hucusque id non fuerit controversum; mercatum et nundinas diebus Festis graviter prohibent Canones Sacri. Proinde consensu Episcoporum utriusque Ritus abusus talis tollendus, prouti prohibent Constitutiones Synodales Provinciae istius Regni, Lib. 2do, tit. de Ferijs. Magna tamen occasio nundinarum et mercatuum provenit ex ipsomet Graeco Ritu; Episcopi enim Ritus Graeci lucrantur notabiles proventus ex mercaturis, concurrente frequentissimo Populo, sive ad Cathedrales suas sive ad alias ecclesias Ritus sui, occasione Festivitatum. Ubi in ipsis Festivitatibus prope ecclesias Ritus sui propinationes, ebrietates, tripudia exercentur. Quod alias non practicatur circa ecclesias Ritus Latini, et quidem circa ecclesias Ritus Graeci per plures septimanas, vel dies consequenter tales nundinae vel mercaturae practicantur. Quantum ad opera servilia consuetudine, quae vim legis habet, receptum est, ut in illis Latini et Graeci, ubi permixti sunt, sua Festa observent, ac in eis ab operibus servilibus abstineant, quod servatur a Dominis, Haeredibus Bonorum, ut non cogant subditos ad labores in Festis eorum proprij Ritus, verum tamen in civitatibus et oppidis omnino in Festis Ritus Latini tenentur observare Ritus Graeci Festa ecclesiae Latinae, alias punirentur a Magistratibus pro violatione Festorum. Unde servatur Decretum Clementis Papae VIII, prout in Praxi Episcopali Piasecij, quod Graeci existentes inter Latinos, dies festos de Praecepto ejusdem Latinae Ecclesiae servare teneantur. Cum autem Parochi Ritus Graeci, etiam uxorati, in varijs locis utantur jam communiter vestimentis, qualibus utitur clerus latinus, et in Sacris apparatibus Ritus Latini videantur frequenter celebrare in ecclesijs latinis, Sacrae Congregationis (f. 371v) decisione opus est, utrum Clerus graecus simili habitu vestiri et apparatibus latinis ad Sacrificia Missae uti possit, vel distinctio potius aliqua servari debeat propter discrepantiam Ritus, et alias considerabiles causas. Tum quoque propter majorem praeeminentiam Ritus Latini, cum sit dominans et fundamenta fidei ab hoc Ritu in Regno nostro Poloniae sint invecta, constansque fidelitas Sacrae Romanae Ecclesiae ab eo servatur a principijs et hucusque durat, eiecti Ariani, multaeque Haereses extirpatae, et non desunt majora semper extirpandi studia, cum vera recognitione et adoratione immutabili Visibilis Capitis Ecclesiae in Cathedra Petri, Vicarij Christi, Universalisque Pastoris. Ritus vero Graecus in Regno Poloniae a suscepta Unione ab Ecclesia Romana defecit non semel ante et ultimarie ab uno saeculo circiter, post susceptam Leopoli Unionem. Sicut Sancta Romana Ecclesia magnum solatium habet ex accessu Ritus Graeci in Regno Polon. et Ditionibus ejus ad Unionem, ita omnino Ritus Latinus S. Matris sequitur exemplum et eundem amore et honore mutuo prosequi intendit. Nihil autem confert ad Unionem, quominus consuetudines antiquae rationabiles superioritatis Ritus Latini in Regno et Provincijs Reipublicae. Status Ritus La-

tini convellantur, cum manutenendae Unioni sint congruae et proficuae.

Theodorus, Archiepiscopus Gnesnensis et Primas Regni Poloniae ac M.D. Litt.

Joannes Skarbek, Archiepiscopus Leopoliensis.

Constantinus Szaniawski, Episcopus Cracoviensis.

Christophorus Antonius Szembek, Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae.

Joannes Joachimus Tarlo, Episcopus Posnaniensis.

Andreas Zaluski, Episcopus Plocensis.

Stephanus Rupniewski, Episcopus Luceoriensis.

Samuel Ozga, Episcopus Kijoviensis.

S. Hosius, Episcopus Camenecensis.

(Locus Sigilli)

Et quia ... Ego M. Nicolaus Stanislaus Ziątkiewicz, Philosophiae Doctor, Consul urbis, S. Regiae Majestatis Leopoliensis, Metropolis Russiae, Publicus Sacra Authoritate Apostolica Notarius, praeinsertum excerpti Instrumentum, cum illius Originali vidi, legi, collationavi, de verbo ad verbum concordare inveni; Ideo illud in maiorem fidem manu mea propria subscripsi, et sigillo etc. munivi, etc.

99.

Leopoli, ... 1724.

Instantia Metropolitae Kioviensis in causa cum PP. Wietrzynski et Wolk, ut tempestive provideatur.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 524rv.

Monsignor Leone Kiska, Metropolita di tutta la Russia ordina a me, D. Cesare Redanaschi,[152] C.R. Teatino, con sua lettera di rappresentare, e supplicare la Sacra Congregazione di quanto siegue.

Rappresenta che il R.mo Padre Massimiano Wietrzynski, avendo ottenuto dalla Sacra Congregatione per decreto d'esser rimesso in tutte le dignità, e posti, che possedeva prima fosse processato, e che in tali posti non fosse rimosso ne meno nel tempo che da Mr. Noncio di Pollonia gli fosse fatto il nuovo processo; tale Rev.mo gionto in Pollonia ha preteso d'impossessarsi dell'Archimandritato, o sia Abbatia Kobrinense, della quale era stato anticamente nominato per semplice amministratore di detta Abbatia dal Padrone diretto, che si è il sudetto Mr. Metropolita, quale nel tempo che il sudetto

[152] P. Caesar Redanaschi, Procurator generalis Theatinorum in Urbe.

ATHANASIUS ŠEPTYCKYJ
Ep. Leopoliensis, Metrop. Kioviensis
(1715-1729-1746)

Rev.mo venne a Roma l'ha conferita con li dovuti privileggi al Ill. R. Padre Josaphat Roginski, soggetto pieno di rare qualità note anche a Roma; e perche gli fu impedito tal ingiusto possesso, altro non ha fatto che incarcerare barbaramente il detto Padre Roginski, legitimo Archimandrita. Onde per fatto Mr. Metropolita supplica la Sacra Congregatione si voglij degnare di subito ordinare a Mr. Noncio, che non solo con tutta la sua autorità facci liberare detto detenuto (si dice con tutta la sua autorità, mentre di già Mr. Noncio ha datto tal ordine, ma non è stato per anche eseguito), ma altresi che ordini, che il povero Roginski possi ritirarsi in uno de due Monasteri dell'istesso suo Ordine che non sono sogetti al sudetto Rev.mo suo Generale, che sono Supraslense o Milcense, acciò possi produrre le sue (f. 524v) raggioni senza timore avanti Mr. Noncio, quale si desiderarebbe fosse il Delegato in tale causa, giachè il sudetto Rev.mo Generale si è appellato dalla sentenza datta da Mr. Metropolita, come giudice ordinario; e di più si supplica che in sentenza di lite pendente Mr. Noncio abbi ordine di sospendere anche della amministrazione di detto Archimandritato il sudetto Rev.mo, acciò non termini di consumarla.

Pone pure avanti gl'occhi della Sacra Congregazione, che in virtù del decreto da essa ordinato di non esser sospeso dalle dignità di Generale dell'Ordine, si è impossibile possasi dalla Nuntiatura formare l'ordinatoli processo contro i suoi enormissimi misfatti, mentre tutto che la Nontiatura abbi fatti, procurare due citationi d'invito a deporre, niuno è comparso, ne niuno comparirà, mentre chi teme le sue minaccie, chi gradisce le dignità, e regalli li conferisce. Dal che ne siegue come esso Metropolitano unito, con molti altri degni di fede, attestano che detto Rev.mo Generale dilapida quanto di sostanze tiene la sua Religione, e con viver luxurioso, e con mantenersi da gran Prencipe, regalando Amici e Parenti alla principesca, tenendo in sua stalla più di cento cavalli, e cose simili, tanto che oramai ha posto in ultimo esterminio quel monastero che abita, quale era ricchissimo. In fine dice detto Metropolita, che quando la Sacra Congregazione non voglia farlo sospendere dalle dignità, e consequentemente non vogliano consti con processo la sua reità, almeno per pietà di una Religione intiera ordini la Sacra Congregazione a Mr. Nuncio che gli limiti l'amministratione, con porci a fianchi Economi tali, che ne avesse sugestione.

100.

Polonia, an. 1724.

Quaedam puncta ab Hierarchia polona proposita et a Sede Apostolica resoluta.

ASV, *Nunz. Pol.*, vol. 344/III, fasc. 94, nn.

Puncta a Collegio Episcoporum latinorum Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithuaniae, a° 1724, in negotio Ruthenico S. Sedi ad providendum resoluta.

1mo. – Aequum esset, ut Episcopi Ritus Graeci a S. Sede Ap.plica confirmationem more Episcoporum latinorum obtinerent, propter rationes uniformitatis et Unionis firmius tenendae, et Metropolitanus ipsorum tali solum Jurisdictione Spirituali gauderet, quali gaudent Metropolitani latini.

2do. – Summopere expedit, ne quidquam a collatione S.S. Ordinum ab ijs, quos ordinant, accipiant; gratis acceperunt, gratis dare debent, sine ulla labe, qualis reputaretur, Deus avertat, in Latinis ex tali exemplo. Dignoscuntur enim id practicare Episcopi Ritus Graeci.

3tio. – Cum soleant Graeci extrahere a suis Parochis pensiones pro Cathedratico easque augere, ac similiter pro conficiendis Antimissis singulis biennijs, ideoque Parochi Graeci inusitato modo obligant Parochianos pauperes subditos ad faciendas sibi hujusmodi contributiones pro istis pensionibus, tum et alijs exactionibus eosdem aggravant, non sine displicentia Haeredum Bonorum; necessarium esset, ut a talibus exactionibus, praebentibus offensam, abstineant, et S. Congregatio pro Cathedratico contribuendo ab ipsismet Parochis Graeci Ritus modum, sine praeaggravatione, ad possibilitatem Regionis istius constituat, ubi istud Cathedraticum practicatur, idque ob defectum bonorum Mensae Episcopalis.

4to. – Ad Synodos Provinciales vel Diaecesanas Ritus Latini, Episcopi Ritus Graeci vel per semetipsos, vel per Personas Ritus sui comparere deberent, quatenus observantia statuendorum sine praejudicio alterius Ritus componeretur.

5to. – Prout in Civitatibus et Oppidis nullae publicae processiones practicatae fuerunt ab alio Ritu sine ordinatione et iurisdictione Ordinarij latini, exceptis benedictionibus ad benedicendam aquam in Festo Trium Regum et circa exportationem cadaverum pro sepultura (quae tamen in Festis Latinorum de die nunquam practicatae fuerunt), practicari non debent, proinde etiam processiones indici et ordinari non permittantur alteri Ritui nisi Latino; hic enim in Regno Poloniae est Regnans, et in ordinandis publicis processionibus ac supplicationibus, caeterisque convenientibus omnibus Graeci Ritus et ecclesiam eorum fuerunt et sunt ordini ejus subjecti, et uti potuerat, ita possit inviolabili consuetudine monente ecclesias aliorum Rituum ad supplicationes pro aliqua gravi necessitate desiderare, illiusque ordinationi Episcoporum Ritus Graeci, vel officiales ejus non resistant prout ex antiqua consuetudine hucusque servatum.

6to. – Certo certius evenit, quod a Ritu Graeco propalantur Imagines

miraculosae ad habendum confluxum populi, et exinde obtinenda lucra temporalia, sine praevio miraculorum examine, publicanturque Indulgentiae, tum etiam corpora desumpta ex Regionibus Schismaticis, ut Joannis ex Valachia in Oppido Zulkiew, Diaecesis Leopoliensis, Zelizo in Poczajow, Diaecesis Luceoriensis, publico cultui exponuntur, proinde inquisitio in his omnibus est necessaria.

7mo. – Cum propter praeeminentiam Ritus Latini in Regno Poloniae licitum fuit, prout licitum nunc censetur, intrare Archi-Episcopis latinis ecclesias illorum Rituum elevata cruce, et si necessitas postulaverit accedere pontificaliter, non tamen Episcopis Ritus Graeci sine permissione loci Ordinarij latini, licet in ecclesijs etiam Regularium latinorum pontificaliter Sacra peragere, ad quod etiam Regulares cum praejudicio loci Ordinarij proprij facultatem praebere non valent, proinde Episcopi Ritus Graeci non se ingerant ad Pontificalia in ecclesijs Latinorum, nisi ipsi sit a loci Ordinario rogato permissum.

8vo. – Monasteria aliqua Ritus Graeci intra iurisdictionem Episcoporum Unitorum inveniuntur schismatica et Parochi de schismate sunt suspecti, proinde ab ijsdem Episcopis dari debet opera, quatenus ad veram Unionem reducantur, majorque confidentia ad Clerum latinum in vera charitate augeatur.

9no. – Multi recurrunt itidem Armeni et Ruteni recurrere possunt ad confitendum sacramentaliter Presbyteris paenitentiarijs Ritus Latini, et accedentium personarum discretio fieri nequit in concursu populi ad ecclesias latinas; toleratur id a Ritu Armeno, qui permittit fieri coram Latinis Confessiones, etiam in Episcopi Ritus Graeci permittere vel tacito consensu deberent.

10mo. – Quoties Archi-Episcopus, vel Episcopus Ritus Latini, loci Ordinarius, adit ecclesiam Ritus Graeci vel etiam Capitulum Latinum, suscipiendi sunt a Clero Ritus Graeci ad portam ecclesiae, prout suscipîuntur a Regularibus, idque propter majorem Ritus Latini praeeminentiam, cum sit dominans, et fundamenta fidei ab hoc Ritu in Regnum Poloniae sunt invecta, constansque fidelitas Sanctae Romanae Ecclesiae ab eo servatur a principijs, et hucusque durat. Ejecti Ariani, multaeque haereses extirpatae, et non desunt majora extirpandi studia, cum vera recognitione et reverentia immutabili Visibilis Capitis Ecclesiae in Cathedra Petri sedentis, Vicarij Christi uniuscujusque Pastoris; Ritus vero Graecus in Regno Poloniae, assumpta Unione, non semel a Romana Ecclesia defecit, et ultimario ab uno saeculo circiter post susceptam Leopoli Unionem.

11mo. – Sicut Sancta Romana Ecclesia magnum habet solatium ex accessu Ritus Graeci in Regno Poloniae et Ditionibus ejus ad Unionem,

ita omnino Ritus Latinus S.ae Matris sequitur exemplum, et eundem amore et honore mutuo prosequi intendit. Nihil autem confert ad Unionem, quominus consuetudines antiquae, rationabiles superioritates Ritus Latini in Provincijs Reipublicae Statui Ritus Latini concedantur, cum manutenendae Unioni sint congruae et proficuae.

Inscripserunt: Theodorus Potocki, Archi-Episcopus Gnesnensis et Primas.
Joannes Skarbek, Archi-Episcopus Leopolien.
Constantinus Szaniawski, Episcopus Cracovien.
Christophorus Szembek, Episcopus Vladislaviensis.
Andreas Zaluski, Episcopus Plocensis.
Samuel Ozga, Episcopus Kijoviensis.
Stanislaus Hossius, Episcopus Camenecensis.

(Locus Sigilli primatialis)

Tandem, ut haec omnia desideratum possent sortiri effectum, ad promovenda ea tam apud S. Sedem, quatenus supplicationibus nostris benigne annuat, Ritum suum protegat, ac contra saevientes in nos, inhiantesque nostris Ruthenos optata et opportuna remedia provideat, quam apud Sacram Regiam Majestatem, ut more Praedecessorum suorum pro tam salutari integritate Religionis ac Statuum Regni sui, nec non pacem et tranquillitatem ecclesiasticam concernente negotio ad Sanctissimum Dominum nostrum intercedere velit. Celsissimum Primatem Regni et Magni Ducatus Lithuaniae ac Celsissimum Episcopum Cracoviae, et Illustrissimum Episcopum Plocensem, Nominatum Vladislavien. petimus ac rogamus, qui etiam propter majorem fidem et robur, nomine totius Collegij praesentem subscripserunt actum.

Adamus Ignatius, Archi-Episcopus Gnesnensis, Primas Regni Poloniae (mpp.).

101.

Pinsk, 3. III. 1725.

Episcopus Pinscensis, Th. Godebskyj, de executione Decretorum Synodi Zamostianae considerationes, auxilia et media interna et externa, et praesertim de opera S. Congregationis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 132-33v.

Emin.me ac Reverendissime Domine, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Transmissae sunt mihi ab Excellentissimo Domino Nuncio nostri huius Regni Apostolicae tabulae Eminentiae Vestrae nomine totius Sacrae Congregationis datae, lucupletissimae sacris monitis, et ponderosissimis stimulis,

circa ea quae tangunt executionem Sacrorum Sancitorum, Synodi nostrae Zamoscianae, iam authoritate Sacra Apostolica, mediante solicitudine ac zelo Sacrae Congregationis, in nostram autem minimam Nationem singulari benevolentia et propensione roboratorum, in hac exigua Dioecesi mea praestandam, quibus reverentissimo pro debito subiectionis meae, eidem Sacrae Congregationi obsequentissimoque receptis animo, aliud quod reponam nil habeo, quam quod omnium virium meorum impendio, omniumque studiorum labore in id intendam, ut nihil omnino praetermissum sit a me, de serie Decretorum praetactae Synodi, quod (f. 132v) accuratissimae demandetur in grege Dominico mihi commisso observantiae.

Quod vero malum querendum et accusandum mihi venit in praesentiarum coram Eminentia Vestra et tota Sacra Congregatione, et cui tollendo imparem me omnino sentio, hoc est quod puritatem debitam religionis, in hac Dioecesi mea habere non possim, quae maiori fere ex parte adhuc abominabili Schismate infecta est. Equidem ego ex mea parte, nihil hactenus omissum feci eidem extirpando, sed omnia irrito voto, ex eo quod ijsdem potentissimum habuerim obstaculum, protectorem dicti schismatis Monarcham Moschoviticum, cuius potentia formidanda non permisit secundare vota et conatus meos, huic Republicae Nostrae ne quid occasionis per hoc ipsi daretur rumpendi cum eodem faederis, juriumque amicitiae violandorum. Verum cum iam pro indubitato passim habetur, ipsum e vivis evocatum esse, videns plane tempus acceptabile praetactis studijs meis, tentare iterum induxi in animum meum, omnia quae iudicavero efficaciora media, ad eradicandum satanicum hoc semen ex agro Dominico, culturae meae commisso. Cum vero ad id plurimum conferre posse persuasum apud me habeam, si Sacra Congregatio imprimis dignaretur, Excellentissimo Domino Nuncio calidissimis Officijs suis (f. 133) commendatum facere idem negocium, ut studia quoque sua, et validissima auxilia in hoc opere tam salutari meis tenuibus conatibus addere non renueret; quem quamvis aliunde, promissum ad id pro luculentissimo probatissimoque ipsius zelo in rem Catholicam et Authoritatem Sedis Apostolicae promovendam minime ambigam, attamen eo ardentius spero hoc opus arrepturum, si calcar adhuc alicuius recommendationis a Sacra Congregatione eidem accedat.

Alterum quod ad eundem finem conducere posse idque praeprimis existimo, quodque mihi operosissime exposcendum occurrit a Sacra Congregatione id est, ut in primo loco Serenissimum nostrum sua Sanctitas Dominus noster clementissimus literis suis Apostolicis convenire dignetur, excitareque eundem, ut huic operi promovendo totique Regno ipsius salutari et perutili, manum suam validissimam apponere, non recuset deindeque alios quoque Optimates utriusque auctoramenti, tam de Ecclesiastico, quam de Saeculari Ordine similibus ad idem exhortari.

Spero quod Illustrissimus Metropolita noster, alijque Domini Collegae mei, qui pari malo laborant adhuc in Dioecesibus suis, non negligent etiam ex parte sua similia implorare subsidia a Sacra Congregatione, quibus (f. 133v) uti provectionibus in hoc munere Pastorali maiorem procul omni dubio credere debeo insidere zelum propagandae Unionis Sanctae, deprimendique imo totaliter opprimendi perimendique nefandi Schismatis. Et Eminentiae Vestrae, Domino meo colendissimo, longaevam et prosperam vitam, devotissimo animo apprecando, ejusdem Sacram Purpuram majori qua possum demissione exosculor, uti

Eminentissimae ac Reverendissimae Dominationis Vestrae, Domini mei Colendissimi humillimus et obsequentissimus Servus

Theophilus Godebski, Episcopus Pinscensis et Tur. (mpr).

Pinsco, die 3 Marcij 1725.

102.

Roma, 12. III. 1725.

Litterae card. A. Albani in negotio Archimandriae Suprasliensis etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 647, fol. 301rv.

Casa, li 12 Marzo 1725.

Avendo il Cardinale Alessandro in cotesta Sacra Congregazione riferito per il Signor Cardinale S. Clemente la posizione del Metropolita Ruteno, fà sapere a Monsignor Ill.mo Segretario che il sentimento dell'EE. Loro si è, che si scriva à Monsignor Nunzio, Arcivescovo di Trabisonda, acciò il medesimo, sentito l'ordinario di Rito Latino sù questo particolare s'informi (f. 301v) minutamente come s'è pratticato altre volte in tempo che è seguita la vacanza della Badia Supraslense e di tutto ne faccia esatta relazione e si conferma, etc. etc. .....

103.

Pinsk, 12. IV. 1725.

Episcopus olim tit. Bodonensis et Vicarius Mukačoviensis de necessitatibus Ecclesiae et de opuscolo a se conscripto, praesertim de re morali, ad rem inservienti, petitque subsidium pro editione typis pro bono Ecclesiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 127-128.

Emin.me et Rev.me Domine, Domine, Patrone Clementissime.

Cum per viginti quinque et amplius annos, ex quo absum ab Urbe, redux ad patrium caelum, et ad gremium Religionis meae, existens tum in obsequio complurium Praelatorum Ritus nostri, ex mandato Sacrae Congregationis, tum etiam iam liber a non paucis annis ab illo, quieteque religiosa aliquali fruens, accuratissime observando defectus omnes in Clero Ritus nostri, tam saeculari, quam regulari, nullum perniciosiorem notavi, quam defectum scientiae Theologiae Moralis, quae iure merito vocari potest scientia salutis; cui enim ipsam non datum est nosse, non modo alios non potest dirigere in Viam salutis, verum et ipsemet ab illa facile aberrabit, et in viam perditionis ibit idcirco hoc semper in voto habui supplexque petii a Divina Maiestate, ut aliquem Virum zelosum ac doctum excitare dignaretur, ad sumendum prae se hoc opus, et hunc laborem, edere nymium vernacula lingua elementa saltem aliqua Theologiae Moralis, ex quibus illi quibus non est concessum linguam latinam acquirere, liminaque musarum terere, possent propria crebraque huiusmodi opuscoli lectione, lumen aliquod haurire, tum ad propriae directionem conscientiae, tum etiam ad aliorum, quorum vel ex officio curam animarum gerunt, vel ex charitate il sacro tribunali paenitentiae. Et cum quodammodo Divina Maiestas visa est satisfecisse votis et expectationibus meis, per editum huiusmodi opusculum lingua rutenica typis Suprasliensibus Ill.mi nostri Metropolitae, ignoto et anonymo Authore et absque ulla censura et approbatione;[153] dum cum magno animi mei gaudio et voluptate incidisset (f. 127v) in manus meas, tandem legendo illum a calce ad calcem, cum magna amaritudine animi mei reperi non modo parum doctrinae moralis, directivae conscientiarum, in se continere, verum etiam multa absona veritati et scandolosa in eodem deprehendi materijsque impertinentibus ad sacrum tribunal paenitentiae, et rudioribus hominibus plane scitu inutilibus, refertum. Idcirco in animum meum induxi, quamvis in labente iam aetate mea, hunc laborem supra me assumere et ita inter ocia, quae mihi Divina Maiestas indulsit a curis et negociis gravioribus, intra breve spacium, eiusdem auxilio adiuvante, ac studia mea secundante, methodo facili, claro et brevi, captu rudium accomodato, composui opusculum lingua vulgari polonica, in quo succum totius theologiae moralis complexus sum, speroque a Divina Maiestate, qui dedit mihi velle et perficere hoc opus, si in lucem publicam exiverit, multis non modo profuturum, verum etiam placiturum, qui illud absque livido voluerint legere oculo.

---

[153] Opusculum istud intitulatum est: *Compendium casuum conscientiae*. «Adnotationes» Patris P. Filipovič in hunc librum vid. in: *Epistolae Metropolitarum*, vol. IV, 111-114, nr. 81.

Unicum restat, ut luci et utilitati publicae hic exilis labor meus donari possit, quod cum ob paupertatem meam religiosam minime a me consequi possit, benefactorem autem hicce tam liberalem reperire non valeam, qui sumptus huic operi necessarios edendo in publicum tribuere vellet, reperire non valeam audeo mediante patrocinio E. V. ac propensa semper ipsius voluntate in huiusmodi opera, quae gloriae Dei promotionem et utilitatem animarum concernunt, supplicare Sacrae Congr. pro aliqua elemosina impendenda in editionem ad lucem publicam huius opusculi; quam ego nolim ad manus meas mittendam, ob periculum fatorum meorum, timendo ne ista praeveniant me, in dando praedicto (f. 128) opusculo meo luci publicae, sed ad manus A.R.P. Praefecti Collegij Pontificij Leopoliensis, qui ex gratia sua, curam hanc pollicitus est mihi habere, ut etiamsi ego morte praeoccuparer, antequam praelo daretur vel ex illo absolveretur, etiam me deficiente procuraturum, ut intentum authoris sui effectum sorciatur. Quod vero attinet quantitatem ipsam sumptus iudicarem posse sufficere trecenta scuta impressioni ipsius. Continebit enim in se adminus folia sexaginta.

Ad haec istud etiam supplicandum mihi occurint apud S. Congregationem, ut quandoquidem non licet mihi sperare, quod tam facile concessurus sit Ill.mus Dominus Metropolita noster, licentiam typis vulgandi hoc opusculum meum, propter antiquam ipsius exiguam benevolentiam erga me, ut possim independenter ab ipso, servatis autem aliis de iure servandis, imprimere ipsum, sola licentia Sacrae Congregationis, vel Excellentissimi Domini Nuncij.

Cum autem etiam ex eadem benevolentia ipsius in Congressibus publicis religionis nostrae, postponar ab eodem quoad locum cum depressione gradus mei Episcopalis, quem mihi collatum habui ex gratia speciali Sacrae Congregationis, ultimum enim me locum in ordine Archymandritarum capere facit, quam ob rem non nisi cum summa mortificatione interesse mihi ijsdem Congressibus contingit, pari modo exposcere ausim S. Congregation. DD. meos Clementissimos, ut etiam quoad hoc respectui ipsius meliori indignissimam licet meam personam, ob praeiudicium tamen avertendum dignitati gradus Episcopalis, recommendare dignetur. Et Sacrae Purpurae Fimbriam Eminentiae Vestrae profundissimo poplite exosculans, maneo

Eminentissimae et Rev.mae Dominationis Vestrae, uti Domini mei Clementissimi, humillimus Servus et indignus apud Divinam Maiestatem Exorator

P. Polycarpus Filipowicz, O.D.B.M., Archim. Lescinensis.

Pinsci, in Monasterio Lescinensi, Anno 1725, die 12 Aprilis.

104.

Luceoria, 23. IV. 1725.

Episcopus Pinscensis, Th. Godebskyj, de executione Decretorum Synodi Zamostianae et de exstirpando schismate in sua eparchia.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 612rv.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Domine et Patrone Clementissime.

Dedi ante aliquot abhinc septimanis ad Eminentiam Vestram et totam Sacram Congregationem Eminentissimorum Dominorum meorum,[154] in vim responsi ad literas ejusdem exhortatorias, ratione observationis, ac effectuationis Decretorum Synodi nostrae Zamoscianae, quas uti pervenisse ad manus Eminentiae Vestrae, minime mihi dubitandum est, ita etiam ex ijsdem perspicuum factum esse, quam grato et prompto ad parendum in omnibus mandatis Apostolicis et Sacrae Congregationis circa eadem Decreta observanda et esequenda praetactas Eminentiae Vestrae caeterorumque Eminentissimorum Dominorum meorum receperim, quem praesentibus dum iterum confirmo, supplices simul adiungo preces; ratione eorum subsidiorum in negocio, ibidem expresso, ratione exterminandi e Dioecesi mea (f. 612v) abominandi schismatis. Quod quanta iniuria Ecclesiae meae, juriumque ipsius invasit, et infecit ipsam, ut eo luculentius pateat tum Sanctitati Suae, tum Eminentissimis Dominis meis, non abs re iudicavi communicanda esse summarie jura mea,[155] quae pro Ecclesiae mea et Unione Sancta militant, a Serenissimis Regibus hujus Regni concessis. Quod dum facio, una Eminentiae Vestrae caeterorumque Eminentissimorum Dominorum meorum gratiae et patrocinio perenni cum tota Ecclesia mea me commendo, ejusdemque Sacram Purpuram profundissime et devotissime exosculor, uti

Eminentiae Vestrae caeterorumque Eminentissimorum Dominorum meorum humillimus et obsequentissimus Servus et Exorator

Theophilus Godebski, Episcopus Pin. et Tur.

Luceoriae, die 23 Aprilis 1725.

105.

Luceoria, (23. IV.) 1725.

Synoptica relatio Iurium eparchiae Pinscensis. in qua inseritur etiam quoddam

---

[154] Vid. doc. nr. 101.

[155] Vid. doc. nr. 105.

diploma; item alia citantur vel nominantur documenta usque ad tempora Vladislai IV, quibus pertinentia omnium ecclesiarum ad Episcopum probatur.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 614-616v.

Synoptica relatio Iurium pro Dioecesi Pinscensi militantium Ritus Graeco-Rutheni Uniti, quibus ostenditur: Omnes omnino ecclesias ejusdem Ritus debere pertinere ad jurisdictionem Episcoporum Pinscensium Ruthenorum, omnesque Populos sequaces ipsius spectare ad subiectionem et obedientiam eorundem.

Post Concilium Florentinum, in quo facta fuit Unio Ecclesiae Graecae cum Latina, dum Episcopi Pinscenses Ritus Graeco-Rutheni amplexi essent eandem Sanctam Unionem cum alijs Episcopis et Praelatis ejusdem Nationis et Ritus, populi nonnulli ipsis subiecti vestigijs ipsorum insistendo, deserto Schismate, pariter cum ipsis susceperunt Unionem, alij autem pertinaces remanserunt in disunione. Nolentesque frequentare ecclesias Unitas, ex antiqua abominatione Unionis Sanctae, caeperunt propria authoritate, absque benedictione suorum Pastorum, erigere in diversis locis novas ecclesias, et monasteria, quae exemptae essent a potestate, et jurisdictione Episcoporum Unitorum, ad easdemque instituere Praesbyteros similiter schismaticos, ne cogerentur frequentare ecclesias unitas. Obviando huic praeiudicio suo, Episcopi uniti recurrerunt cum quaerela ad Regem, et primus qui super hac re litem cum eis movit fuit Episcopus nomine Cassianus, ignoto cognomine, anno 1522, feb. 20, sub Rege Poloniae Alexandro, obtinuitque Decretum in favorem suum, et Unionis Sanctae, quo Rex sub severis poenis inhibuit omnibus Principibus, et Dominis in ipsius ditione existentibus, Rutheno-Graeci Ritus sequacibus, ne in futurum ullus omnino auderet, absque scitu et benedictione Episcopi, erigere et fundare ecclesias, ab ejusdemque iurisdictione et potestate eximere tam ipsas ecclesias quam etiam personas ecclesiasticas, ad easdem existentes. Hoc decretum (f. 614v) confirmaverunt succedanei Reges, nymirum Sigismundus primus et Vladislaus IV,[156] quorum tenor sequitur talis.

Vladislaus Rex Poloniae, etc. etc. Notum facimus praesentibus literis nostris, cui interierit id scire. – Exhibitae nobis sunt Literae in charta pecorea authenticae, et in nulla re suspectae, gloriosae memoriae Antecessoris nostri, et Proavi, Sigismundi Primi, Regis Poloniae, et Magni Ducatus Lithuaniae, sub data in generalibus Comicijs Grodnae, Anno Domini 1522, Mensis Februarij 20 die, Indicti decimo, sub sigillo pendenti, supplicatumque est nobis a Dominis nostris Consiliarijs alijsque Ministris ac Officialibus nos-

[156] Sigismundus I (1506-48); Vladislaus IV (1632-1648).

tris, protunc ad latus nostrum existentibus, nomine Rev. Patris Raphaëlis Korsak, Episcopi nostri Pinscensis et Turoviensis, Coadiutoris Metropoliae Kijoviensis, quatenus ob vetustatem inscribere iuberemus; quarum tenor talis est: Sigismundus, Dei gratia Rex Poloniae, et M.D. Lithuaniae, Russiae, Prussiae, etc. – Notum facimus praesentibus Literis nostris, cuilibet visuro, aut legendam audituro, nunc existentibus, et deinceps futuris, cujus id interierit scire. Supplicavit nobis Episcopus Pinscensis et Turoviensis Jonas, retulitque nobis, qualiter frater noster gloriosae memoriae Alexander, Rex Poloniae, et M.D. Lithuaniae iudicavit Antecessorem ipsius, Episcopum Pinscensem et Turoviensem Cassianum, cum Principe Joanne Jaroslawicz, et cum Principe Theodoro Ivanovicio Jaroslavovicio, quod ipsi caeperint diversas ipsi facere iniurias, et novitates quasdam inducere, ecclesias novas absque consensu et benedictione ipsius, in civitatibus et bonis nostris fundare et erigere, nec non Praesbyteros in ijsdem ecclesijs instituere, illosque regi et gubernare, eximendo ipsos ab obedientia episcopali, quod nunquam interfuit practicatum, ac hac in parte R.ndum P. Episcopum justum et aequum invenit. Idcirco omnes ecclesias, quas Princeps (f. 615) Jaroslawowicz sine consensu et benedictione ipsius erexit, cum sacerdotibus et cum omni dotatione ipsarum ad obedientiam ipsius episcopalem adiudicare dignatus est. In cuius rei majus robur et Decretum suum ipsi extradidit, in quo appositum est, quod iam abhinc Laici, Principes, Nobiles, et alij subditi nostri in tota Parochia seu Dioecesi ipsius Pinscensi et Turoviensi, sine consensu, et benedictione ipsius episcopali, ecclesias et monasteria fundare, ac erigere, ad easdemque Praesbyteros instituere, et ex potestate ac obedientia ipsius eximere ipsumque in attendentia et regimine Ecclesiarum Dei impedire, vel Visitatoribus ipsius ac Archipresbyteris ordinem bonum in ijsdem custodire, et delinquentes Praesbyteros in bonis suis castigare, pariter prohibere non debebit, aut in minima aliqua negocia spiritualia se ingerere sub vadio et poena pro nobis, Domino et Rege, trium millium sexagenarum lithuanicarum. Sed solum ipse R.ndus Pater Episcopus in tota Parochia sua Turoviensi et Pinscensi, iuxta morem et praxim antiquam, in ecclesijs Praesbyteros instituere, et cum omnibus attinentijs easdem conferre, ipsasque regere debebit perpetuis temporibus.

Et has literas praefati Regis nobis praesentavit, supplicavitque, quatenus quoque nostras ipsi daremus literas, ac hoc idem confirmaremus Ecclesiae Dei ijsdem nostris literis, in perpetuum duraturis. Qua in re etiam et Dominus Vilnensis, Supremus Dux Exercituum nostrorum, Capitaneus Braslaviensis, Vinnicensis, Mareschalcus terrae Volinensis, Princeps Constantinus Jwanovicz Ostrogiensis apud nos institit. Et ita nos, viso Decreto Fratris nostri Alexandri, Regis, ad instantiam et desiderium Constantini Principis, et ad supplicationem Episcopi, ex speciali gratia nostra hoc fecimus,

et super hac re dedimus ipsi has nostras literas, ac confirmamus hoc Ecclesiae Dei hisce Literis nostris, perpetuo et immutabiliter. Et ad majus robur huius rei, sigillum etiam nostrum iussimus appendere ad easdem (f. 615v) literas nostras. Agebatur id in praesentia R.P. Joannis, Episcopi Vilnensis, et R.P. Pauli, Episcopi Luceoriensis et Brestensis. Scriptae sunt in Generalibus Comicijs Grodnae, Anno Domini 1522, Mensis Februarij 10 die, indicti decimo. Apud has Literas sigillum pendens in funiculo sericeo rubro. Subscriptiones autem manuum his verbis. – Sigismundus Rex. – Bohusz Marcus, Notarius.

Nos itaque Vladislaus IV, Rex Poloniae, ad supplicationem praenominati in Deo Reverendi Patris Episcopi Pinscensis et Turoviensis nobis factam, benigne inclinati, authoritate nostra Regia hasce Literas confirmamus et roboramus, et in perpetuo robore relinquimus. Et super hoc dedimus hasce litteras nostras cum subscriptione manus nostrae, et cum sigillo M.D. Lithuaniae. Scriptae sunt Cracoviae, in Comicijs Generalibus felicis Coronationis nostrae. Anno a Nativitate Filij Dei Millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, mense Marcio, 11 die, Dominij Nostri super Regno Poloniae et Sveciae anno primo.

2º. – Est speciale Decretum Regis Sigismundi tertij in causa erectionis in hac civitate Pinscensi monasterij et ecclesiae, quae nunc vocatur Confraternitatis, a quadam Nobili Ruthena, cognomento Haraburdzina, Scismatica, authoritate propria absque consensu et benedictione Episcopi pro tunc existentis erecta, quam voluit esse independentem una cum monasterio ab Episcopo Unito, et soli Patriarchae Constantinopolitano subiectam, ad instantiam ejusdem Episcopi emanatum, quod dictus Rex post agitatam in Judicio Tribunalicio M.D. Lithuaniae Causam super hac re, ac tandem ex gradu appellationis ad se devolutum, eidem Episcopo una cum monasterio adiudicavit, tradique eidem in potestatem et possessionem mandavit, ac tandem et ipsamet Fundatrix praetactae ecclesiae et monasterii, per transactionem certam cum Episcopo, effugiendo (f. 616) poenas in eodem Decreto Regio sibi iniunctas, ultro cessit perpetuis temporibus; quae, non multis post annis, orta rebellione cosatica; Civibus Pinscensibus cum ijsdem conspirantibus, uti ejusdem religionis cum ipsis, per vim avulsa est in potestate et jurisdictione Episcopi.

3º. – Est etiam Decretum ejusdem Regis Sigismundi tertij, quo ad aliam ecclesiam saecularem, S. Theodori dictam, in eadem Pinscensi Civitate existentem, quam simili modo insolentes Cives Pinscenses schismatici, vi erripere conabantur Episcopo ex potestate et jurisdictione ipsius, quam dictus Rex ad instantiam Episcopi protunc existentis, visis et perspectis juribus antiquis et fundationibus Regum et Magnorum Ducum Lithuaniae, eidem perpetuis

temporibus adiudicavit, in possessionemque actualem tradi iussit. Eodemque Decreto confirmavit in fine jura omnia et Privilegia ab Antecedaneis suis Regibus, praesertim vero Alexandro et Sigismundo primo, Episcopis Pinscensibus data, quo ad potestatem et jurisdictionem ipsius super omnes omnino ecclesias, quaecumque in civitate Pinscensi et tota Dioecesi Pinscensi et Turoviensi reperiri possunt, a quocunque fundatae et erectae, quae simili modo prout et supratacta elapsa est e potestate et jurisdictione ipsius ac ad Schisma devoluta.

4º. – Huic Decreto Regio successit actualis traditio ecclesiae istius et posessio Episcoporum, cujus pari modo sunt authentica documenta.

5º. – Sunt iterum speciales Literae Regiae, aut potius mandatum datum Capitaneo sive Praefecto Districtus Pinscensis protunc existentis, Principi Georgio Korybutowicz Zbarazensi, quibus Rex districte praecipit eidem, ut praefatam ecclesiam S. Theodori, remotis Praesbyteris intrusis a Schismaticis, tradat Episcopo cum omnibus bonis, attinentijs, et sacris pignoribus ac supellectili ecclesiae. Cives autem refragarios iurisdictioni et potestati Episcopali severe puniat authoritate ipsius Regia. In ijsdem (f. 616v) Literis dat plenam et absolutam potestatem Episcopo instituendi Praesbyteros, ipsi sibi melius visos, et de fide Catholica minime suspectos.

6º. – Habetur iterum Decretum Regium Vladislai IV, ratione monasterij Kupiaticensis, una parva leuca distantis a Civitate Pinscensi, pronunc pariter schismatici, quo Rex praenominatus idem monasterium, insistendo juribus et Privilegijs suorum Antecessorum, jurisdictioni et potestati Episcoporum Pinscensium Unitorum adjudicavit, cum omnibus Bonis et pertinentijs ipsorum, in actualemque Possessionem intromitti Episcopum protunc existentem demandavit, mulctis pecuniarijs, castigatis Fundatoribus et Collatoribus ipsius, qui proprio ausu contra jura Episcopi praesumpserunt idem monasterium una cum ecclesia fundare et erigere, etc.

106.

Mukačiv, 28. V. 1725.

Episcopus Mukačoviensis G. Bizanczy de praetensione Episcopi Fogarasiensis, Joannis Pataki, ad episcopatum Maramorosiensem; de damno allato e controversia ac de sua activitate unionistica-didactica in oppido Szigeth.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Greci di Croazia, Dalmazia, Schiavonia, Transilvania, Ungheria*, vol. 1, fol. 193rv.

Sacra Congregatio de Propaganda Fide. Eminentissimi D.ni, Domini Cardinales, D.ni Patroni Gratiosissimi.

Humillimorum servitiorum meorum subiectione praemissa.

Quoniam tum propter varios in Dioecesi Munkacsiana tumultus, tum etiam ob longum, dirumque morborum gravamen, Sacrae Congregationi neque de Vicariatus mei facultatibus iam iam expiraturis, nec etiam de variis Cleri negotiis scribere potuerim ad hoc usque tempus, humillima cum reverentia deprecor S. Congregationem, Em.mos D.nos, D.nos Patronos Gratiosissimos. Quia autem multi, varios inter tumultus irrepsissent errores, ne sine notitia Sacrae Congregationis ulterius etiam, cum ruina Sanctae Unionis continuentur, humillime repraesentandum volui.

Dominus Joannes Pataky, Episcopus Fogarasiensis, in quo nemo ipsius antecessorum habuit iurisdictionem, Episcopatum Maramorosiensem praetendit,[157] et a quo tempore praefatus Dominus Episcopus incepit iurisdictioni suae subjectare populum nostri Graeci Ritus Uniti in Maramarus, uti errantes sine Pastore oves hinc inde divagari assolerent, ita plebs eadem Maramarusiensis in omnis generis irregularitate ducit vitam, nec sine gravi scandalo et ruina miserae plebis Vicariatusque mei Apostolici accidit, quod quidem Dosotheus, ante Unionem adhuc, illegaliter authoritatem sibi vendicans episcopalem, nunc inter me et D.num Episcopum Fogarasiensem litigantes, iterum fors ad priora cupiens reducere populum, presbyteros ordinare, populumque ad se allicere cepisset, presbyteros quidem ad munia ecclesiastica ineptissimos, qui iam aliunde per Sacratissimam Caesaream, Regiamque Maiestatem a similibus inhibitus fuerunt.

(f. 193v) Vigebat equidem cum consolatione Sacra Unio in Maramarus et ipsemet etiam cooperabam exstruendo scholam et parochiam in principali eiusdem comitatus oppido Szigeth dicto, ut eo magis iuventus in timore Divino et litteris educetur in servitium animarum, sed per praetensionem praedicti D.ni Episcopi Fogarasiensis ista prorsus evanescunt, languescereque dignoscuntur cum summo solatio haereticorum, unde etiam subsecuta non exigua miserorum Parochorum oppressio, portionibus nempe et variis publicis Regni oneribus aggravatio. Quod autem concernit fundum Episcopatus mei et existentis ex eo subsistentia, non nisi ex beneficio Cleri est, annuali nempe taxa unius imperialis per presbyteros contribui solita, quae alias ex fundatione monasteriali antehac extiterat, per Dominum Joannem Josephum Hodermarsky segregata; Episcopus in propriis vivere cogitur. Jurisdictionem vero Maramarusiensem spectare ad Episcopatum Munkacsiensem demonstrant variorum Principum collationes gratiosas, quod et ipsa modo peracta in Maramarus inquisitio multorum testium positionibus demonstrat.

---

[157] De controversia inter episcopos Fogarasienses et Mukačovienses in causa iurisdictionis super comitatum Maramorosiensem, cfr. BARAN A., *Eparchia Maramorosiensis...*, pp. 85-98.

Quae omnia pro notitia, futuraque mei cautela demonstrare Sacrae Congregationi non intermisi, qui et persevero

Em.morum D.norum Cardinalium S.C. de Propaganda Fide

Infimus Capellanus

Georgius Gennadius Bizanczy, Episcopus Sebast. et Maram. per Hungariam et Partes Vicarius Apostolicus.

In solita Residentia Munkacsiensi, die 28 Maii 1725.

107.

Vilna, 28. X. 1725.

Episcopi latini, Vilnensis Coadiutor et Smolenscensis, testimonium dant de conversione Schismaticorum in eparchia Polocensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 634.
APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 68, fol. 327rv.

Nos infra scripti, solo verae, et catholicae Fidei propagationis ducti zelo, sub fide, honore, et conscientia pro pleniore informatione Sanctissimi Domini Nostri, Domini Benedicti Divina Providentia Papae ejus nominis XIII, nec non Sacrae Congregationis Eminentissimorum Cardinalium de propaganda fide, attestamur. – Quod in his Partibus M.D. Lith. et praecipue in Provincia Albae Russiae, intra Vilnensem ex Romano, et Polocensem ex Graeco Ritu Dioeceses, ex ratione contiguitatis praedictarum Dioecesum cum terris Moschoviae, Schysmate infectis, summe est necessaria Unionis Sanctae ac Cleri cum Sacra Romana Ecclesia Uniti, in ordine ad faciliorem Schysmatis extirpationem, conservatio. Et licet, sic benedicente Deo, cura speciali Ill.mi moderni Archi-Episcopi Polocensis, intra hocce decennium, plus quam viginti ecclesiae Parochiales cum suis Parochis, et toto populo ad easdem Parochias pertinente, abjurato benevole Schysmate, ad Unionem cum Sancta Romana Ecclesia accesserunt, et praedictae Dioecesi Polocensi incorporatae manent; attamen quia magna intra Clerum ejusdem Dioecesis invaluit, et in hucusque reperitur ruditas, nec facile, stante summa pauperie et tenuitate Beneficiorum (ita ut ipsi Presbyteri circa agriculturam laborare teneantur) haec ruditas eradicari, et extirpari potest, nisi de modo erudiendi, et de Seminarijs pro juventute in Presbyteros ordinanda provideatur. Idcirco, pro majore augmento Unionis cum S. Romana Ecclesia, et faciliore Schismatis extirpatione, recurrentem hoc in negotio ad S. Sedem Apostolicam Ill.mum Florianum Hrebnicki, Archi-Episcopum modernum Polocensem, praesenti vera, certa et fideli comitamur attestatione. In quorum Fidem easdem manibus nostris subscripsimus, et sigillis communivimus.

Datum Vilnae, Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo quinto, die vero hac vigesima octava Octobris, etc.

Boguslaus Corvinus Gosiewski, Episcopus Smolenscen., Suffraganeus Albae Russiae (mpr).

Michaël Joannes Zienkowicz, Episcopus Juliopolitanus, Suffraganeus Samogitiae, Canonicus Vilnensis, Notarius Magni Ducatus Lituaniae (mpr).

* * *

De eodem argumento, iisdem verbis et sub eadem data scripsit ep. Georgius C. Ancuta, suffraganeus lat. Vilnensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 4, fol. 635.
APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, vol. 68, fol. 327v.

108.

Roma, 27. I. 1726.

Litterae Cardinalis Albani de suo interventu penes Regem Poloniae in favorem Archiepiscopi Polocensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 651, fol. 489rv.

Casa, li 27 Gennaro 1726.

In conformità de veneratissimi comandi della Sacra Congregazione di Propaganda, non lasciò il Cardinal Alessandro Albani subito, che gli furono communicati da Monsignor Ill.mo Segretario, di scrivere con tutta la maggiore efficacia alla Maestà del Re di Polonia sopra il noto affare di Monsignor Arcivescovo Ruteno di Polosko contro il Collegio de PP. Gesuiti della medesima Città [158] e siccome non avendone ricevuta da quel tempo in qua verunaris posta, poteva credere, che fosse stata mandata all'Eminentissimo Signor Cardinal San Clemente di lui Fratello, così ne ha richiesto l'Eminenza Sua, dalla quale ha inteso, che ne tampoco essa ne aveva avuto alcun rincontro. Onde il medesimo Cardinal Alessandro ha stimato parte della sua attenzione d'udire anche gli Ministri, che sono in Roma di Sua Maestà, e da essi altra notizia non ha ricavata, se non che (f. 489v) sanno, che si sono presentati a quel Monsignor Nunzio a nome del Re e della Repubblica alcuni Punti, tra quali ve n'era uno concernente la Causa del menzionato Monsignor Arcivescovo. Questo è quanto chi scrive può dire in tal proposito a Monsignor Segretario suddetto, a cui ritornando qui annessa la lettera di Monsignor Nunzio, se gli conferma servitore, etc. etc. ...

---

[158] De hac lite vid. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, III, 230, 232-234.

FLORIANUS HREBNYCKYJ
Archiepiscop. Polocensis, Metrop. Kioviensis
(1716-1748-1762)

109.

Pinsk, 20. II. 1726.

Episcopus Pinscensis de litteris Congreg. de Prop. Fide quoad conversionem non Unitorum in sua eparchia, de adiutorio Regni etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 5, fol. 11rv.
MUH, vol. V, 357-358, nr. 233.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Recepi transmissam mihi ab Excellentissimo Domino Nuncio nostro gratiosissimam Eminentiae Vestrae nomine Sacrae Congregationis datam in vim responsi ad nuperas meas, anno elapso compluribus abhinc mensibus datas, in negocio extirpationis Schismatis ex hac Dioecesi mea, cui incumbere coepi, ex quibus dum percipio probatum et acceptum accidisse Sacrae Congregacioni propositum et studium meum,[159] quantumvis exile, tanto magis succendor in illo prosequendo, imo eo majus adhuc a non desistendo ab ipsis sumo incentivum, quanto luculentius id ipsum testari dignati sunt Eminentissimi Domini mei, subpeditatione mihi auxiliarium ad id copiarum, tum suorum validissimorum officiorum, Excellentissimo Domino Nuncio factorum, ad ferendam mihi in omni opportunitate prompte opem suam, tum etiam sacrarum Apostolicarum Literarum ad Serenissimam nostram Majestatem, ut etiam hanc assistricem mihi habeam singulari sua gratia, clementia, et (f. 11v) protectione. Pro quibus humillimis redditis gratiis eisdem Eminentissimis Dominis meis, unicum mihi restat, ut rogem Divinam Majestatem, ut et meos tenues conatus et labores, et desideria ac expectationes Eminentiarum Suarum secundis ad majus augmentum gloriae suae, et incrementum Ecclesiae comitetur progressibus, et foelicissimis coronet exitibus. Eminentissimos vero Dominos meos diu servet sospistes et incolumes ornamento et emolumento ejusdem Suae Sanctae Ecclesiae. Et pro coronide cum profundissimo osculo Eminentiae Vestrae Sacrae Purpurae, me singularissimo patrocinio commendans, maneo

Eminentissimae et Rend.mae Dominationis Vestrae humillimus et obligatissimus Servus et Exorator

Theophilus Godebski, Episcopus Pin. et Tur. (mpr).

Pinsco, die 20 Februarij 1726.

---

[159] Vid. doc. nr. 110.

110.

Pinsk, (20. II. 1726).

Media ad faciliorem reductionem Schismaticorum ad Unionem cum Ecclesia Catholica ab Episcopo Luceoriensi, Th. Godebskyj, S. Congregationi de Prop. Fide porrecta (cfr. nr. -109).

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: MPR*, vol. 4, fol. 617rv.

Media quae faciliori reductioni Schismaticorum ad Unionem Sanctam deservire possunt; idque per indirectum si Respublica directe illos aggredi nollet suo compulsu, ex aliquibus rationibus Status sibi visis.

1-um. Ut lege publica statuatur, quatenus omnes omnino populi ipsius subditi, novum recipere Calendarium, illudque observare teneantur salvis cuiusque iuribus, quoad exercitium suae religionis, hoc enim statuto nihil statuetur contra pacta cum exoticis principibus et praecipue cum Caro Moschovitico, de tolerantia ut ipsi nominant Orthodoxae Religionis Graecanicae; quod quidem pactum non deberet amplius ullum valorem habere, ex ratione mutationis status eorundem Schismaticorum praesentis. Siquidem cum haec sponsio facta fuit a Respublica ipsis, ad instantiam Cari Moschovitici, habebant in visceribus Regni suos Pastores et Episcopos, neque habebant necessitatem querendi extra fines Regni exoticos in occurrentia necessitatum spiritualium. Nunc autem omnes Episcopi profitentur Unionem Sanctam. Praeter unicum Pseudo-episcopum Mohiloviensem, qui absque ulla fundatione ad instantiam solum Cari Moschovitici hoc titulo et honore donatus est, quem alii reges, qui praesentem antecesserunt nullatenus pati voluerunt. Imo et modernus Serenissimus in promordiis sui Regni, antequam nexum fecisset cum Caro Moschovitico appromiserat Sanctae Sedi Apostolicae mediante Ex.mo Nuncio eundem non creaturum. Unde et nunc procurandum esse opportune censerem, ut in futurum lege publica Reipublicae abrogetur iste Episcopatus, qui in aere solum et in favore Regis fundatus est.

2-um. Ut ex consideratione tot pericolorum, proditionis factionumque quae in perniciem Reipublicae per spirituales personas, tam saeculares, quam regulares fieri possunt, per recursum sub praetextu necessitatum spiritualium suscipiendorum praecipue ordinum inhibeatur iisdem excursus extra fines Regni ad exoticos Pastores. Vel saltem ut illi, qui voluerint pro ordinationibus ad ipsos recurrere teneantur se praesentare Magistratibus Catholicis civitatum, vel officiis DD. Episcoporum nostrorum, (f. 617v) iisdemque rationem dare suae peregrinationis, reducesque iterum se ipsis praesentare maxime in causa ordinationum, ut constet, si vere sunt ordinati; saepe enim contingit, quod multi ex ipsis simulant se esse ordinatos, cum re ipsa non sint.

3-um. Ut in casu praeiudiciorum et iniuriarum, quas Uniti ab iisdem patiuntur, maxime in administratione Sacramentorum et violatione aliorum suorum iurium. Uti transitus ab Unione ad Schisma aliquarum personarum, forum pro quaerenda iustitia assignetur vel saeculare, vel spirituale latinum. Cum in visceribus Regni nullos habeant suos Superiores, ne itaque ex hac ratione cogantur Uniti omnia praeiudicia ipsorum, omnesque iniustitias absque ulla satisfactione pro ipsis, ferre. Et ne ex defectu debitae iustitiae administrationis, detur ipsis libertas insolescendi, et pro libitu involandi in iura Unitorum.

4-um. Ut cathedraticum, aliaque iura, quae consueverunt pendere exoticis Pastoribus, de more usitato in tota Ecclesia Graeca solvant pariter Episcopis Unitis, quandoquidem in ipsorum Dioecesibus reperiuntur.

Ut pro omnibus spiritualibus personis, tam saecularibus quam regularibus, statuatur vectigalia capitalia et pro saecularibus insuper stativa militaria.

Ut lege publica abrogetur Episcopatus Mohiloviensis, qui nullius est erectionis et fundationis, neque dotationem habet ullam, solummodo a praesenti Rege, sub tempus facti nexus cum praeterito Caro ad instantiam illius ortum suum accepit, idque in bonis mensae Regiae, antiquitus autem nusquam erant.

Ut collatio beneficiorum, tam saecularium quam regularium, praesertim in civitatibus et bonis regalibus, sit non penes Confraternitates saeculares, sicut nunc est de more, sed penes Regem. Siquidem in fundis ipsius regalibus ecclesiae et monasteria sunt instituta.

111.

Roma, 25. IV. 1726.

Cardinalis Marefoschi Secretario de Prop. Fide de negotio bonorum archieparchiae Polocensis et causa cum PP. Soc. Jesu, in favorem Seminarii erigendi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 5, fol. 29rv.

Dalle Stanze del Vaticano, li 25 Aprile 1726.

Il Cardinal Marefoschi bacia le mani à Monsig. Ill.mo Segretario di Propaganda Fide, et essendogli stata rimessa da Nostro Signore l'annessa lettera del Metropolitano della Russia [160] affinchè gliene parli, prega Sua Signoria

---

[160] Agitur de epistola Leonis Kiška (1714-28); vid. *Epistolae Metropolitarum*, IV, 134, nr. 99.

Ill.ma significargli, se nella sua Congr.ne di Propaganda Fide vi sia alcuna notizia sopra l'istanza di levare alcuni Beni ritenuti dal Collegio de Padri Giesuiti per applicarli all'erettione di un Seminario, e quando non sia stata fatta alcuna istanza in detta Congregazione (f. 29v) dargli tutte quelle informazioni, che Sua Signoria Ill.ma ne haverà concernenti tale Affare, et intanto si rassegna suo servitore, etc. etc. ...

112.

Pinsk, 10. VII. 1726.

Episcopus olim tit. Bodonensis et Archimandrita Leszczynensis gratias agit de favoribus, transmittit opellam suam typis edendam etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 277rv.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Patrone Clementissime.

Transmissa est mihi nuper, ab Excell.mo Domino Nuntio huius Regni, a multo tempore suspirata Eminentiae Vestrae, una cum gratiosissimis resolutionibus, Sacrae Congregationis, Eminentissimorum et Clementissimorum Dominorum meorum, ad supplicationes meas, eidem anno integro abhinc porrectas, in quibus cum singulari respectu, clare advertam indignissimam et immeritissimam tenuitatem meam, eosdem Dominos meos suspexisse, cum pro merito imparem me prorsus sentio, reddendis debitis gratiis, saltem illas quas possum humillimas maximasque reddo, unum rogans Divinam Maiestatem, ut omnes salvos et prosperrimos, fulcro et ornamento Ecclesiae suae diutissime servet. Caeterum, conformiter ad mandata eiusdem S. Congregationis, per Eminentiam Vestram, mihi in praetacta sua data, transmitto exile opusculum meum, orans unice Divinam Maiestatem, ut defectibus inscitiae et insipientiae meae, quibus refertissimum certo certius scio, veniam in locupletissimis sapientiae promptuariis Ecclesiae Sanctae facilem inveniat. Nec lucem publicam illi unquam optarem, si quid dignius aut utilius ab alio quopiam praestitum fuisset, pro necessitate amusioris cleri nostri Roxolani, aut accitius sperarem praestandum.

Auxit molem ipsius non modo copiosior materia tractatuum moralium theologicorum, verum etiam decreta Synodalia Zamosciensia, quae non solum ad maiorem (f. 277v) perpetuationem ipsorum, non improbando ut spero consilio, visum mihi est eidem operi meo inserere, sparsim et prout connexio materiarum moralium exigebat, verum etiam ut una cum doctrina theologica morali, altius eadem legentes menti suae imprîmerent. Faxint itaque iidem Superi, ut qui initia gratiarum mihi, in hoc opere meo

exilissimo consiliarunt apud Eminentissimos meos coronide quoque ipsarum gaudere me faciant. Et me interim in deficienti patrocinio et protectioni Eminentiae Vestrae humillime dedicans, eiusdem Sacrae Purpurae fimbriam, prono poplite, et devotissimo veneror osculo.

Pinsci, die 10 Iulij 1726.

Eminentissimae et Rev.dmae Dominationis Vestrae uti Domini mei Clementissimi humillimus Servus, et indignus ad aras Exorator

P. Polycarpus Filipowicz, O.D. Basilij Magni, Archymandrita Lescinensis (mpr).

113.

Roma, ... 1726.

Praefectus de Prop. Fide Episcopo Pinscensi, Th. Godebskyj, de incriminata non observantia Decretorum Synodi Zamostianae, ad mentem interrogatoriorum Processus in partibus fabricandi, quae, ut plurimum, falsis nitebantur fundamentis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 294-95v.

Copia Literarum datarum Rev.mo Domino Episcopo Pinscensi Rutheno.

Cum primum patefacta tibi fuerunt accusationum capita, quibus de Synodi Provincialis inobservantia, deque alijs coram me arguebaris, Rev.me Antistes, etsi operam te navasse sciam ne officium tuum mihi desiderandum foret, muneris tamen mei rationem postulare arbitratus sum, ut ad perficiendum, quod pro tuae Dioecesis utilitate sponte suscepisti, te meis hisce literis hortarer. In mentem itaque tibi revocatum volo, Rev.me Antistes, jusjurandum, quo ad singula praedictae Synodi decreta observanda te jam dudum obstrinxisti, ut nullam eorum dispositionem legitima excusatione te declinare posse intelligas. Quam ob rem quod hanc Synodum in tua Dioecesi publicari hactenus non curaveris, quod Sacris Ordinibus conferendis, Antimissalibus, Oleisque Sacris distribuendis pretium constitueris, atque exegeris, quod Dioecesanam Synodum numquam habueris; quod a Sacerdotum saevissima cum virgis castigatione non temperaveris, quod verborum altercationibus dignitatem tuam in discrimen adduxeris, quod nullum tibi Sacerdotem adiunxeris, cuius opera in examine Ordinandorum (f. 294v) atque in alijs Dioecesis necessitatibus uti posses; quod demum in administratione justitiae debitum ordinem non servaveris, manifestum est te nullam Synodalium decretorum rationem habuisse, quibus de his omnibus consultissime pro-

visum fuit. Quod autem nonnullis in rebus eidem Synodo parere nuper instituteris, id quidem, argumento mihi est, te operam daturum, ut deinceps de Ecclesiastica disciplina, deque Sacra Congregatione, quam delatae ad me huiusmodi accusationes non latebunt, melius mereare, sed ut inceptis perficiendis reliqua etiam aggrediaris, te, Rev.me Antistes, vehementer rogo, maneoque. Illud quoque silentio praeterire nequeo, mihi perquam mirum accidisse, quod nonnulla tuae Dioecesis ecclesiarum praedia, tui Episcopatus patrimonio addixeris, quodque quicquid votorum in Ecclesia tua appensum fuerat, destrui, atque in alia minus necessaria converti mandaveris; primum enim summae injustitiae tibi omnes merito adscribent; alterum tuae gentis animos erga Ecclesiam tuam, ac devotionem imminuet, atque alienabit. Fac igitur, Rev.me Antistes, ut quod aliarum (f. 295) Ecclesiarum est, quam primum restituatur, utque in posterum quicquid auri, aut argenti Sacris Imaginibus oblatum fuerit, numquam e loco amoveatur. Caeterum tibi persuasum habeas, velim nullam me praetermissurum occasionem, qua tibi, atque Ecclesiae tuae opera mea utilis esse possit, quaque mihi declarare datum sit singularem observantiam, atque existimationem, quam nunc haberi volo.

114.

Pinsk, 31. VIII. 1726.

Processus eparchialis et examen testium ad interrogatoria data, de non observandis Decretis Synodi Zamostianae ex parte episcopi Pinscensis, Th. Godebskyj, ut plurimum, falsis relationibus nixum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1724-27, vol. 68, fol. 284-293v.

Processus in Causa Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Episcopi Pinscensis, tanquam non observantis Synodum Zamoyscianam.

(f. 285) Actum in Ecclesia Cathedrali Ritus Uniti Graeci Pinscensi, Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo sexto, die trigesima prima Mensis Augusti.

Actus Primus

Nos Innocentius Piehowicz, Abbas Monasterij Milcensis, et Georgius Bulhak, Sacrae Theologiae Doctor, necnon Scholarum Vladimiriensium Praefectus, Ordinis Divi Basilij Magni, ad Actum praesentem ab Illustrissimo et Reverendissimo Domino, Domino Leone Kiszka, Archiepiscopo

Metropolitano totius Russiae, vigore compulsus Illustrissimi, Excellentissimi Domini, Domini Nuncij in Regno Poloniae deputati Commissarij, Literis specialibus, quarum tenor est, et sequitur talis: – Leo Kiszka, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Archiepiscopus Metropolitanus Kiioviensis, Haliciensis, et totius Russiae, Episcopus Vladimiriensis, et Brestensis, Kiiovo-Peczarensis, et Suprasliensis Abbas. – Perillustri, Reverendissimo Innocentio Piehowicz, Abbati Milcensi, tum venerabili et Admodum Rn.do Georgio Bulhak, Sacrae Theologiae Doctori, ac Scholarum Collegij Vladimiriensis Praefecto, Ordinis Divi Basilij Magni, Patribus, salutem in Domino. – Noverint, Perillustris Rnd.ma, et Venerabilis Admodum Rn.da Paternitates Vestrae delatum Nobis esse, a Sacra Nuntiatura Apostolica, Illustrissimum et Rnd.mum Dominum Theophilum Godebski, Episcopum Pinscensem, et Turoviensem, non secundum vocationem suam, imo contra canones sacros vivere, sanctaeque Synodi Zamoyscianae minime parere, nec Sancita, et Constitutiones eius observare, caeteraque inconvenientia statui suo Episcopali eundem facere audere, obstrictosque Nos ab eadem Sacra Nunciatura Apostolica fuisse, quatenus in eiusmodi delatione iuridicam et legitimam instituteremus indagationem factamque per nos, sive, gravi necessitate Nos impediente, per Commissarios Nostros, Inquisitionem, ad discernendum praelibatae Sacrae Nunciaturae Apostolicae, quantotius Varsaviam transmitteremus. Et quoniam status nostri hyerarchici urgentissimae necessitudines, ad proxime imminentia Generalia Regni Comitia, Grodnam, hinc Nos brevi, ita ut eiusmodi mandatum Sacrae Nuntiaturae Apostolicae (quod obedientissimo animo Nostro absolvendum desideravamus) nullatenus explere, nec ad expediendam Commissionem condescendere Nos ipsi valeamus, evocant idcirco Perillustrem Rnd.mam, et Venerabilem Admodum Rnd.am Paternitates Vestras praesentium contextu requirimus, expetentes, quatenus ad mandatum Sacrae Nunciaturae Apostolicae, una cum Generoso Domino Nicolao Laszczewski, Curiae Nostrae Metropolitanae Notario, ad Cathedram Ritus Uniti Graeci Prinscensem, pro die trigesima prima mensis Augusti, iuxta novum Calendarium, descendant, ibidemque fundata Iurisdictione sua Commisoriali, Testes ad sui praesentiam Citatos, sive ad testificandum in eiusmodi Causa, ultro sese offerentes, sive a parte quaqua rogatos, et requisitos, maturos, honestos, fide dignos, omni prorsus suspitione carentes, neque corruptos, aut inimicos, vel odiosos, et offensos, neque adactos, saltim pro Paschate confessos, corporaliter iuratos, iuxta Interrogatoria a praedicta Sacra Nunciatura Apostolica, in seorsiva scheda porrecta, secundum Deum, Iustitiam et Conscientiam, seposito ad partem cuiusvis nominis, aut dignitatis respectu, quam diligentissime examinent, examenque eorum quam fidelissime descriptum, manibusque proprijs subscriptum, in occluso Rothulo, ad discernendum Sacrae Nunciaturae Apostolicae, Varsaviam, transmittant. Nos enim in his

omnibus Nomine, et Authoritate, toties specificatae Sacrae Nunciaturae Apostolicae plenariam, ac omnimodam, Perillustri Rnd.mae tum Venerabili Admodum Rn.dae, Paternitatibus Vestris, indulgemus potestatem. In quorum fidem.

Dabantur ad Cathedram Nostram Vladimiriensem, die vigesima Mensis Augusti, Millesimo septingentesimo vigesimo sexto anno.

(L.S.) Leo Archiepiscopus Metropolitanus (f. 285v) totius Russiae, manu propria.

Itaque descendentes ad locum Nobis in praeexpressis literis designatum, scilicet ad Cathedram Ritus Uniti Graeci Pinscensem, in termino hodierno, ex intimatione praemissa, et ad valvas, tam praelibatae Cathedralis, quam Sanctae Barbarae Ecclesiarum, affixa, et ad publicam notitiam deducta, cum citatione Decanorum, et Parochorum Dioecesis Pinscensis ibidem expressa incidente, post peractas Vesperas Actum nostrum inchoavimus, Iurisdictionem fundavimus, et omnes Clericos iterum adcitavimus, in praesentia Perillustris Magnifici Domini Joannis Godebski, Praefecti Venationum districtus Pinscensis, tum Venerabilium Admodum Rn.dorum Patrum, Andreae Danaykowicz, Cancellarij Capituli Pinscensis, Parochi Sanctae Barbarae ad Moniales Pinscenses Ordinis Divi Basilij Magni; Andreae Druzylowski, Sacristae ecclesiae Cathedralis Pinscensis; Michaëlis Jachimowicz, Parochi Struyscensis, Decani Stolinensis; Jakobi Wosinski, Parochi Cathedrae Pinscensis; Josephi Czechowicz, Parochi Osoviensis, caeterorumque Saecularium. Et quia iam sero imminebat, neque comparentes plures Decanos, et Parrochos invenimus, Actum nostrum, a diem sequentem Lunae, qui erit secunda Septembris, limitavimus, et comparere Testibus ad ferendum fidele testimonium, circa Puncta, a Sacra Nunciatura Apostolica, contra Illustrissimum et Rnd.mum Dominum Theophilum Godebski, Episcopum Pinscensem, tanquam non observantem Synodum Zamoyscianam porrecta et transmissa, iniunximus, facultatibus nobis desuper concessis suffragantibus.

ACTUM in eadem ecclesia Cathedrali, Ritus Uniti
Graeci Pinscensi, Anno eodem, die vero
2da Septembris.

ACTUS SECUNDUS.

Nos itaque suprafati Commissarij reassumendo Iurisdictionem nostram in termino praesenti, post peracta Officia Divina, Horis matutinis, Testes advocari iussimus, et super sequentia Puncta, ad examen processimus.

Ium: – In hunc usque diem Synodum Zamoysciensem, nedum in sua Dioecesi promulgavit, imo vix cogitat de illa aliquando promulganda, quamvis

ex vi Decreti, in eadem statuti, obligatus sit, ad eandem promulgandam. Post trimestre, a facta generali eiusdem propalatione, qui secundus iam labitur annus, ex quo est facta Luceoriae; idque non alia ratione, ut experientia patet, nisi ut possit liberius continuare antiquam messem, circa Ordinationes, et alia Sacra, et verius execrandas Symonias, a quibus non desistit etiamnum cum summa aggravatione Cleri, et scandalo Popularium, praesertim Patronorum ecclesiarum, qui videntes a Praesentatis ab ipsis ad suas ecclesias exigi ab ipso pro (f. 286) Ordinatione, ducunt exemplum ipsius in argumentum, quod licet etiam ipsis sua licitare Iura Praesentationis.

2dum: – Pariter exigit praecium sat rigorosum pro Antimissalibus, et Oleis Sacris. Et quidem pro primis, quorum uniuscuiusque materia vix decem Assibus constat, decem Tynfones, pro Ampulla autem Chrysmatis, Imperialem, quamvis Cathedraticum duplo maius, qua antea pendere solebat Clerus, concessa a Synodo Zamosciensi, in vim abolendarum omnium aliarum exactionum, non negligat strictissime exigere, et quidem etiam ab illis, qui antea, sub Antecessoribus ipsius, tum ratione Officiorum suorum, uti Archi-Presbyteri, tum ratione aliquarum specialium praerogativarum, uti Sacerdotes Cathedrales, immunes exstiterant.

3tio: – Exigit etiam pro admissione ad habitum Sanctimonialium, vel aliter ullam Virginem vult ad ipsum admittere, nisi praevio oblato sibi notabili aliquo honorario.

4to: – De inducenda apud easdem Clausura minime est solicitus, imo ipse praebet eiusdem violationis frequenter occasiones, dando licentiam Sanctimonialibus tractamenta faciendi, personis saecularibus utriusque sexus, imo et choreas etiam ducendi in refectorio, cum musica.

5to: – Presbyteris Cathedralibus ecclesiae suae, quibus a Fundatoribus pro honestiori sustentatione ipsorum, agri erant donati certi, eosdem ab ipsis ademit, et Mensae suae Episcopali applicavit, ipsosque ad eam inopiam per hoc redegit, ut fere stipem quaerere cogantur, mendicatoque vivere.

6to: – Sanctimoniales Pinscenses sui Iuris, quae a primaeva fundatione sua ecclesiam semper habuerunt propriam, distinctam ab alijs, eandem innovare volentes ob vetustatem, extruere ex fundamento aliam, cum prima iam multum sit ruinosa, prohibet, ac id faciendo, cogitque easdem, ad frequentationem suae ecclesiae Cathedralis, eiusdemque curam habendam, nec sub sua inspectione tenendam.

7mo: – Toto tempore, a quo factus est Episcopus, sextus iam autem delabitur annus, ex quo ad hoc Sacrum fastigium evectus est, necdum vel unicam celebravit Synodum Diaecesanam, similiter nec visitationem ullam per se, vel per alium facit suae Dioecesis, quae cum admodum exigua sit, facillimo negotio utrumque facere posset.

8vo: – Ordinandos, ultra praescripta Legis Synodi Zamoscianae, detinet in expectatione Ordinationis, extra proprias domos ad Cathedram, in victu forensi, aliquos fere ad annum cum summo dispendio rei ipsorum familiaris, qui in sudore et labore manuum suarum pane vescunt, idque ea solum ratione, quia in anno segnis, et gravis est in celebrandis Sacris, nam per totum annum vix quinquies, vel sexies celebrare Missam consuevit, quam, etiam in maximis solemnitatibus omittit. Secundo, ut eosdem, per taedium tantae expectationis, cogat ad plus sibi dandum pro ordinatione.

9no: – De alijs annis ignoro, an quolibet anno consecraverit sanctum Chrismatis unquentum, quia non quolibet solemnia Paschatis ad Cathedram celebravit; de omissione autem hoc anno ipsius Consecrationis, certus sum, quia praeterquam quod idem ab alijs fide dignis acceperim, ipsemet non erubuit proprio ore id coram me fateri, dando rationem, quod habeat in copia adhuc antiquum.

(f. 286v) 10: – In ecclesijs suis rarissimus est, sed solum latinas frequentat, cum non modico scandalo Schismaticorum, qui videntes ipsum tam exiguo ferri affectu in suum Ritum, inde concipiunt aversationem a conversione, et firmantur in schismate.

11: – Evocavit in subsidium, Authoritatem Sedis Apostolicae, apud suam Regiam Maiestatem pro extirpatione schismatis in sua Dioecesi, et nullam in hunc usque diem, fecit diligentiam, et dispositionem in innovanda, et instauranda Causa cum ijsdem, ratione avulsarum ab Unione, et a sua Iurisdictione ecclesiarum, quae etiam ipsius propria incuria, et parsimonia sumptus, ante aliquot annos, e manibus suis elapsae sunt, quamvis modo prae aliis tempus opportunius huic negocio gerendo, efulgeat, tum ob recessionem, metus praeteriti potentiae adversariae Unionis Sanctae, et Religionis Catholicae, tum quia ipsimet Incolae huius Civitatis, Schismatici non ita videntur esse alieni a conversione sicut ante, dummodo ecclesiae ipsorum consecrentur circa eundem statum regiminis, in quo ad praesens reguntur, ut quae reguntur vel administrantur a Regularibus, deinceps etiam penes eorundem gubernium, et administrationem serventur.

12: – Tyrannicus est in castigandis sibi subditis Sacerdotibus, et ut omittam alia exempla, hoc in passu praesenti anno quemdam sacerdotem, rigidissimo tempore hyemis, vix non ex toto nudatum in media area suae Residentiae extensum humi per manus saecularium, vix non ad internecionem virgis caedi fecit, in assistentia plurimorum, tam Fidelium, quam Infidelium, nec non cum summo eorundem scandalo.

13tio: – Incontinentia manuum, non solum linguae, summa laborat, non modo enim iurgatur frequentissime cum Nobilibus, non postremae notae,

eosque ignominiosissime verbis tractat, sed aliquot ipsorum, nec contemnendae pariter notae, cum gravissima offensione totius Districtus violentia manuum suarum indignissime tractavit, unde publicus contra eundem, a toto Districtu, in futuris Comitijs quaerelae, ad vindicias sumendas laesi honoris, nobilis characteris parantur. Imo parum abfuit, ut ad effusionem sanguinis Episcopalis deventum non fuerit, ob ijs, quos praefata iniuria affecit, impotentia irae ad id impellente, et laeso honore, nescio deliberationis, et advertentiae, in primo motu promovente.

14to: – Personam nullam spiritualem fovet ad latus suum, tam ex Clero saeculari, quam regulari.

15: – Examina Ordinandorum, per saeculares familiares suos vix rudimentorum fidei gnaros, facit.

16to: – Iudicia sine ulla forma Iuris, et inordinate, verbotenus solum, et sine scripto expedit, a quibus, asperitate sua nimia, plurimos absterret.

His Punctis perlectis, testes advocavimus, et singulos secrete examinavimus, ordine illo, qui sequitur.

(f. 287) *Primus Testis*: Magnificus Dominus JOANNES TOKARSKI, annorum plusquam sexaginta, confessus non ita pridem, in festo Assumptionis, praevio corporali Iuramento, ad Crucifixi Imaginem sic recognovit.

Ad Primum Punctum: – Quod nihil sciat de promulgatione Synodi Zamoscianae cum sit saecularis Persona, de Spiritualibus, praesertim Ritus Uniti Graeci, non requirat.

Ad Secundum: – Recognovit quod pro Antemissalibus utrum aliquid accipiat, de certo nescit; audivit tamen a Parocho in suis Bonis existente, pro Antemissalibus accipere Tynfonem. Pro Oleis vero Sacris Tynfones tres, pro Cathedratico Imperiales duos. De vero Archipresbyteris et Sacerdotibus Cathedralibus scit pro certo, quod sicut sub Antecessoribus, ita et sub moderno contribuant cum caeteris Parochis.

Ad 3tium: – Etsi habeat in eodem Monasterio suas neptes ex sorore, circa admissionem illarum ad habitum, quod nihil tribuerint, scit bene. De alijs vero plene ignorat; solum aliquid audivit et hoc incerto, quod admissa non ita pridem Virgo, Malynska dicta, sponte sua et ex liberalitate aliquid honorarij tribuerit.

Ad 4tum: – Omnino asserit quod sit falsum, cum hoc nunquam fuerit, imo circa Moniales est rigorosus, et Moniales optime gubernantur.

Ad 5tum: – Ignorare se prorsus affirmavit.

Ad 6tum: – De ecclesia Sanctimonialium hoc affirmat, quod Dominus Episcopus intendebat quidem, et intendit extruere ecclesiam vicinam Monialibus, quae sit simul ecclesia Cathedralis, et Moniales ex suo Monasterio possint ingredi per suum ambitum clausum ad Chorum iuxta ecclesiam, propter easdem ad audienda Divina, et orandum extructum.

Ad 7mum: – Utrum celebraverit aliquando Synodum Dioecesanam non audivit et utrum visitaverit ecclesias viciniores ignorat; quod vero remotiores, ubi Bona eiusdem Testis existunt, non visitaverit per se, sed per Decanos suos, affirmat.

Ad 8vum: – Ordinandos utrum detineat per annum, et ob quam causam, nescit. Ad sui tamen Patronatus ecclesiam praesentatum detinebat per quadrantem anni, sed propter exercitium et studium, non alio fine. Sacrum autem celebrare vidit illum saepius, ac ab ordinandis audivit, quod aliqui contribuant viginti Imperiales, alij minus, secundum posse, et Beneficium.

Ad 9num: – Cum sit distans, absolute ignorat.

Ad 10mum: – In suis ecclesijs semper celebrat, in Latinis vero rogatus, rarissime celebrat, et hoc in solemnitatibus.

Ad 11mum: – Iustus metus Moschovitarum impedit zelum circa recuperationem ecclesiarum disunitarum, particulares vero Personae convertuntur.

Ad 12mum: – Audivit quod unum quemdam excessivum Presbyterum in clauso cubiculo privatim disciplinis caeciderit, et hoc per manus Clericorum, et (f. 287v) quidem digne, cum praeter alios excessus quos committunt, non pridem in Bonis eiusdem Domini Testis Presbyter die festo ebrius Sacrum celebrare voluerit.

Ad 13tium: – Audivit quod in causa iusta, scilicet requirendo iustitiam a Magnifico Domino Ciechanovicz, Succameraride Pinscensi, verbis offensus laesivis ab eodem, proiecit orbem ligneum, et in brachio percussit, sed interveniente amicorum mediatione, sunt reconciliati ambo.

Ad 14tum: – Tenebat semper Sacerdotem regularem, qui postquam abscessit, pro nunc non habet alium.

Ad 15tum: – Ignorat.

Ad 16tum: – Tenet Notarium qui inscribit Decreta, quae ipse Testis vidit extradita cum Sigillo.

Ita deposui – Joannes Tokarski (mpr).

Secundus Testis: Magnificus Dominus Nicolaus Rozynski, annorum sexaginta octo, confessus in Visitatione Beatissimae Virginis, praevio corporali Iuramento, recognovit.

Ad primum: – Asserit quod non sit promulgata, quia a Parocho in suis Bonis existente audiverit. Rationem ponunt non promulgationis, quod non habeant Typographiam; utrum speratur promulganda. Utrum vero aliquid accipiat ab Ordinandis, ignorat.

Ad 2dum: – Scit quod distribuerit per totam Dioecesim Antemissalia, utrum vero acceperit aliquid ab iisdem ignorat. Pariter pro Oleis Sacris quod aliquid accipiat, audivit; sed quantum ignorat. Et de Cathedratico per quantum accipiatur, affirmare nescit. Et de Protopraesbyteris, et de Sacerdotibus Cathedralibus nihil asserere potuit, quia est distans.

Ad 3tium: – Nihil scit nec scire vult.

Ad 4tum: – Nec vidit, nec audivit.

Ad 5tum: – Ignorat.

Ad 6tum: – Ignorat, sed audivit ex oratore solius Domini Episcopi, in praesentia multorum Nobilium, quod ille voluerit separatam ecclesiam Cathedralem erigere, cum sit antiqua, nimis ruinosa; Sanctimoniales vero separatam, ut extruant, sicut volunt, permittit.

Ad 7mum: – De alijs annis nescit, solummodo hoc anno congregabat Clerum in praesentia sui. De visitatione solum scit, quod soli Decani visitent.

Ad 8vum: – De caeteris Ordinandis ignorat, sed de suo praesentato a Domina Zamoyska, scit bene consecratum fuisse una septimana. Utrum vero celebret saepius vel non, prorsus ignorat, quia ob distantiam suam non soleat esse in Civitate Pinscensi.

Ad 9num: – Ignorat, cum non soleat esse in Caena Domini.

Ad 10um: – Itidem ignorat.

Ad 11um: – Idem metus Moschoviticus adhuc prohibet zelum recuperandi ecclesias.

(f. 288) Ad 12dum: – Narrarunt ipsi Parochi, quod excessivum quemdam Clericum, et quidem potum disciplinis caedi iusserit per Psalmum: Miserere mei Deus, sed in clauso cubiculo.

Ad 13tium: – Non audivit nec vidit quidquam.

Ad 14tum: – Affirmative, quod non conservat, postquam Pater Szostakovski abscesserit.

Ad 15tum: – Quod in antea ipse D. Episcopus, et praefatus Pater Szostakovski, Ordinandos examinabat, modo vero ignorat.

Ad 16um: – Non fuit in Iudicijs unquam, et ideo ignorat.

Ita deposui – Nicolaus Rozynski, m.p.

Tertius Testis: Magnificus Dominus THOMAS CIECHANOWICZ, Succamerarides Pinscensis, annorum plus quam quinquaginta, confessus in Festo Assumptae Mariae, praevio corporali Iuramento recognovit.

Ad 1mum: – Quod non sit promulgata Synodus, asseruit, et quod ab Ordinatione accipit itidem asserit, sed quot, ignorat.

Ad 2dum: – Quia Parochus in suis Bonis pro Antimissali solvit octo, aut decem Florenos affirmavit. Pro Oleis vero Sacris de certo non asserit; dubitat tamen ut gratis distribuantur. Cathedraticum vero per duos Imperiales exigitur, et solvitur; id ex sui Praesbyteri relatione idem testis scit. De Protopresbyteris asserit quod Cathedraticum solverint, de Cathedralibus an aliquid contribuant, ignorat.

Ad 3tium: – Hoc plane ignorat.

Ad 4tum: – Falsissimum est, cum toties et ipse fuerit in tractamento, sed penes portam Sanctimonialium, absque ulla Musica celebrato.

Ad 5tum: – Audivit aliquid, sed certe affirmare nescit.

Ad 6um: – Aliquid de intentione Domini Episcopi audivit, quod voluerit ipse vicinam monialibus ecclesiam Cathedralem novam erigere, ad quam et Moniales commearent pro Officijs Divinis, sed modo ab hac intentione recedit, et separatam vult erigere, permittendo Monialibus seorsivam suam itidem aedificare ecclesiam.

Ad 7mum: – Hoc Anno in vere celebravit Congregationem Cleri; quod vero non per se, sed per Decanos visitet ecclesias dioecesis suae, asseruit.

Ad 8vum: – Quod detineat Ordinandos aliquando diutius, sed non per annum. Ratio est, quia vult ut erudiantur eo temporis spacio, quia communiter rudes sunt. Celebrat autem saepius Sacra. Ab Ordinandis, ut plus accipiat ideo illos detinet, hoc ignorat.

Ad 9num: – Ignorat, quia in Caena Domini esse non solet.

Ad 10um: – In suis ecclesijs diebus festis celebrat, et Officia Divina absolvit; nisi invitatus pro solemnitatibus, latinas ecclesias, praesertim Regularium, adit, et celebrat.

Ad 11mum: – Moschorum metus negandum cessat, qui prohibet, ut vel quomodocunque Schismaticos laedamus.

Ad 12mum: – Nec audivit, nec vidit.

Ad 13tum: – Scit quod cum fratre eiusdem Testis rixatus fuerit. Sed non graviter, et iam sunt reconciliati.

Ad 14tum: – Personam ad praesens nullam spiritualem tenet, postquam abscesserit Pater Religiosus Szostakovski.

Ad 15tum: et 16tum: – Ignorat.

Ita deposui – THOMASZ CIECHANOVICZ.

(f. 288v) *Quartus Testis*: Magnificus Dominus STANISLAUS SZUYSKI, Thesaurarius Pinscensis, annorum quadraginta octo, confessus in Festo Beatissimae Virginis Angelorum, praevio corporali Iuramento, recognovit.

Ad primum: – Synodus Zamoysciana, utrum sit promulgata, ignorat. Ab Ordinandis quod accipitur hoc fertur et dicitur, sed de quantitate praecij ignorat.

Ad 2dum: – In suis Bonis duas habere ecclesias asserit, et quod Antemissalia sint distributa aliquo precio, audivit ab suis Parochis, sed illi ipsi precium non expresserunt, neque quaerulabantur. Idem sentit et de Oleis Sacris. De Cathedratico per duos Imperiales exigi, audivit; nihilominus quod non omnes pariter contribuant, habetur enim respectus tenuiorum, haec omnia deponit ex relatione Sacerdotum.

Ad 3tium: – Recenter admissam esse Virginem Malynska nuncupatam, quae ultro ad habitum Religiosum petiit, promoventibus, et consentientibus Fratribus, se admitti ad Religionem, an vero aliquid obtulerit Honorarij, praeter dotem consuetam, non audivit.

Ad 4tum: – Falsissimam illationem esse dixit; solum enim Festa Sanctae Barbarae solemnisant, et Hospites tractant, sed penes portam, musicam vero nusquam admittunt.

Ad 5tum: – Non audivit, nec scit.

Ad 6tum: – Scit ipse praeparatam esse materiam pro aedificanda ecclesia Monialium; ipse enim subministraverat aliqua instrumenta, ad secundam ligna; nec unquam audivit, ut prohibeatur exstrui ecclesia, quam primo vere intendunt Moniales extruere.

Ad 7mum: – Synodum seu Congregationem Parochorum hoc anno post Pascha celebratam fuisse optime novit, visitationem vero ecclesiarum non nisi per Decanos fieri in suis Bonis vidit; gravaretur enim Parochus nimis, si cum toto comitatu visitaret Episcopus.

Ad 8vum: – Detinet quidem Ordinandos, sed ut exerceantur, non vero ut aliquid extorqueat. Missam vero saepenumero eum celebrasse asseruit, et falsum asserit, quod solum quinquies in annum Missas absolvat.

Ad 9num: – Ignorat, nec enim solebat in ecclesia Ritus Uniti Graeci Magno die Iovis fuisse.

Ad 10mum: – Nisi invitatus ad solemnitates, ecclesias latinas adit. Sed suam sicuti Cathedralem nunquam deserit.

Ad 11mum: – Contra Moscoviticam Potentiam non potest quidquam tentare, cum et modo schismatici minantur.

Ad 12mum: – Prima vice dicit se hoc scelus audire, sed a nullo alio; verum est, quod excessivos puniat, sed hoc clam, et servata regula, et nunquam propalatum est quemnam.

Ad 13: – Verum est quod ab aliquibus provocatus laesivis verbis, responderit laesive, nihilominus reconciliati sunt, nec aliquis ad praesens quaerulatur.

Ad 14tum: – Personam spiritualem nullam ad praesens habet, in antea vero habuit Patrem Szostakowski de Ordine Divi Basilij Magni.

Ad 15: et 16: – Ignorat, quod tamen Notarium Curiae suae et Capituli habeat, hoc omnibus notum ideoque Iudicia et Decreta supponit fieri in scriptis.

Ita deposui – STANISLAUS SZUYSKI, Thesaurarius Pinscen.

(f. 289) *Quintus Testis*: Venerabilis Pater ANDREAS DRUZYLOWSKI, Sacrista Cathedralis Pinscensis, annorum triginta octo, celebravit Sacrum die Dominico proxime praeterito, praestito Iuramento, tactis Sanctis Evangelijs, haec recognovit.

Ad primum: – Synodum fuisse audivit, sed contenta illius non scit, quia nondum sunt promulgata; ipse quidem ante duos annos consecratus, nihil ab ordinatione solverit. Caeteros autem solvere ignorat.

Ad 2dum: – Pro Antemissalibus solvunt, et pro Chrismate, sed quia non ita pridem applicatus est ad servitium ecclesiae Cathedralis, ideo quantitatem precij determinare nescit. Similiter de Cathedratico quantum solvatur se nescire dixit.

Ad 3tium: – Ignorat.

Ad 4tum: – Non solum esse falsum, sed etiam observatur, ut nullus audeat ingredi septa Monasterij Monialium.

Ad 5tum: – Quia non ita pridem hic est Pinsci, non habet perspectam Causam.

Ad 6tum: – Audivit solum Episcopum dixisse, quod si ego erexero ecclesiam Cathedralem, vos Moniales poteritis frequentare eam, nec plus scit.

Ad 7mum: – Hoc anno erat solum congregatio Parochorum, ad accipienda Olea Sacra, et uno alterove die acceptis Oleis Sacris discesserunt,

nec quidquam plus fecerunt. Ad visitationem vero dioecesis, decanos solum mittit, uti illi patuit per duos annos.

Ad 8vum: – Ordinandos detinet quidem, aliquos per quadrantem anni, alios per medium annum, iubendo, ut instruantur casibus et alia doctrina, non vero propter infrequentiam celebrationis; quotiescunque enim hic est Pinsci, Episcopus nunquam festum transmittit absque celebratione. De precio vero ab illis extorquendo, nescire se dixit.

Ad 9num: – Hoc anno bene scit, quod Episcopus non consecraverit Olea Sacra, quia erant antiqua in copia.

Ad 10mum: – Absoluto Sacro in sua ecclesia, pro concione solet adire diebus festis latinas ecclesias.

Ad 11mum: – De hoc Puncto profundiores relationes ignorat, solum hoc dicit, quod fuerant receptae ecclesiae Disunitorum binae, sed iterum restitutae; gauderet tamen ipse Testis, si reciperentur, quia paucissimi sunt in Civitate Uniti.

Ad 12dum: – Negat punitum esse quempiam publice, sed privatim, et excessivum, servata regula poenae.

Ad 13tum: – Fuit fama, rixatum fuisse Episcopum cum aliquibus Nobilibus, sed qualiter, et qua de causa, cum non fuerit praesens nec ullus illi retulerit, prorsus ignorat.

Ad 14tum: – Nullam spiritualem Personam tenet, postquam Pater Szostakovski abiverit, et iam secundus labitur annus.

Ad 15tum: et 16tum: – Ignorat.

O. Andrzey Druzylowsky, Zakrysta ... Pinsky.

Sextus Testis: V.R. Pater Martinus Rozdzialowski, Parochus Cathedrae Pinscensis, annorum 27, consecratus a tribus annis in Praesbyterum, celebravit etiam hodie. Praestito Iuramento, tactis Sanctis Evangelijs.

Ad primum: – Synodum non esse publicatam, utrum vero publicabitur ignorat. Ab Ordinandis exigitur Lytrum sed diversum, pro diversitate Personarum; ascendit tamen aliquando ad triginta Imperiales et plus, cum et ipse Testis circa suam consecrationem (f. 289v) solverit plus quam centum florenos.

Ad 2dum: – Pro Antemissalibus solvitur Imperialis, pro Oleis Sacris etiam Imperialis; Cathedraticum iterum separatim per duos Imperiales, quod et Decani solvunt. Cathedrales vero antea cogebantur ad exsolvenda haec omnia, sed per intercessionem aliquorum sunt liberati.

Ad 3tium: – Monialibus admittendis ad professionem, ut aliquid exigat, nihil audivit; solum dicebatur, quod fratres Virginis Malynska dictae sponte obtulerint vasculum minus, vocatum Antale Vini.

Ad 4tum: – Nec audivit nec videbat, etsi semper hic continuus maneat.

Ad 5tum: – Fundos antiquos pro Clericis Cathedrae inservientibus datos et fundatos, a tribus annis recepit Episcopus, et ad suam Curiam applicavit, et certe ad inopiam ideo illos redegit, cum nullum habeant modum sustentationis suae.

Ad 6tum: – In antecessum dicebat quidem Episcopus, quod sibi unam ecclesiam aedificetur, quae sit et Cathedralis, et Moniales, per ambitum, factum, commeent ad ecclesiam Cathedralem; nunc vero desistit ab hoc proposito, et Moniales praeparant materias pro sua propria aedificanda ecclesia.

Ad 7mum: – Nunquam Synodus Dioecesana celebrata, nisi hoc anno Parochi congregati erant ad accipienda Olea Sacra. Visitant autem solummodo Decani ecclesias, non Episcopus.

Ad 8vum: – Nisi unum per annum detinuit, sed quia rudis erat, noluit eum consecrare, nisi erudiretur; caeteros vero per quadrantem anni solet detinere, non vero propter pecunias, sed propter eruditionem detinet.

Ad 9num: – Alijs annis, a quibus factus est Testis Presbyter, quolibet anno consecrabat Episcopus Olea Sacra in die Caenae Domini, hoc vero anno, sacrum quidem die Iovis Magno celebravit Pinsci cantatum, sed Olea Sacra, ob copiam praeteritorum, non consecravit.

Ad 10mum: – Est verum quod ecclesias latinas in antea frequentius adibat, nisi auditis porrectis contra se punctis caepit iam suas ecclesias frequentare, et Sacra absolvere.

Ad 11mum: – De hoc puncto, plane ignorat, cur non prosequatur litem cum Disunitis; quod vero sint Schismatici obdurati, asseruit.

Ad 12mum: – Ipsemet fuit praesens Testis, imo ipse castigavit quendam Praesbyterum virgis bis Psalmo: Miserere mei, Deus, recitato, inaudito vero loco, et clam omnibus, et iste Presbyter maiorem paenam meruit, propter excessus suos; alios vero nullos presbyteros scit castigatos tyrannice.

Ad 13: – Cum non sit ad latus Episcopi, nihil potest dicere de hoc puncto.

Ad 14tum: – Post abscessum Patris Szostakovski, nullum Sacerdotem tenet.

Ad 15tum: – Antea quidem Rnd.mus Filipovicz examinabat, nunc vero, stante lite cum eodem Rnd.mo, Regens Capellae saecularis examinat.

Ad 16tum: – Verum est quod non sint Protocolli Decretorum, sed causae verbotenus expediuntur.

Ita deposui – MARTYNUS ROZDZIALOWSKI (mpr).

(f. 290) *Septimus Testis*: V. Admodum Pater JOANNES DRUZYLOWSKI, Decanus Pinscensis, Parochus Stavecensis, annorum sexaginta septem, celebravit die hesterna, praevio Iuramento, tactis Evangelijs Sanctis, recognovit.

Ad primum: – In hucusque Synodus Zamoysciana non est publicata, ne voluit publicare, nisi post iam porrecta contra se puncta; iussit Decanos ut transcribant, et fortassis ideo quia voluit ab Ordinandis diutius accipere Lytra, sicuti revera ab uno qui pro Vicario quasi Patri suo filius consecrabatur, accepit plus quam quinquaginta Imperiales; ab alijs vero per triginta Imperiales, excepto, a subscriptione manu Episcopalis, duos Imperiales, Notario Imperialis, Musicae Imperialis, quae tamen nunquam solet in ecclesia cantare.

Ad 2dum: – Pro uno Antimissali communiter decem Tynfones, si tamen, ad unam ecclesiam, duo sint presbyteri, sicuti hic invenitur, pro uno eodemque duplum precium, imo in uno loco vel altero sunt tres Presbyteri, omnes contribuerunt triginta Tynfones pro uno Antimissali, et qui non habuerunt pecunias, accipiebantur boves. Pro Oleis Sacris, Imperialis communiter datur. Cathedraticum separatim per duos Imperiales, et per duos Tynfones ab uno, si autem sint duo ad unam Ecclesiam, vel tres, quisque illud precium exsolvere debet ita, ut ab uno Beneficio sex Imperiales, et sex Tynfones eveniant. Quod et Decani, qui in antea semper exempti erant, et in alijs dioecesibus eximuntur, solvere coguntur, ad Cathedram tamen existentes vix ab illo potuerunt impetrare exemptionem a tali extorsione. Nihilominus gravantur tum vecturis, laterum, tegulorum, tum vix non assidua epistolarum transmissione, ita ut illis equi deficiant, et quasi iam per ludibrium a Populo vocantur Boiary. Addit summam indecentiam circa Antimissalia, quae res Sacra ab uno puero tractatur, et Reliquiae Sacrae a faemina insuuntur, cum tamen ille apud Antecessores viderit res istas a Clericis fieri, et sacrosancte tractari. Addit etiam, quod cum novis distributis Antimissalibus antiqua receperit, eodem precio Episcopus distribuebat.

Ad 3tium: – Nihil audivit, et nihil scit, imo contrarium opinatur.

Ad 4tum: – Nisi alius aliquis dicet, se autem ignorare asseruit.

Ad 5tum: – Omnino sic est, quia ab eodem ipso Teste acceperit semimedium laneum, et subditos tres cum uno laneo, et tamen ille habet documenta antiquissima, et fuerit in pacifica possessione et Antecessores eius, sub Episcopis praeteritis; ille ipse iam quintum Episcopum in hoc officio suo

decanatus, supervivit, et a caeteris alijs similiter recepit ita un modo non habeant modum sustentationis. Qui Cathedrales, ultra alia gravamina, etiam Ceram, Vinum, Hostias proprijs sumptibus debent comparare, unde per civitatem mendicant cum Cassa ipsi sacerdotes, cum tanto dedecore status. Addit insuper quod non ita pridem, mortuo, sacerdote, omnia supellectilia ad se accepit, vidua misera ita spoliata, ut publice mendicare cogatur.

Ad 6tum: - Aliquid solum audivit (ut Moniales dicebant): quod voluerit Ecclesiam talem extruere, quae haberet nomen Cathedralis, et Moniales haberent curam illius, quia vicina illis esset.

Ad 7mum: - Numquam fuit celebrata Synodus Dioecesana; hoc solum anno congregaverat Parochos, ut acciperent Olea Sacra, non alio fine, nisi ut Notario quisque per sexanarium maiorem, et sex grossos pro musices Magistro, ultra consuetam extorsionem pro Episcopo. Et hoc non in Ecclesia, sed in sua Aula faciebat, cum tamen praeteriti Episcopi in Cathedrali Ecclesia singulis decanis distribuebant et illi in suis Ecclesijs Parochis Sacra sacre tractando dividebant. Nunquam solus visitavit Ecclesias, sed solum Decani, et bene hoc facit, quia tantum Comitatum, quo inutiliter abundat, secum conducendo, Parochos et eorum substantiam ad incitas redigeret, uti experiuntur illi ad quos transeundo divertit.

Ad 8vum: - Unum solum detinebat per annum, caeteros vero per medium vel per quadrantem anni, maxime ideo, ut exsolverent precium; nunquam enim solet consecrare, nisi prius (f. 290v) triginta Imperiales exsolvat Ordinandus; unde plures pauperiores coguntur recedere ab Ordinibus Sacris, et Schismatici, propter tales rapinas, nolunt accedere ad Unionem Sanctam. Sacra vero caepit saepius celebrare, audito quod sint contra se porrecta Puncta.

Ad 9num: - Praeteritis quidem annis semper in die Caenae Domini consecravit Olea Sacra; hoc vero anno non, etsi fuit monitus ab ejusmodi Teste.

Ad 10: - Est certum quod raro in Cathedrali Ecclesia etiam Sacra audiebat, etiam diebus Dominicis, sed latinas Ecclesias frequentando, et Conciones, et Sacra audiebat, magno scandalo Disunitorum, qui antea, Episcopo comparente in Cathedrali, omnes veniebant ad ecclesiam Cathedralem.

Ad 11mum: - Ignorat cur non prosequatur litem; Schismatici tamen nullam habent inclinationem ad Episcopi personam.

Ad 12mum: - De alijs quidem nescit, de uno hoc bene novit, quod non in area quidem, sed in sala maiori, tenentibus, Haydonibus, per Clericos iussit virgis horrende caedi, ob eam causam, quod caesus boves acceptos

duos, unum pro Cathedratico, alterum pro Antimissalis repetebat ab Episcopo, offerendo unum Imperialem ex sua paupertate; excessus autem alios non commisit, sed Episcopus iratus dixit illum esse potatorem et excessivum; haec facta in praesentia ipsius Episcopi.

Ad 13tium: – Non fuit praesens, sed audivit, quod Dominum Budzicki in rixa percusserit baculo, de ceteris ignorat.

Ad 14tum: – Nullam Personam spiritualem tenet, post abscessum Patris Szostakowski, qui tamen erat similis Principali suo in extorsionibus, et oppressionibus Cleri.

Ad 15tum: – Scit item quod non ita pridem Ordinatos examinaverit saecularis Regens Musices.

Ad 16tum: – Est verum quod Iudicia sine ulla forma Iuris aliquando ludendo chartis, verbotenus absolvit causas. Sine inscriptione in Protocollum.

X. Ian Druzylowski, Dziekan Pinsky, Paroch Stawecky.

Octavus Testis: V. Pater Andreas Danaykowicz, Notarius Capituli Pinscensis, Decanus Pohoyscensis, Parochus Sanctae Barbarae ad Moniales, annorum quinquaginta sex, iam Presbyter plusquam triginta annis, celebravit hodie, praevio Iuramento, tactis Sanctis Evangelijs, recognovit.

Ad primum: – Synodus Zamoysciana in hucusque non fuit promulgata, nisi quando iam affixae literae erant pro Commissione, omnes Decanos et Parochos iussit omnino ut veniant et transcribant Puncta Synodi, unde Notarius Episcopalis per sex Florenos ab exemplari transcripto accipit, cum magna oppressione pauperum. Ab Ordinandis accipit quia et Testis, ex suo decanatu, promovit unum, qui ducentos Florenos solvit, praeter expensas pro Musica, pro Notario, pro Sigillo, pro Literis Installationum.

Ad 2dum: – Pro Antimissalibus decem Tynfones, pro Chrismate Imperialis, pro Cathedratico duos Imperiales; et hoc exigitur non a Beneficio, sed a Personis; unde si sunt duo vel tres circa unum Beneficium, quisque tantum solvere debet. Praeterea alias extorsiones, uti Notario pro Quietatione, Musicae et alijs, circa distributionem Oleorum Sacrorum instituit. Et in supplementum idem Testis praesentavit Literas Circulares, quibus Parochi obligantur strictissime, per duos Imperiales, et per duos Tynfones, sub poena septuaginta quinque Florenorum comportare, nihilominus hoc adhuc in ijsdem litteris exprimitur, quod Decanus, omnibus computatis Parochis, per duos Imperiales importare debet, et si pauperior Parochus non possit inferre duos Imperiales, tum paulo ditior supplere tenetur; imo si aliqua ecclesia vacaret, illius defectum omnes Parochi supplere debent et contribuere.

Omnia illa onera etiam Decani sustinent, Cathedrales solum sunt immunes, sed in vim huius non solum quod ceram, vinum, et reliqua ad ecclesiam Cathedralem comparare debent plane mendicando; vecturas omnes sustinent, ita ut equi illis, deficiant, ut magis Postiliones, quam Capitulares, vocitentur.

Ad 3tium: – Etiam sustinet idem Testis officium Capellanis in ecclesia Monialium, (f. 291) nunquam tamen audivit hoc practicari, ut Virgo Monachanda cogatur aliquid contribuere; quod vero fratres Virginis Malynska nuncupatae dederint vasculum minus vini, hoc fecerunt ex maera liberalitate, et iam post peractam Professionem.

Ad 4tum: – Tempore Professionis Virginis Malynskae, saeculares Virgines cum saecularibus Viris ducebant coreas in Refectorio, ob defectum loci ad portam.

Ad 5tum: – Recepit Fundos, quorum erant Possessores ex antiquissima Fundatione, sed et fundationem in Archivo suo Episcopus tenet; neque illis tradit, unde modo pro tribus Presbyteris unus laneus relictus est, nullomodo sufficiente, vel miserae sustentationi.

Ad 6tum: – Prohibuerat Monialibus ecclesiam aedificare novam, ob hunc finem, quia illae Moniales habent iam sufficientissimam materiam pro ecclesia nova, ex qua ille Episcopus materia voluit Cathedralem aedificare, et adhuc petijt a Monialibus Mille Florenos pro artificibus dari, et sic ecclesiam facere communem, sed auditis porrectis contra se punctis, recessit.

Ad 7mum: – Synodum Dioecesanam nunquam celebravit; hoc nisi anno Parochos congregaverat pro distribuendis Oleis Sacris et hoc ad extorsionem. Decani visitarunt suos Parochos solum, sed Episcopus nunquam, et Decani visitarunt ex occasione distribuendorum Antimissalium.

Ad 8vum: – Unum quidem tenebat per totum annum, de simplici statu, volendo ut instrueretur, qui dederat ducentos Florenos exceptis honorarijs et ideo nunc ad paupertatem ita redactus, ut et Sacerdotium deserere vellet. Caeteros per quadrantem anni, vel plus, nullum tamen consecrat, nisi prius in paratis, exsoluto Lytro, quod ascendit aliquando ad quinquaginta Imperiales, uti ab uno accepit, a caeteris vero ducentos Florenos. Sacra antea rarissime celebrabat, modo iam saepius, post extraditas literas inquisitionis.

Ad 9num: – Alijs annis praeteritis consecravit Chrisma, hoc vero anno cum Testis non fuerit in ecclesia Cathedrali Magno die Jovis, non scit quidquam de consecratione Oleorum Sacrorum, audivit tamen quod non consecravit.

Ad 10mum: – Est verum quod frequentaverat magis latinas Ecclesias, etiam die Dominico, non audiendo Sacrum in Cathedrali, modo nisi caepit frequentare Cathedralem.

Ad 11mum: – Habet documenta maxima pro ecclesia Disunitorum, quod ad Episcopum pertineat, cur vero non prosequatur litem idem Episcopus, Testis ignorat; dicit tamen iure posse vindicari.

Ad 12mum: – Non vidit, sed scit bene, quod scandalum fuit, quod in Aula sua, etsi intra aedificia, tamen omnibus scientibus et audientibus, humi prostratum, in sua praesentia denudatum, virgis caedi iussit, tenentibus Saecularibus, et Clericis percutientibus.

Ad 13: – Quod rixetur cum Nobilibus, etsi quidem in causa iusta, defendendo Fundos Ecclesiasticos, sed contra modestiam Episcopalem, cum ad percussionem aliquorum etiam deventum est, unde multorum in se odium contraxit.

Ad 14tum: – Nullum Sacerdotem tenet, quod omnibus patet.

Ad 15tum: – Nunc examinat Ordinandos saecularis Magister Musices.

Ad 16tum: – Iudicia sine omni figura, et forma Iuris, non sedendo, sed ambulando, aut chartas ludendo, sine ullo scripto, cum maximo dedecore, et dolore Status Clericalis, in praesentia impertinentium Saecularium, maxime quando de excessibus agitur Parochorum, absolvit, et expedit.

Andrzey Danylowicz, Protoprezbiter..., Pisarza Kapituly Pinskiey.

Nonus Testus: V. Pater Leo Druzylouski, Parochus Sancti Nicolai Pinscensis, annorum septuaginta octo, celebravit hodie, praevio Iuramento, tactis Sanctis Evangelijs, recognovit.

Ad primum: – Synodus Zamoysciana non est promulgata audivit (f. 291v) tamen modo, quod iussi sunt Parochi transcribere Constitutiones Synodi Zamoyscianae; quod vero accipitur pro Ordinibus, hoc publicum est, cum et apud eundem Testem hospitantur Ordinandi; non idem tamen omnibus precium, vix tamen decedit minus a ducentis florenis.

Ad 2dum: – Pro Antimissalibus decem Tynfones; pro Chrysmate, etsi illi uti Cathedrales non solvunt, caeteri vero omnes per Imperialem separatim; Cathedraticum, per duos Imperiales et duos tynfones, et hoc non a Beneficio sed a Parochis solvitur, unde si duo sint Praesbyteri vel tres penes unam ecclesiam quisque tantum solvit. Quod et Decani solvunt; Cathedrales vero, etsi non solvunt, vecturis tamen, et missionibus cum epistolis opprimuntur.

Ad 3tium: – Ignorat.

Ad 4tum: – Aliquid audivit de choreis ductis in Refectorio, sed non asserit certo.

Ad 5tum: – Omnino cum lachrymis est confessus, quod illi sex Laneos

receperit, et ad talem paupertatem redegerit, quod solum nunc siliginis, semi tertiam sexagenam habet, unde nullum victum potest habere pauper et seniculus, et defectuosus, et cum filium suum obtinuerat consecrari sibi in Coadiutorem, Episcopus illum vi adegit a Patre recedere, et in locum desertissimum ablegavit, etsi Patres Societatis expetierint eundem ad suum Beneficium, sed Episcopus iratus non permisit.

Ad 6tum: – Audivit a Monialibus quaerulantibus, quod illis Episcopus non permisit ecclesiam aedificare.

Ad 7mum: – Synodum Dioecesanam nunquam celebravit; hoc tantum anno congregaverat Parochos propter maiorem extorsionem, quia nihil plus egerunt, nisi quod Olea Sacra acceperint, ultra antiqua precia Notario, pro Quietatione per Sexanarium maiorem dederint. Nec visitationes per se absolvit.

Ad 8vum: – Unum solum per annum detinuit, caeteros vero per medium, vel per quadrantem anni, fortassis ut exsolvant Lytra, quia de certo nescit. Missas tamen quod Episcopus rarissime antea celebraverat, hoc affirmat.

Ad 9num: – Alijs annis consecrabat Olea Sacra, sed hoc anno non, cum Testis ipse assistebat Sacro, die Iovis Magno.

Ad 10mum: – Affirmat, quod saepissime ecclesias latinas, suas vero rarissime, etiam die Dominico, et Festis Episcopus frequentabat, sed modo iam incepit.

Ad 11mum: – Ignorat, hoc solum narrat, quod postquam recepta fuerit ecclesia Disunitorum, nulla cura Episcopi erat, ille solus Testis celebrabat, sed sine ullo adiutorio, vel minimo, ab Episcopo.

Ad 12mum: – Ignorat, cum non soleat adire Episcopum; audivit tamen a Genero suo de crudeli Processu cum quodam Presbytero, in hyeme.

Ad 13tium: – Ignorat, cum seniculus non soleat exire ad publica loca.

Ad 14tum: – Nullam Personam spiritualem tenet, quod palam est.

Ad 15tum: – Audivit ab ipsis Ordinandis, quod Czyżewski, saecularis Magister Capellae examinavit, et per Imperialem pro examine accepit.

Ad 16tum: – Hoc prorsus ignorat, cum rarissime Episcopum adit.

Et quoniam prae senio, nec Latine, nec Polonice, characterem seu subscriptionem Nominis sui exprimere potuit, signo sanctae Crucis, suam depositionem signavit.

(f. 292) *Decimus Testis*: V. Pater Jacobus Woysinski, Praesbyter Cathedralis, annorum plusquam quinquaginta, celebravit Dominica proxima, praevio Iuramento, tactis Sanctis Evangelijs, recognovit.

Ad primum: – Synodum Zamoyscianam necdum promulgatam dixit, imo asseruit, quod iussi sunt omnes Parochi, ut sibi transcribant. Ab Ordinibus Sacris accipiuntur ab alijs viginti, ab alijs viginti quinque, et ab alijs triginta Imperiales.

Ad 2dum: – Pro Antimissalibus, etsi de certo nescit, quia ad Cathedram manens non requirit Antimissale, sed audivit, quod alij omnes solvant per decem Tynfones. Pro Crysmate per Imperialem ex quo sunt duo anni; insuper Cathedratici, a quoque Presbytero non vero a Beneficio duo Imperiales; Decani quoque ad omnia illa exsolvenda tenentur; Cathedrales nisi sunt liberi, quia nihil habent, et vecturas praestare debent, sicuti et iste Testis equum amisit in servitio Episcopi.

Ad 3tium: – Ignorat.

Ad 4tum: – Ignorat.

Ad 5tum: – Est verum quod acceperit omnes Fundos, sed fuit ratio, quia secum Presbyteri rixabantur, nec poterant concordare in Fundis, cui et quantum competierit; unde Episcopus, consulendo concordiae, omnia ad se recepit.

Ad 6tum: – Audivit quod voluerit Cathedram communem erigere cum Monialibus.

Ad 7mum: – Synodum Dioecesanam nunquam celebravit; hoc nisi anno fuit Congregatio propter distribuenda Olea Sacra, sed in Aula non ecclesia, ubi dabatur, accipiebatur, et nihil instruebatur.

Ad 8vum: – Tenet diutius, sed rudes, ut instruantur; nihilominus non consecrabit, nisi totum solvetur. Missas vero in antecessum non ita frequenter, sicut modo, celebravit.

Ad 9num: – Caeteris annis consecrabat Olea Sacra in die Jovis Magno, anno vero moderno non; scit bene, quia assistebat Sacro in Caena Domini.

Ad 10mum: – Audito Sacro lecto in Cathedrali ecclesia, ad latinas pergit, ad audiendas conciones, etiam in festis magnis, iuxta Calendarium vetus.

Ad 11mum: – Ecclesias Disunitas receperat, sed iterum receptae per Disunitos, quomodo, et quare ignorat, et cur non prosequatur hoc Testem latet.

Ad 12mum: – Quod duos Presbyteros virgis caecident intra aedificia Aulae, alias in Salone, sed propter excessus, praesente ipso Teste.

Ad 13tium: – Ignorat, quia non solet assistere Episcopo.

Ad 14tum: – Nullum ad latus tenet Sacerdotem, vel Clericum.

Ad 15tum: – Antea examinabant Ordinandos, vel Pater Szostakowski, vel Rnd.mus Pater Filipowicz; nunc vero ignorat, an ipse Episcopus, an Magister Musices saecularis.

Ad 16tum: – Iudicia modo expediuntur verbotenus, sed quia Causae non sunt magni momenti. Protocollum autem, in quo Causae describantur, non habet.

JAKUB WOSINSKI, Prz. Kathedry Pinskiey.

Undecimus Testis: Perillustris Magnificus Dominus ALEXANDER SKIRMONT, Praefectus Arcis Pinscensis, annorum 55, confessus in Magno Jubileo Vilnae, praevio corporali Iuramento, ad Crucifixi Imaginem, recognovit.

Ad primum: – Synodum Zamoyscianam audivit fuisse, qualiter vero et quomodo promulgata sit, et utrum sit promulgata ignorat. Ab Ordinibus sacris, quod antea solvebatur, scit; utrum modo solvatur et quantum, ignorat.

Ad 2dum: – Pro Antimissalibus ex ore Parochorum multorum in Bonis suis existentium (f. 292v) quod accipiantur tres Tynfones, audivit. Pro materia Chrysmatis dabatur etiam quasi a Parochis per unum Tynfonem; de Cathedratico iterum audivit quod per duos Imperiales accipiat Episcopus, a pauperioribus vero et minus.

Ad 3tium: – Falsissimum esse, ut accipiat aliquid a Monialibus Religionem ingredientibus, cum Testis etiam sororem suam, et alias plures sanguine iunctas in eodem Monasterio habeat personas Religiosas.

Ad 4tum: – Et hoc est falsum, ut concederet Episcopus choreas in Monasterio Monialium ducendi.

Ad 5tum: – De hoc non est bene informatus, sed ipsi Presbyteri dicant.

Ad 6tum: – Intendebat, et proponebat, sed modo recessit, et Moniales suam propriam ecclesiam sunt aedificaturae.

Ad 7mum: – Etsi non intrat adeo in cognitionem gubernii spiritualis, tamen recordatus, quod circa ingressum Episcopi ad Cathedram fuit congressus Parochorum per modum Synodi. Visitationes vero per Decanos fieri ipse Testis vidit.

Ad 8vum: – Ordinandi, qui sunt rudes, detinentur diutius propter doctrinam, non autem propter non celebrationem Missarum, quia in solemnitatibus, et diebus Festis ac Dominicis saepius celebrat Episcopus.

Ad 9num: – Ignorat hoc punctum.

Ad 10mum: – In Festis Ritus Uniti Graecis, in Ecclesia Graeca Sacra

peragit, vel audit, in Festis vero Latinorum, maxime si invitatus fuerit, solennisat, et ecclesias adit.

Ad 11mum: – Omnibus notum est quis metus a Moschis est, propterea et Rex ipse iussit restituere ecclesias receptas Disunitis.

Ad 12mum: – Et semel ipsemet Testis adfuit, quando pro enormi percussione unius Dominae, coniugis Iudicis Castrensis, Parochum solummodo disciplinis, et carcere honesto punivit; et universi clamant contra maximos excessus Presbyterorum, quod mereantur maximas poenas, quibus non afficiuntur ab Eipiscopo.

Ad 13tium: – Quod aliquando laesus verbis Episcopus ab aliquibus, verbis responderit; circa tamen tuitionem Bonorum Ecclesiasticorum obsistendo, qui tamen Nobiles, et ipsi videndo, et agnoscendo iustitiam, reconciliati sunt.

Ad 14tum: – Non ita pridem abscessit Pater Szostakowski, qui assiduus ad latus erat.

Ad 15tum: – et Ad 16tum: – Antea semper Pater Szostakowski, postmodum vero Rnd.mus Pater Filipowicz Ordinandos examinabant. Iudicia vero in scripto expedit, cum sint Decreta extradita sub sigillo, et cum subscriptione manus Episcopi.

Ita deposuit – ALEXANDER SKIRMUNT ...

Duodecimus Testis: Magnificus Dominus FRANCISCUS OLSZAWSKI, Thesaurarius Terrae Livensis, annorum 53, alias quinquaginta trium, confessus in Assumptione Beatissimae Virginis, recognovit.

Ad primum: – De Synodo Zamoysciana ignorat. Quod pro Ordinibus accipitur, audivit, sed quantum nescit.

Ad 2dum: – Utrum solvatur aliquid vel non, etiam ignorat.

Ad 3tium: – De Monialibus, ut aliquid ab illis accipiat, nunquam audivit, et putat esse falsum.

(f. 293) Ad 4tum: – Et hoc putat esse falsum cum hic Moniales honestissime vivant, et optimam famam apud omnes merentur.

Ad 5tum: – De fundis Presbyterorum Cathedralium nihil audivit; ipsi loquantur.

Ad 6tum: – Audivit ex ore ipsius Episcopi, quod intendebat vicinam extruere ecclesiam Cathedralem, ad quam possent communicare Moniales.

Ad 7mum: – Fuit Synodus, sed non meminit quo anno. De visitationibus ignorat.

Ad 8vum: – Quod Ordinandos detineat, audivit a plurimis probis viris, quod id faciat propter exercitium in doctrina, non vero ob alium finem.

Ad 9num: – Ignorat.

Ad 10mum: – Quotiescunque fuerit Pinsci Testis, saepius audiverat Sacrum Episcopi, in ecclesia graeca, latinas etiam solet adire.

Ad 11mum: – De Ecclesijs Disunitorum recipiendis cogitat multum, et consultat, etiam in Comitijs futuris vult Magnatum Consilia capere, quia metus Potentiae Moschoviticae adhuc vetat.

Ad 12mum: – Nunquam hoc audivit Testis, sed audivit quod semel aliqui Presbyteri in suburbio, Carolin dicto, per integram Septimanam potaverint, et scandala patraverint, quos addictos, in camera disciplinis verberare iussit.

Ad 13tium: – De alijs iurgijs et rixis non scit, sed quod in Domo ipsius Testis contigit, cum quodam Nobili Budziski, hoc narrat, quod dum Episcopus a Domino Budziski requirebat reddi sibi supellectilem, ex Bonis Stolin dictis acceptam, Dominus Budziski verbis laesivis respondit, pro quo in primo impetu voluit illum baculo percutere Episcopus, sed Dominus Budziski, evaginata framea, opposuit se, ac intervenientibus amicis, fuit sedatum; plura nescit.

Ad 14tum: – Ad praesens nullum Sacerdotem, post abscessum Patris Szostakowski, Episcopus habet.

Ad 15tum: – et Ad 16tum: – Ignorat.

FRANCISCUS OLSZAWSKI, Skarbnik Livoski

Decimus tertius Testis: Venerabilis Pater MICHAEL IACHIMOWICZ, Decanus Stolinensis, Parochus Struhensis, annorum septuaginta et plus, sacerdos prope quinquaginta annorum, celebravit die Dominica proxima, praevio iuramento, tactis Sanctis Evangelijs, recognovit.

Ad primum: – Synodum Zamoyscianam, primo a quatuor septimanis iussit, ut transcribant sibi Parochi, et ad illum Testem misit Episcopus Constitutiones ad describendum Synodales. Quod vero solvitur pro Ordinationibus, ille ipse Testis expertus est, cum suum nepotem vellet promovere ad Ordines, et si haberet respectum apud Episcopum, istam solum gratiam obtinuit, quod illi ad triginta Imperiales precium diminuit, sed ille noluit dare, et Episcopus negavit consecrare.

Ad 2dum: – Pro Antimissalibus optime novit, uti Decanus, quia distribuebat ea, accipiebat per decem Tynfones, nisi qui pauperes nimis erant, ab illis nihil. Pro Oleis Sacris, omnino solvunt per Imperialem; pro Cathedratico duos Imperiales et duos Tynfones. Quae omnia solvunt et Decani, ut et ipse Testis, antea vero nihil solvebant, uti ille senex tot Episcopis supervixit.

At 3tium: – Ignorat, quia est remotus. Et Ad 4tum: – Pariter.

(f. 293v) Ad 5tum: – Non audivit de hoc nec est informatus, cum sit distans.

Ad 6tum: – Itidem ignorat, quae aguntur Pinsci.

Ad 7mum: – Nunquam Synodus Dioecesana celebrata fuit, nec Visitatio per ipsum Episcopum facta, nisi Decani suos decanatus, uti ipse Testis, visitarunt, distribuendo Antimissalia.

Ad 8vum: – De Ordinandis hoc audivit, quod qui sunt digni citius expedit, qui sunt rudes diutius retinet. De segnitia autem Episcopi ad celebranda Sacra, tam de maiori Lytro ab Ordinandis accipiendo, non est bene Testis informatus, cum non solet adesse ad Cathedram.

Ad 9num: – Hoc optime scit, quod non ita pridem, in oppido Stolin dicto, die Jovis Magno, consecravit Olea Sacra, de alijs annis ignorat, veluti et de hoc ipso anno.

Ad 10mum: – Cum non soleat Pinsci Testis esse, ignorat.

Ad 11mum: – Scit quod ecclesiae Disunitorum fuerant receptae, sed iterum redditae, cur autem non prosequitur modo Episcopus, Testis ignorat.

Ad 12mum: – De alijs ignorat; in suo Decanatu unum excessivum virgis caedi iussit Pater Szostakowski, absente Episcopo; sed multi Presbyteri sunt excessivi, praesertim in potu, rixantur cum rusticis in popinis et merentur paenas.

Ad 13tium: – Quia manet post flumina in distantia loci, nihil audivit de rixis cum Nobilibus.

Ad 14tum: – Ad praesens nullum tenet, ab uno et plus anno, post abscessum Patris Szostakowski.

Ad 15tum: – Ad 15tum: – Antea ad Rn.dum Patrem Filippovicz mittebat pro examine Ordinandos, modo vero quis examinat, ignorat.

Ad 16tum: – Iudicia, quod sine ulla forma, et verbotenus expediuntur, hoc est verum; cum et ipse Testis saepius circa Iudicia praesens fuerit.

Michael Iachimowicz, Paroch Struzky ...

Ad finem nostrae Inquisitionis, V.R. Pater Sacrista Cathedralis, sub Conscientia Sacerdotali retulit, quod ex Imagine B. Virginis, Vota argentea ad quadraginta, Annuli deaurati, a pijs hominibus in testificationem sui affectus erga Beatissimam Virginem, appensi, per Episcopum intercepti, quo si vellet Ostensorium Venerabilis ex hoc fabricare, cum tamen hoc minus necessarium est ad Ecclesiam graecam, et Populus Fidelium summo dolore, et scandalo afficitur, cum non vident in Imagine sua pendere vota, et publice dicunt amplius se non oblaturos, quod et alij Presbyteri Cathedralis dixerunt. Et post finitam nostram Commissionem in ecclesia Cathedrali, descendimus ad portam Monasterij Monialium, Superiorissamque interrogavimus, quae de ecclesia sua aedificanda recognovit, quod iam Episcopus recedit, et illas permittit suam aedificare ecclesiam propriam.

De honorario negavit, sed facit dificultatem, ut dos semi alterum mille impostetur; pauperes sunt vero Virgines, quae volunt ingredi Religionem.

Quae cum omnia deposita sunt in praesentia suprascriptorum Commissariorum, ita Ego Authoritate Apostolica publicus Curiae Metropolitanae Notarius fideliter connotavi, et manu propria subscripsi.

Innocentius Piehovicz, O.S.B., Abbas Mielecensis, Comm.rius

Georgius Bulhak, Ord. D.B.M., Sacrae Theologiae Doctor, Praefectus Scholarum Vlad. (mpr).

Nicolaus Laszczewski, Publicus Sacra Authoritate Apostolica et Curiae Metropolitanae Notarius (mpr).

115.

Jaroslavia, 22. IX. 1726.

Episcopus Peremysliensis latinus, A. Fredro, Praefecto de Prop. Fide de quodam Clerico bigamo ordinando pro necessitate Ecclesiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 5, fol. 51.
MUH, vol. V, 364-365, nr. 242.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine et Patrone Collendissime.

Quae ex mente et voluntate Sacrae Congregationis Eminentissimorum Patrum ac Dominorum praeteritis tabellarijs in literis Eminentiae Vestrae accepi, his prompta parendo obedientia, in proposita materia informationem qualem habere possum exaro, ac sensum meum cum omnimoda subjectione depromo. Simoni Szawnicki pro dispensatione ad Sacram Sedem recurrenti, Rev.mus Episcopus Graeco-Unitus Ruthenus Premisliensis Sacros conferre

denegavit Ordines, ex ratione quod contraxerit matrimonium cum Anna, vidua; qui etsi exinde non sit vere bigamus, poenas tamen bigamiae seu inhabilitatis contraxit. Praefatus ergo Dominus Episcopus, non tantum parendo Sacris Sanctionibus, verum etiam legi novellae Synodi Zamoyscensis, quae titulo 3tio, de Sacramentis, paragrapho vero 7mo, de Sacris Ordinibus, prohibet bigamos sine legitima dispensatione esse ordinandos, iniunxit Oratori ad Sacram Congregationem Eminentissimarum Dominationum Vestrarum, pro obtinenda dispensatione facere recursum. Qui tamen Szawnicki ad consequendum supplicationis suae effectum, nullum exinde deberet habere suffragium, quod Avus uxoris ejus Annae erexerit ecclesiam Parochialem Jastrzębensem, cum Privilegio, ut non nisi ex sanguine et familia ejus ad illud Beneficium praesentarentur, cum certe ad faeminas, deficiente jam sexu masculino, vel poenae bigamiae subjectos, hoc Privilegium extendi non deberet. Verum cum hic homo pauper, motu tanto illud exiguum assequi conetur Beneficium, aliudque impedimentum, nam in hoc puncto amice requisivi a Rev.mo Domino Episcopo Ritus sui, ipsi non obiciatur. Ego ex parte mea humillime supplicare audeo, ut voti sui ex clementissimo Eminentissimarum et Reverendissimarum Dominationum Vestrarum assensu compos fieri possit. Modo vero cum cultu et veneratione submississima Sacram Eminentiae Vestrae exosculando Purpuram, maneo.

Eminentissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae devotissimus et humillimus Servus

Alexander A. Fredro, Eps. Premislien.

Jaroslaviae, die 22 Septembris, Anno 1726.

116.

(*Vilna*), ... *1726.*

Episcopus Vilnensis de Archimandria Suprasliensi modoque providendi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 652, fol. 99.

Perillustris ac Rev.me Domine, Domine, Frater, ac Patrone Observantissime.

Requisitus a Perillustri Dominatione Sua de praxi eligendi Abbatis in Monasterio Supraslensi Patrum Basilianorum, haec referenda utpote certa censui, quod scilicet non tantum facultas ejusmodi pro eligendo proprij Monasterij Religioso post obitum Metropolitani expeti et impetrari possit, sed etiam id vi et obligatione ipsius fundationis Chodkievicianae in praefato Monasterio Supraslensi omnino fieri debeat. In eadem etenim causa fueram

Iudex delegatus ac rite omnibus examinatis, post obitum Metropolitani, Ill.mi Zochowski, primo quidem intrusum Abbatem, ac tandem receptum a dictis Religiosis p.m. Cyprianowicz, Monachum simplicem, approbavi, et confirmavi, cui per electionem ex eodem Monasterio simplex Monachus successit, Florianus Laniewski, huic tandem modernus Ill.mus Metropolitanus. Haec itaque et praxis electionis Abbatis in Monasterio Supraslensi ad mentem fundatoris toties usitata quam ad votum Suae Perillustris Reverendissimae Dominationis notiorem faciens maneo in observantia Perillustris R.mae Dominationis Vestrae Frater addictissimus et servus humillis.

Carolus Petrus Panceżynski, Episcopus Vilnensis.

Adnexum

APF, *Scritt. rif. n. Congr. Gen.*, vol. 652, fol. 100.

Excerptum ex Litteris fundatoris Monasterii Supraslensis, fundati ab Alexandro Chodkiewicz et Josepho Soltan, Metropolita Russiae, sub data in Grodek, anno a condito mundo septies millesimo decimo octavo, mensis Octobris, die 13-tia, indictione quarta.

Quando autem apud illos Hegumenum (id est Abbatem) tollet Deus de hoc saeculo, tunc Patres eiusdem Monasterii ipsi inter se debebunt eligere Patrem Hegumenum, qui sciat regere, et disponere iuxta acceptatas ab illis Constitutiones benedicente et iubente Domino et Patre Nostro Iosepho Archiepiscopo Metropolitano Kioviensi totiusque Russiae, etc.

117.

Leopoli, 9. IV. 1727.

Ep. Šeptyckyj R.mo Ruspolo, Secr. S. Congr., de Confrat. Stauropigiana.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, 5, fol. 89rv.
MUH, vol. V, 367-8, nr. 246.

Ill.me, Exc.me et R.me D.ne, D.ne et Patrone Colendissime.

Fortunatis vitae meae diebus illam etiam non postremam adnumero, qua publicam rectefactorum scrutatus famam ad optatam Excellentiae Vestrae deveni notitiam, spem enim non incertam inde concipio, ut solito Excellentiae Vestrae insinuatus favori in non latenti Excellentiam Vestram causa feliciores progressus experiar, quodque in ultimam Sponsae Domini ruinam versutiora protellant capita, iustiori Excellentiae Vestrae consilio sacrum Em.morum principum tribunal quantotius concludat. Bini etenim

hi sunt Confratres, qui summum Leopoliensis ecclesiae nacti regimen, quem semel pertinaci animo ceperunt processum, tam ingentibus eiusdem ecclesiae promovent sumptibus, ut legitimam sacrorum bonorum possestricem vix vix propriam mendicare alimoniam perverso non adigant consilio. (fol. 89v) Aget tamen plura ipsa veritas, ipseque Perillustris Leopolitanae Ecclesiae archidiaconus partim evidenti testimonio, partim etiam per eundem transmisso confirmabit processu. Mihi vero satis erit, pro sacra decertante Themide, in gratioso Excellentiae Vestrae sinu cum praelibata reponi causa.

Ill.mae, Exc.mae et R.mae Dominationis Vestrae Servus observandissimus

A. Szeptycki, Episcopus Leopoliensis.

Leopoli, die 9 Aprilis, 1727 anno.

118.

Leopoli, 11. VI. 1727.

Polycarpus Fylypovyč, olim Nominatus Mukačoviensis, card. Petrae, de subsidio petito ad imprimendum librum theologiae moralis, a se compositum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 5, fol. 98rv.
MUH, vol. V, 368-9, nr. 247.

Em.me et R.me D.ne, D.ne D.ne Clementissime.

Occasione adventus mei in hanc capitalem provinciae Rubrae Russiae accipio duplicem notitiam novam, unam maximi pro me doloris, de morte Em.mi piissimae memoriae D.ni Cardinalis Sacripantes, uti singularissimi fautoris et protectoris mei, cuius propensa in meam tenuitatem ac indignitatem benevolentia, nunquam satis dolente, neque obliteranda vigebit in me memoria. Alteram vero, non minoris gaudii, dum intelligo Eminentiam Vestram, D.num meum Clementissimum, suffectum esse eidem in munere praefecturae Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, de cuius benignitate sperare possum similis gratiae et benevolentiae in me propensionem, qua gaudebam piissimae memoriae antecessoris ipsius, quam nunc dum humillimis precibus meis apud Eminentiam Vestram exoro, una audeo hanc rem exponere eidem, quod proxime anteactis annis supplicavi Sacrae Congregationi D.nis meis Clementissimis pro subsidio mihi impertiendo, ad effectum imprimendi certum librum a me compositum in idiomate nostro polonico, pro utilitate Nationis et Ecclesiae nostrae Roxolanae, alias Theologiae Moralis, obtinuique gratiosissimam declarationem ad preces et vota mea per praefatum piae memoriae Em.mum mihi denunciatam, hac tamen addita conditione, ut prius idem liber transmitteretur dictae Sacrae Congregationi pro

revisione et approbatione, quod et factum est a me sine mora anno proxime elapso. Cum vero nunc non temere metuam ne in praetacta vicissitudine fatorum praenominati Em.mi, promotoris singularissimi meorum postulatorum apud Sacram Congregationem, uti etiam in multitudine aliorum gravissimorum negociorum, hoc minutissimum negocium meum declarataque in eodem gratia, veniat in oblivionem, et ego (fol. 98v) frustrer votis ac spe mea, non minori, meo dolore, quam damno Ecclesiae nostrae Roxolanae, cum non vane existimem non parvam utilitatem allaturum dictum meum librum non callentibus linguam latinam, praesumo illud in sinum benignissimae protectionis et promotionis Eminentiae Vestrae reddere, ut a me suspiratum maximeque expectatum effectum potiri eiusdem mediante gratia, et validissima instantia apud Sacram Congregationem D.nos meos clementissimos, potiri possit. Meum deinde erit, expertam in hoc passu gratiam Eminentiae Vestrae, ferventioribus quibus possum precibus apud Divinam Maiestatem pro longaeva incolumitate, omnique votiva prosperitate Eminentiae Vestrae gratificari. Quam etiam ad praesens exoptans et exorans, eiusdem sacrae purpuratae (...) lae fimbriam demisissimo poplite exosculor.

Leopoli, die 11 Junii, Anno 1727.

Eminentiae Vestrae, D.ni mei Clementissimi humillimus et obligatissimus Servus et indignus Exorator

P. Polycarpus Filipowicz, Ordinis D. Basilii Magni, Archimandrita monasterii Lescinensis.

(fol. 99v) Resp. 9 Agosto 1727.

119.

Mukačevo, 24. VI. 1727.

G. Bizanczy, Episcopus Mukačoviensis, ad S. Congregationem de P.F. Renovationem facultatum petit; decisionem in causa controversae iurisdictionis in comitatu Maramoros nondum percepit; fundum aliquod pro congrua status sui subsistentia supplicat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Greci di Croazia, Dalmazia, Schiavonia, Transilvania, Ungheria*, vol. 1, fol. 195rv.

Sacra Eminentissimorum ac R.morum D.rum, Dominorum S.R.E. Cardinalium Congregatio de Propaganda Fide, D.ni, D.ni Patroni Benignissimi.

Muneris mei obligatio, in concredito mihi a S. Sede Apostolica Vicariatus Apostolici in Hungaria et Partibus acquisitis super Clerum et populum Graeci Ritus Unitum, officio mihi dictat et suadet, ut pro possibilitate virium meorum conatus meos in id impenderem, ex quo tum gloria Dei in propu-

gnanda fide et Unione sacra altius augeri, tum salus animarum curae meae commissarum magis magisque in dies firmari stabilirique possit ac valeat.

In quo munere meo expeditius administrando utpote in Partibus ab Urbe remotioribus, ob frequentes occurrentias, siquidem multum conferrent facultates a Sacra Sede Apostolica mihi gratiose concessae, quae cum restrictae ad certum tempus habeantur, quod cum iam adesset, eae etiam expirarunt. Praesentibus itaque humillimis meis, quibus demissimorum servitiorum meorum promptitudinem S. Congregationi promptus defero, simul eatenus demisse insto, quatenus remotiorum harum partium ac etiam frequenter occurrentium necessitatum intuitu, praenominatas facultates a s. mem. Clemente XI concessas, ac post a successore eius Innocentio XIII renovatas et confirmatas, Sacra altefata Congregatio pro salute animarum easdem gratiose renovari et confirmari, renovationisque earundem tenorem mihi transmitti curare benigne dignaretur.

Quod autem frequentius meis demissis litteris Sacrae Congregationi hucusque servire haud potuerim, in eo partim aegritudine mea a duobus iam annis durante, partim continuis praepeditus fueram curis et laboribus indefessis circa restaurandam iurisdictionem meam in inclyto comitatu Maramarosiensi, per D.num Joannem Pataky, Episcopum Fogarasiensem convulsam, quod negotium taliter convulsae (f. 195v) iurisdictionis meae notabili iam tempore, tum apud Augustam Caesareo Regiam Aulam, tum apud Nuntiaturam Apostolicam Viennae Austriae continuo adurgeo, necdum tamen finem, decisionemque suam consecutus est, cum magno detrimento animarum et damno meo, ubi in principaliori loco, parato aere meo fundum pro ecclesiae, scholis et parochia domos emerim, nunc autem ob convulsam iurisdictionem meam conatus mei retardantur. Quod id ipsum scriptis meis litteris Sacrae Congregationi iam demisse repraesentaveram, ad quas multum hactenus responsum percepi.[161]

Quod vero attinet fundum Episcopatus mei et manantis ex eo subsistentiae meae, non nisi ex beneficio Cleri est, annuali nimirum taxa unius imperialis per presbyteros contribui solita, quo in puncto etiam humillime exoptarem habendam in me a Sacra Sede Apostolica benignam eamque paternam reflexionem, ut taliter per gratiosissimum Sacrae altefatae Congregationis patrocinium, fundum aliquod fixum et stabilem in senectute mea, pro congrua status mei subsistentia consequi valerem. Quae dum iterato humillima cum submissione Sacrae Congregationi repraesentanda cuperem, me favoribus

---

[161] Post obitum episcopi Fogarasiensis, J. Pataki († 1727), ep. G. Bizanczy iurisdictionem non solum in Maramoros, sed etiam in Fogaras obtinuit; vid. doc. nr. 123.

paternis ac benigno Sacrae Congregationis de Prop. Fide patrocinio mente devotissima comendo perseverans

Em.morum ac R.morum DD. Cardinalium Sacrae Congr.nis de Prop. Fide humillimus Capellanus

Gennadius Bizanczy, Ord. Basilii M., Episcopus Sebast. Munkacs. et Maramar. ac per Hungariam et Partes Vicarius Ap.

Datum in solita residentia Munkacsini, die 24 mensis Junii Anno D. 1727.

120.

Vladimiria, 8. VII. 1727.

Metropolita Leo instat pro cessione monasteriorum Provinciae SS. Trinitatis novo-erigendae.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1728, vol. 74, fol. 139.

Emin.mi, Celsissimi, Illustrissimi, ac Reverendissimi Principes DD. Cardinales, Domini, Domini et Moecenates Amplissimi.

Insistendo Synodi Provincialis Zamoscianae Decretis, a SS.mo Domino Nostro, Domino Clementissimo approbatae, coadunavi Religiosos Dubnam in ordine ad uniendos eosdem sub nova Provincia, ac sub unum Provincialem;[162] sed cum nonnulli e Lithuania supervenirent una cum suo Proto-Archimandrita, ac recusarent dimittere nonnulla Monasteria jam sibi annexa in Regno Poloniae, e converso vero Incolae Regni urgere ut ea sibi restitui, cum sine his restitutis, impossibilis esset in nova Provincia novus instaurari ordo, ac instaurari Regimen, et pro Novitiatu, et pro erigendis Studijs ac pro subsistentia Provincialis, quae vel penes aliquod Monasterium, vel penes annuam certi Proventus, pro itineribus, elargitionem constitui deberet, deficientibus ob paupertatem medijs; idcirco visum est ambientem Partem utramque remittere ad sacerrimam de Propaganda Fide Congregationem pro resolutione, quibus essent applicanda Monasteria controversa Polonis, an Lythuanis; ego vero per conscientes, plena teneritudine pro Polonis insto, cum sint nimis pauperes; propter paupertatem vero debebunt omnino carere subiectis personisque ad instaurandam Religionem aptis et habilibus. Informationem quoque Polonorum Religiosorum eadem in causa transmitto,[163] quae

---

[162] Minutam et exactam descriptionem Congregationis Dubnensis transmisit ad S. Congregationem de P.F. Pater Benedictus Trulevič olim Procurator in Urbe (1712-1726); cfr. eius relationem in: *Litterae Basilianorum*, vol. I, 305-8, nr. 189.

[163] « Informatio in causa non erectae novae Provinciae... » (Dubno, 26.V.1727); cfr. Welykyj A., *Supplicationes Ecclesiae Unitae*, II, 232-4, nr. 730.

considerata, et legitime perspecta, dabit credo motivum, applicandi Monasteria Regni, ad Provinciam Regni, et Monasteriis longe dissitis a Lythuania consulendo, et Polonae formandae Provinciae vicinam opem adhibendae. Ego vero cuiuscuiusque Sacrae Fimbrias Purpurae dulci attrectam osculo, maneo

Vladimiria, ad Cathedram, die 8va Iulij Mensis, 1727 anno.

Eminentissimarum, Illustrissimarum, ac Reverendissimarum Celsitudinum Vestrarum Mecoenatum Amplissimorum, Servus humillimus, et continuus ad aras Exorator

Leo, Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae (mpr).

121.

Leopoli, 13. X. 1727.

Revisio librorum ecclesiasticorum Typographiae Leopoliensis nationis Ruthenae, existentis sub cura Archiconfraternitatis eiusdem Nationis, ad ecclesiam Sanctissimae Virginis Assumptae, Leopoli erectae, cum annotatione errorum, qui in iisdem libris sparsim reperiuntur, facta ad requisitionem Ill.mi et Rev.mi Domini Athanasii Szeptycki, Episcopi Leopoliensis Rutheni, per P. Polycarpum Filipowicz, monachum Basilianum, olim ep. Bodonensem, Archimandritam Lescinensem, facta Anno Domini 1727.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 5, foll. 84rv + 59-83.
MUH, vol. V, pag. 370-415, nnr. 249, 250.

In Nomine Domini. Amen. – Praesenti publico, praestiti Juramenti, Instrumento cunctis pateat evidenter, et sit notum: Quomodo Anno a nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesimo septingentesimo vigesimo septimo, Indictione Romana Quinta, Pontificatus Sanctissimi Domini Nostri, Domini BENEDICTI, Divina Providentia Papae eius Nominis XIII, feliciter moderni, Anno ipsius tertio, die Lunae, decima tertia mensis Octobris.

In praesentia Illustrissimi et Reverendissimi Domini Athanasij Szeptycki, Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopi Leopolien., Halicien., Camenecen., Abbatis Uniovien. atque mei, Notarij Publici Testiumque infrascriptorum, constitutus personaliter Perillustris et Reverendissimus Policarpus Filipowicz, Ordinis Sancti Basilij Magni, Archimandrita Lescinen., palam, sponte, libere, ac per expressum recognovit:

Quia ipse a praenominato Illustrissimo et Reverendissimo Domino Loci ordinario Ritus Graeci, cum Sancta Romana Ecclesia Uniti, Leopolien., vigore Decreti Tribunalis S. Nuntiaturae Apostolicae, Anno Domini Millesimo septingentesimo vigesimo Quinto, die Veneris, sexta mensis Iulii, Varsaviae lati,

ad revisionem Librorum typo impressorum Confraternitatis Stauropigianae, ad ecclesiam tituli Assumptionis in coelum Beatissimae Virginis Mariae intra moenia civitatis Leopolien. fundatae, reperibilium atque censuram et correctionem illorum deputatus existens, satisfaciendo functioni sibi commissae, factaque condescensione ad typographiam et archivum seu depositorium librorum, penes dictam ecclesiam situatum, ibidem singulos libros Ruthenicos, typo impressos, lustravit, ac errores et correcturam ipsorum distinctim adnotavit, huiusmodique lustrationis, revisionis, errorum investigationis ac correctionis, tria exemplaria, manu sua subscripta, memorato Illustrissimo et Reverendissimo Domino loci Ordinario Rutheno exhibuit, eadem per me legalisari et authenticari petiit. Ac super fideli librorum lustratione, errorum adnotatione et correctione, Juramentum corporale ad Sancta Dei Evangelia in manibus praelibati Illustrissimi et Reverendissimi Domini loci Ordinarii, in eam rotham: «Ego Policarpus Filipowicz, Ord. S. Basilii Magni, Archimandrita Lescinen., iuro Deo Omnipotenti, uni in essentia, trino in personis, quia ex requisitione Illustrissimi, et Reverendissimi (f. 84v) Domini Episcopi Leopolien. et Abbatis Uniovien., libros Confraternitatis Stauropigianae Ruthenae Leopolien. typis impressos ac repertos, omnes et singulos, fideliter ac diligenter revidi, perlustravi, errores quos invenire potui manu mea connotavi. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia» praestitit, legalisationem exemplarium suorum obtinuit.

Super quibus omnibus petitum est a me Notario Publico infrascripto, unum vel plura, sibi confici ac extradi Instrumentum seu Instrumenta. Acta sunt haec Leopoli, in Collegio Pontificio Missionum Patrum Theatinorum, in Regno Poloniae, Anno, Indictione, Pontificatu, Die, Mense, quibus supra. Praesentibus Admodum Reverendis: Josepho Redanaski, Praefecto Missionum in Regno Poloniae, et Collegii Pontificii Leopolien. Rectore; Jacobo Costa, S.T. Collegii Pontificii Leopolien. Professore; Januario Carmignani, Theol. Professore, et Felice Griming, s.ae Theologiae Professore, Testibus ad praemissa rogatis et adhibitis.

Et quia ... Ego M. Nicolaus, olim Matthiae Ziątkiewicz, Philosoph. Doctor, Scabinus, Publicus S. Auth. Apost. et Officii Consularis Leopolien. Notarius, praeinsertae exhibitioni exemplarium, revisionis, et correctionis Librorum, tum Juramento, iuxta rotham supradescriptam, per memoratum Perillustrem et Reverendissimum Archimandritam Lescinensem praestito, praesens et personaliter, una cum supraspecificatis Testibus, interfui, illud auscultatus sum, et in actis Notariatus mei connotavi: ideo praesens publicum Instrumentum, manu mea propria scriptum, subscripsi, signoque nomine et cognomine meis solitis, quibus in talibus utor, communitum, rogatus et requisitus extradidi Instrumentum.

1.mus error.

(fol. 59) In omnibus absolute libris non nominatur, neque commemoratur expresse et proprio titulo Summus Pontifex Romanus, sed solummodo fit mentio Patriarchae, quod fit non alia ratione a dicta Confraternitate, nisi ut non ostendant se esse devotos, et obsequentes Sedi Apostolicae Romanae, sed antiquum retinere affectum et subiectionem erga Orientales Patriarchas Schismaticos. Et quod plus, hic error repit per libros, non solum ante susceptam Unionem, sed etiam post receptam impressos, imo post decretum etiam factum in Synodo Zamosciensi, in qua statutum, ut quotiescunque se offert occasio in Sacris nominandi et commemorandi Summum Pontificem, id fiat sub expresso et speciali ipsius titulo, non autem sub communi Patriarchae aut alio. De Fide Catholica titulo primo, f. 56.

Correctio:[164] – Expungendi sunt Patriarchae ex dipticis, et facienda est loco ipsorum commemoratio Pontificis R. sub proprio nomine et titulo.

2.dus error.

In omnibus libris, etiam recentissimae editionis, stanteque iam Unione facta in Symbolo Apostolico, ubi datur occasio ipsius ponendi, omittitur haec particula « a Filio », ubi fit confessio processionis Spiritus Sancti, non obstante decreto in contrarium praefatae Synodi Zamosciensis, prout videre est in libro dicto Diurnum precatorium, vulgo *Molitwoslow powsednewnyi*, slavonice item nuncupato, edito 1701. Item in libello impresso intitulatoque *Czasoslow*, slavonice, sive Horarium. Item in libello nuncupato *Bukwar*, sive (f. 59v) Elementarium, impresso impresso anno 1710. Idem error reperitur in libro intitulato slavonice *Ustaw Molitow*, sive Ordo precum, impresso anno Domini 1670. Insuper in Psalterio edito in 12mo minori et in 12mo maiori, editos 1704, in canone de Spiritu Sancto, qui ad calcem eiusdem libri adiectus est, circa finem in certo tropario habetur, quod Spiritus Sanctus a solo Patre procedit. Troparium illud est tenoris sequentis: « Vere dignum est, superexaltare te glorificationibus, superbonum et supersanctum custodem vitae nostrae, qui cum Patre, et Deo Filio principaliter regnas in visibilibus, et invisibilibus et a Patre solo procedis, Divine Spiritus Magne et terribilis, te cum timore glorificamus ». Videnda Synodus Zamosciana, titulo primo: de Fide Catholica, fol. 55to.

Correctio: – Adiicienda est particula « a Filio » in Symbolo, ubique locorum in libris.

---

[164] In originali correctiones omnes in margine positae sunt.

2. – REVISIO LIBRI INTITULATI SLAVONICE: SLUZEBNIK LITURGII BOZESTWENNYCH: HOC EST: MINISTERIALE DIVINARUM LITURGIARUM SIVE MISSALIS RUTHENICI, IN FOLIO, EDITI ANNO 1712.

Imo.

Observatu non indignum est, quod tam in hoc libro, quam etiam in omnibus alijs, sua cura impressis, dum se nominat Confraternitas semper Sanctae Virginis Deiparae Stauropigion Leopoliensis, nullibi addit: cum Sancta Romana Ecclesia Unita, vel a Sede Apostolica exempta, neque sicut alias ponebat in libris, a se editis, stante Schismate: «Benedicentibus SS.mis Patriarchis Orthodoxo-Orientalibus», ita nunc ponit: «Benedicente SS.mo Domino Nostro Pontifice Romano N.N.», quod non alia ratione facit, nisi ut aduletur adhuc Schismaticis, sub indifferentia Pastorum et paliando suam Unionem.

Quod adhuc magis patet ex eo, dum in dedicatione eiusdem libri Missalis addit haec formalia (f. 60): In laudem et honorem Sancti Apostolici throni, non specificando Romani et supersacratorum Archiepiscoporum Metropolitarum Chioviensium, coniungendo unitum cum disunito, a Deo dilectorum Episcoporum Leopoliensium Orthodoxorum Pastorum Roxolanorum.

Non minus etiam argumentum est eiusdem Confraternitatis minus sinceri animi in fide, et professione Unionis Sanctae, dum in epistola sua dedicatoria ponit sine differentia Orientales pastores, quibus dedicat, catholicos cum schysmaticis. Ita enim titulus dedicationis praefixus est:

« Supersacratis in Christo et fide, Apostolicarum institutionum, et Sanctorum Patrum dogmatum ac traditionum fortibus custodibus, Sanctae Catholicae Ecclesiae Orientalis Praesuli et totius Ordinis Ecclesiastici Reverendis Patribus, et Sacerdotibus, ab Omnipotenti Deo in Trinitate glorioso pax, sanitas, longitudo dierum, recte regentes animas salutem ». Quae omnia sat clare indicant divisum ipsorum adhuc animum in Ecclesiam Orientalem Schismaticam, et non toto corde ambulare post fidem Sanctae Romanae Ecclesiae.

Non solum autem indebite, sed et erronee addit hoc epithetum: "Uni Ecclesiae nationali", quod soli Sanctae Ecclesiae Romanae iuxta fidem veram competit, scilicet compellando Ecclesiam Orientalem Graecam: Sanctam, Catholicam, et Apostolicam; prout patet ex textu immediate ante allegato.

Correctio: – Ubique ponitur: cum benedictione Sanctissimorum Patriarcharum Orientalium, ponatur loco illorum: cum benedictione SS.mi Domini Nostri N.N. Pontificis Romani.

Vel saltem, prout practicatur passim in omnibus libris catholicis: Cum licentia Superiorum.

Correctio: – Eijcienda est dicta Epistola dedicatoria cum suo titulo, uti non necessaria in libro ecclesiastico.

2dus error.

Pag. 15: eiusdem libri, in ecteniis, sive proclamationibus Diaconi magnarum Vesperarum, loco Pontificis Romani, ponitur Archiepiscopus Patriarcha Oecumenicus, verbis sequentibus: « Iterum precemur, pro Sanctissimo Archiepiscopo nostro Oecumenico Patriarcha N ».

Simili modo fit proclamatio, et precatio pro Papa sub nomine solum: Sanctissimi Archiepiscopi Patriarchae Oecumenici, in proclamationibus sive ecteniis Matutini, pag. 44, contra decretum Synodi Zamoscianae titulo 1.mo: de Fide Catholica.

Correctio: – Ejicienda est similis commemoratio ex omnibus diptychis in quibus invenitur, necnon proclamationibus, et ponenda est loco illius ista: « Iterum praecemur pro SS.mo D.no Nostro Pontifice Romano N ».

3us error.

Pag. 89. Liberum facit, ut in proscomidia (f. 60v) vinum et aqua infundenda calici pro consecratione, possint esse commixta prius in uno aliquo vasculo et ita commixta antea, infundi calici, vel in duobus separatis vasculis contenta, infundi seorsive calici. Quod est contra decretum Synodi Zamosciensis, titulo: de Sacram., § 4to.

Verba ipsius Missalis sunt, quibus praetacta commixtio praescribitur: « Diaconus dicit: Benedic Domine unionem, tenendo in manibus et vino simul et aqua, in uno vase coniunctis, vel in duobus vasibus ».

Correctio: – Eijciendum est tale typicum, et ponendum sequens: Diaconus dicit: Benedic Domine unionem, tenendo vinum et aquam separata et in diversis vasculis, ex quibus prius infundat vinum in calicem, et deinde modicum, guttas scilicet aliquot aquae.

4tus error.

Pag. 94. In translatione magna donorum pro commemoratione expressa et distincta Pontificis Romani, contra decretum synodi Zamoscianae, ponitur commemoratio sub nomine solum communi patriarchae. Titulo primo de fide catholica.

Correctio: – Facienda est talis: « Sanctissimi universalis Pontificis nostri

(nomen dicatur) Papae Romani, memor sit Dominus Deus in regno suo caelorum ».

5tus error.

Pag. 104. Contra decretum Synodi Zamoscianae in Canone liturgico post consecrationem omittitur commemoratio, prout deberet fieri, expressa Summi Pontificis Romani, sed solum ponitur commemoratio Archiepiscopi Sanctissimi Universalis Patriarchae his verbis:

« In primis memento Domine Archiepiscopi Nostri Sanctissimi Universalis Patriarchae », contra decretum Synodi Zamosc. titulo primo: de Fide.

Correctio: – "In primis, memento, Domine, Sanctissimi Universalis Pontificis nostri N. Papae Romani".

6tus error.

Pag. 98. Ubi ponitur Symbolum, in Confessione processionis Spiritus Sancti omittitur particula « a Filio », pariter contra decretum Synodi Zamoscian. Titulo primo: de Fide Catholica.

Correctio: – Addenda est particula « a Filio ».

7mus error.

Pag. 114. Contra prohibitionem Synodi Zamoscianae praescribitur ad Calicem consecratum affusio aquae tepidae, tit. 3º: de Sacr., § 4, f. 75.

« Accipiens tepidam (loquitur de Diacono) dicit ad Sacerdotem: Benedic, Domine, tepidum. Sacerdos vero dicit: Benedictus fervor Sanctorum tuorum, Domine, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Et infundit valde parum, cruciformiter in Sanctum Calicem (f. 61) dicens: Fervor Dei, plenitudo Spiritus Sancti ».

Correctio: – Eijciendum hoc typicum cum praescriptione affusionis ad calicem tepidae.

8vus error.

Pag. 114. Dum ait de divisione hostiae consecratae sive Agni, ut aiunt, consecrati, ponit differentiam inter partes divisas hostiae consecratae, et unam facit digniorem altera:

Rubrum: De divisione Sancti Agni. – « Scire debes, o Sacerdos, quod dividendo Sanctum Agnum ponuntur partes cruciformiter, inferiori parte versus sanctam patenam, incisione autem superne prout antea, quando occidebatur. *Jesus* autem ponit in superiori parte Sancti disci. *Christos* autem in inferioti,

et a sancto Calice: *N.I.*, *K.A.* vero a parte sinistra. Accipiens autem partem signatam his literis *Isus*, hoc est Jesus, implet sanctum Calicem (hoc est imponit sacro calici). *Christos* autem sive partem in qua positae sunt praedictae literae, significantes Christum, dispartitur inter Sacerdotes et Diaconos. *N.I.* autem *et K.A.* sive has partes duas, quae sunt signatae istis literis, volentibus communicare divides in partes parvas quantum sufficiet iudicio tuo ». De parte vero Beatae Virginis, et novem Ordinum Sanctorum, et de alijs partibus, quot quot sunt in sacro disco in informationibus, sive rubricis scriptis pag. 117, ubi tamen de his nihil statuit singulare.

Ex quibus omnibus patet primo, quod dum unam partem hostiae divisae assignat pro communione Sacerdotis prae alia nimirum signatam literis IC, sive in qua expressum est nomen Jesus, aliam, in qua positae sunt literae XC, sive in qua expressum est nomen Christus, tertiam vero et quartam, in qua positae sunt istae literae: N.I. et K.A., quae significant in hoc signo vinces, et prima iubet communicare se, Sacerdotem ipsum celebrantem, secunda assistentes Sacerdotes et Diaconos, tertia vero ex ordine laicali de Sacra mensa participare volentes; unam partem praefert alteri, tanquam digniorem, et quasi signa dicta conferrent aliquid, ad maiorem et minorem dignitatem hostiae consecratae.

Dum autem iubet communicare laicos, parte magnae hostiae, dividendo illam in tot particellas, quot ijsdem Communicandis sufficere possunt, relictis (f. 61v) particulis Beatissimae Virginis et Sanctorum novem ordinum in disco, nec non alijs quae offeruntur in commemorationem vivorum et mortuorum, non obscure indicat se esse in opinione et errore illorum Graecorum, qui tenent huiusmodi particulas non consecrari, et idcirco non debere adhiberi pro communicando. Ideoque miscent profana sacris, et idololatrice exponunt panem simplicem adorandum una cum consecrato.

Correctio: – Eijciendum est hoc totum typicum. Et ponendum est hoc aliud loco illius: « Et postquam elevavit sanctum Agnum dicendo: Sancta Sanctis, dividit eundem in quatuor partes, quas ponit in Sacro disco in formam Crucis, et accipiens unam ex ipsis immittit Sacro Calici, caeteras autem aut ipse solus omnes sumit aut si est assistentia Diaconorum aut Sacerdotum concelebrantium, eas convertet in ipsorum communionem, populum vero, si quis fuerit communionem desiderans, communicabit particulis consecratis in honorem Beatissimae et novem Ordinum ac alijs nec non in commemorationem vivorum et mortuorum, calici sacro immixtis.

Et scire debet sacerdos quivis quod indiscriminatim, sub peccato mortali, habere debet intentionem istas particulas consecrandi, sicut et Agnum, sive magnam hostiam ».

9nus error.

Pag. 114. Corrigendum est typicum sive rubrum: « Sacerdos profunde adorans semel, accipit unam partem sancti panis sua manu, et caute imponit palmae suae dextrae manus, dicens: ... ».

Magis enim consultum est reverentiae Sacramenti, ut accipiat intra digitos dextra manu, et illisque communicet se sacro pane.

Pari modo corrigendum etiam est, aliud typicum *pag. 116*, in quo dicitur: « Demum sacerdos erigens se, et profunde cum devotione adorans, et sub barbam ponens sacrum velum, accipit utraque manu sacrum calicem, et ex illo se hoc modo communicet ... ».

Item in eadem pag. in altera facie: « Et statim labia sua bene exsugendo, uti etiam mistaces veloque quod tenet in manu abstergendo, sacra spongia apposita in antemensali, extremitates sancti Calicis abstergit, et osculando eundem dicit ».

Juxta decreta enim Synodi Zamosciensis, non debet amplius ad actus sacrificij spongia adhiberi, sed illa officia, quae exercebantur olim spongia, debent expleri strophiolo, sive purificatorio, et digitis, quibus, et non spongia, debet purgari sacer discus, sacris micis in ea remanentibus, demittendo eas in calicem. Titulo 3º: de Sacram., § 4, f. 74.

Correctio: – « Sacerdos profunde adorans semel communicat se supra sanctum discum sacro pane, accipiens dextrae manus duobus digitis e sacro disco unam partem post aliam; et sic communicatus sacro pane, deinde iterum digitis abstergit Sacrum discum, elevando ipsum supra calicem, ex residuis micis, quae remanserunt post sui communionem nec non particulis, si quae fuerunt consecratae, cavendo diligenter, ne aliqua vel minima mica remaneat in disco.

Pari modo postquam communicaverit ex sacro calice, eundemque abluerit post sumptum totum Sanguinem Christi, qui erat in ipso, purgabit ipsum non iam spongia, sed strophiolo mundo quod ad hunc effectum habebit praeparatum ».

In similem modum corrigenda sunt omnia in Liturgia Sancti Patris nostri Basilij, in qua pariter eadem menda reperiuntur.

Polycarpus Filipowicz, O.D. Basilij Magni, Archim. Lescinensis, uti ab Ill.mo Domino Episcopo Leopoliensi Rutheno praesenti ad revisionem librorum Confratern. Leopol. Stauropigianae, et annotationem errorum deputatus Commissarius.

3. – REVISIO RITUALIS MINORIS, SLAVONICE TREBNIK DICTI, IN 8VO IMPRESSI, CUM ANNOTATIONE ERRORUM EIUSDEM, EDITI 1720 (f. 62).

Imus error.

Pag. 56. Contra decretum Synodi Zamoscianae, ponitur forma Baptismi cum insertione inter personas divinas, seu repetitione ad cuiuslibet nominationem, istius particulae: Amen.

« Baptisatur Servus Dei, in Nomine Patris, Amen, et Filij, Amen, et Spiritus Sancti, Amen ».

Correctio: – Baptisatur servus Dei in Nomine Patris, et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

Et eiicienda est praemonitio, posita ibidem in favorem huius formae, prout sequitur:

« Vide, notumque tibi sit, quod secundum Apostolorum 49 Canonem, deponitur sacerdos baptisans, et ita dicens: Baptisatur Servus Dei, in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti, nunc et semper et in saecula saeculorum Amen, et ita immergens baptisandum, et iterum eadem verba dicens immergens; et iterum tertio eadem verba dicendo, et immergendo. Baptisat enim in nomine trium Imprincipiatorum, et in nomine trium Filiorum et in nomine trium Paracletorum, dicendo novem personas.

Pariter deponitur, secundum quinquagesimum canonem, dicens omnia haec verba, et immergens baptisandum semel tantum tanquam non profitens resurrectionem. Sed ita debet baptisare, prout supra positum est. Sic enim baptisat in nomine trium personarum, et in nomine triduanae resurrectionis Christi ». Ratio erroris est, quia in primis tales canones in numero Canonum Apostolicorum non reperiuntur, prout videre est in Summa Conciliorum Bartholomaei Caranzae.

Secundo, quia ad expressionem Sanctissimae Trinitatis requirit trinam immersionem, quae satis sufficienter exprimitur per nominationem trium in forma personarum.

Tertio, quia false (quamvis tacite) imponit Latinis trinam repetitionem baptismi, cum iteratione istius formae: « Baptisatur Servus Dei: in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti ».

Qui modus conferendi baptisma, a nulla Ecclesia practicatur.

Correctio: – Expungendae sunt omnes istae annotationes, ita alienae a veritate et calumniosae.

2dus error.

Pag. 58. Contra decretum Synodi Zamoscianae (f. 62) ponitur ista forma Sacramenti Confirmationis: « Signaculum et donum Spiritus Sancti ». In decreto

enim praetactae Synodi statuta est talis forma: «Signaculum doni Spiritus Sancti».

Correctio: – Signaculum doni Spiritus Sancti.

3tius error.

Pag. 61. Contra decretum Synodi Zamoscianae, iubetur infans baptisatus adferri ad participandam Sacram Communionem: «Oportet scire, quod si statim fuerit Liturgia (nymirum post collatum baptisma) adfertur infans Neobaptisatus cum candelis tempore magnae translationis (scilicet donorum). Si autem perfectus, sive maturus homo, tunc ipse venit ante translationem tenendo in utraque manu candelas, et communicatur Sacris Mysterijs Domini Nostri, sive infans est, sive perfectus homo».

Correctio: – Eijciendum est istud rubrum et ponendum est hoc loco illius: «Quod si baptisatus adultus homo fuerit, venit ipse ad Altare tempore translationis donorum, tenendo in utraque manu candelas, et communicatur Sacris mysterijs Domini Nostri».

4tus error.

Pag. 88. Ponitur Ordo administrandi Sacramentum Paenitentiae, valde prolixus, qui absque confessione peccatorum paenitentis, si integre servetur ad dimidiae fere horae spacium accipiet, et confessarium ipsum graviter fatigabit, et paenitentem ingenti taedio ac fastidio afficiet, impossibilisque servatu omnino videtur in confluxu magno paenitentium, longeque diversus est ab eo quo Graeci utuntur, prout cuilibet patere potest ex Ordine Graecorum, quem refert in Euchologio Graecorum Goar, videturque esse collectus et conflatus ex omnibus omnino Ritualibus Graecorum, qui diversimode pro diversitate Ecclesiarum variis compositis orationibus, illud ministrare solent, prout exhibet idem citatus Goar.

Series ipsius est talis.

«Volens paenitentiam agere pro peccatis suis, ingreditur ecclesiam cum timore et humilitate compositisque manibus, vel etiam ad locum remotum a tumultu quietumque accipiens ipsum sacerdos dicit illi: Adora Dominum Deum tuum ad quem confugisti, facietque tres adorationes, usque ad terram, ante Sanctum Altare. Et faciens orationem dicet: Peccavi, Domine, parce mihi; suscipe me paenitentem et miserere mei, Domine; munda me peccatorem, qui fecisti me et miserere mei; sine numero, Domine, peccavi; parce mihi propter nomen sanctum tuum.

Quia tua est potentia et tuum est regnum et gloria, Patris et Filij et Spiritus Sancti, nunc et in saecula saeculorum. Amen.

Et accipiens Sacerdos Sanctum (f. 63) Evangelium ponit in mensula ante altare, et accedit volens confiteri, et ponit manum et caput supra Sanctum Evangelium, et dicit Sacerdos: Benedictus Deus noster, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen. Dein et Rex caelestis, trisagium, postea Pater noster, Venite adoremus, ter. Tandem psalmum 50. Miserere mei Deus. Deinde ps. 4: Cum clamarem, et exaudivit me Deus iustitiae meae, etc. Deinde: Deum precemur.

Et orat Sacerdos pro eo, dicendo sequentem orationem: Domine Deus, Salvator noster, pius et misericors, longanimis, et multum misericors etc., quae oratio sat distensa est. Deinde ps. 6: Domine, ne in furore tuo arguas me. Deinde precationem secundam: Domine, Deus omnipotens, qui vocas iustos ad sanctitatem, et peccatores ad iustificationem, tu suscipe paenitentiam et confessionem servi tui etc., quae pari modo valde prolixa est. Deinde ps. 12. Postea orationem hanc: Domine Deus, Salvator noster, qui per Prophetam tuum Nathan paenitenti David de suis peccatis veniam donasti, et Manassis paenitentiam et deprecationem suscepisti, etc. Postea erigit Sacerdos paenitentem, et sciscitatur ab eo cum charitate, mansuetudine, humilitate et benignitate, Deum invocando testem, et se peccatorem quoque nominando. Postquam paenitens omnia dicerit, et confessus fuerit, dicit praeeunte Sacerdote sequentia: Confiteor Deo et Sanctae Genitrici ipsius, et Omnibus Sanctis, et tibi Reverende Pater, omnia peccata mea, et omnia opera mea etc. Et iubet ipsi prosternere se in terram, et precatur pro ipso hac oratione: Domine Deus noster, qui Petro et mulieri fornicariae deplorantibusque peccata dimisisti, et publicanum, qui delicta sua agnovit, iustificasti, suscipe confessionem servi tui etc. Deinde legit epistolam ad Titum, initium 280: Fili Timothee, fidele verbum, et dignum omni acceptatione etc. usque ad haec verba: Deo saeculorum immortali, invisibili, uni, sapienti honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Evangelium ex Mathaeo, Initium 30: In illo tempore transiens Jesus vidit hominem sedentem in telonio, qui vocatur Mathaeus et dicit illi etc. usque ad haec verba: non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam. Tandem: Sapientia! Honorabiliorem super Cherubim, et dimissio: Christus verus Deus noster. – Postea Sacerdos, data sufficienti paenitenti instructione, dimittit illum. Et si fuerit dignus participatione sacrorum mysteriorum dicit hanc orationem: Domine Jesu Christe, Deus noster misericors, qui supremo tuo Apostolo Petro, et reliquis Apostolis tuis claves commisisti etc. Est pariter satis longa. (f. 63v) Post orationem vero absolvit Sacerdos paenitentem in terra prostratum.

Forma, sive conclusio Mysterij Sacri Paenitentiae: «Dominus et Deus

noster Jesus Christus, per gratiam et misericordiam super hominem dilectionis dimittat tibi, Fili, omnia peccata tua, et ego indignus sacerdos, potestate mihi data, dimitto tibi et absolvo te ab omnibus peccatis tuis. In Nomine Patris, et Filij et Spiritus Sancti. Amen».

Finita absolutione hac, sacerdos signat signo Sanctae Crucis, paenitentem dicens: «Vade in pace, et amplius noli peccare».

Si autem contingat paenitenti in aliqua esse excommunicatione, Sacerdos, si habet potestatem a suo Episcopo ad hoc, absolvat ipsum hoc modo: «Dominus noster Jesus Christus, qui claves regni sui caelestis Apostolis commisit, et dedit ipsis omnem suam potestatem per suam gratiam, ligandi et solvendi ab omnibus peccatis homines in terra», etc.

Notandum insuper quod paulo anteposita forma absolutionis laborat non exiguo defectu, deest enim in illa absolutio a censuris quae praecedere debet, cum multae ex ipsis sint non reservatae, a quibus quilibet ordinarius confessarius paenitentem absolvere potest, quando aliqua ex ipsis invenitur innodatus ... Et apud ipsos Graecos forma paenitentiae constat duplici hac absolutione, a censuris scilicet et a peccatis, prout refert Goar, in suo Euchologio Graeco.

Correctio: – In accessu paenitentis ad confessionem, antequam incipiat confiteri, dicenda est sequens oratio a Sacerdote: «Domine, Deus salutis nostrae, misericors et miserator longanimis et multum misericors, qui inclinavit caelos, et descendit in terram pro salute humani generis, qui non vult mortem peccatoris, sed conversionem ad vitam; tu, Domine, volenti servo tuo huic confiteri peccata sua, da locum et tempus verae paenitentiae, esto in labijs ipsius ut rite et debite confiteatur omnia peccata sua et dignus sit mundari per te ab omnibus peccatis suis et absolvi ab omnibus delictis suis. Quia tua est potentia et tuum est regnum et virtus, et gloria Patris et Filij et Spiritus Sancti, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen».

Et dicta hac oratione, iubet statim paenitenti recitare confessionem generalem, quam si paenitens ignorat, ipse praeeundo cum illo recitat: Confiteor Deo Omnipotenti etc.

Et sic deinde iubet confiteri peccata sua; quibus auditis imponit ipsi paenitentiam iuxta mensuram peccatorum et postea dicit sequentem orationem brevem:

«Domine, Deus noster, qui Petro et Meretrici, paenitentibus et deplorantibus peccata sua eadem remisisti et qui Publicanum et in telonio existentem Mathaeum fatentes, coram te peccata sua et eadem agnoscentes iustificasti, suscipe confessionem huius Servi tui, et quidquid coram te peccavit, voluntarie vel involuntarie, scienter et ignoranter,

HIERONYMUS USTRYCKYJ
Episcopus Peremysliensis, Samboriensis
(1715-1746)

cogitatione, verbo, aut opere, tanquam bonus et misericors remitte. Tu enim solus habes potestatem remittendi peccata. Quia tu es Deus misericordiarum et miserationum et tibi gloriam referimus, Patri et Filio, et Spiritui Sancto, nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen».

Tandem, si est dignus absolutione, absolvit eum dicendo hanc formam: Dominus et Deus Noster Jesus Christus per gratiam et misericordiam, suamque in homines dilectionem misereatur tui et absolvat te ab omnibus peccatis tuis. Et ego potestate et auctoritate ipsius absolvo te imprimis ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis et interdicti in quantum possum et tu indiges.

Deinde ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis: in nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen». Et his dictis dimittit eum, dicendo: «Vade in pace, et noli amplius peccare».

4. – REVISIO RITUALIS MAIORIS, IN 4TO MAIORI, EDITO ANNO 1719.

Imus error.

In instructione de Sacramentis, et rebus, quae in administratione et confectione Sacramentorum communiter requiruntur, errat circa intentionem requisitam ad valorem Sacramentorum, dum dicit, quod Minister cuiuslibet Sacramenti collaturus illud debet habere intentionem seu voluntatem praestandi effectum illius in suscipiente illud. Videlicet collaturus Baptismum, delendi peccatum originale et (f. 64) omnia alia actualia, efficiendique ex filio irae, filium gratiae et haeredem regni caelestis.

In suscipiente Sacramentum Confirmationis conferendi gratiam Spiritus Sancti ad roborandum eundem in fide, et promovendum in virtutibus, ut audacter nomen Domini Nostri Jesu Christi confiteri et strenue resistere possit daemoni, carni et mundo et sic de reliquis. Ratio erroris est, quia multa Sacramenta possunt valide, licet informiter, sine suo effectu, ob obicem interpositum ex parte suscipientis illud, conferri, neque est in potestate Ministri producere effectum illorum, qui non solum pendet a validitate Sacramenti, quod ministratur, verum etiam a dispositione suscipientis. Iuste igitur correxit sententiam suam hanc Author subsequenter, asserendo: Quodsi similis intellectualis expressa intentio sive voluntas haberi non possit, saltem talis sit, quod velit conficere Sacramentum hoc Sanctum, taliter et ad talem finem, prout Ecclesia Sancta conficit, et tanquam Minister illius.

Correctio: – Sacerdos, volens ministrare aliquod Sacramentum debet habere intentionem faciendi id quod fecit Christus, et quod vult facere Ecclesia Sancta ipsius Catholica. Sive Ministrare, et conficere hoc vel illud in particulari Sacramentum.

2dus error.

Est in forma Baptismi, siquidem asserit formam baptismi esse hanc: « Baptisatur Servus Dei in nomine Patris, Amen, et Filij, Amen, et Spiritus Sancti, Amen»; quae forma improbata est a Sacra Synodo Zamosciensi, cum praedicta scilicet interiectione particulae istius: Amen, inter personarum divinarum expressionem, tanto magis autem erronee assertum ab eodem, quod absolute talis forma necessaria est, quando quidem absque illa Sacramentum confici nequit.

Superflue etiam et impertinenter additur ad formam eandem Baptismi: «nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen ». Quae verba nullam habent sensus connexionem cum antecedentibus verbis.

Correctio: – Baptisatur servus Dei N. In nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti. Amen.

3tius error.

In eadem dissertatione de Baptismo, absque ratione praescribit, ut baptisans affundat in tanta copia aquam baptisando, ut ex capite per totum corpus defluat vel si per immersionem baptisat, ut totum baptisandum immergat.

Correctio: – Affundit aquam super caput baptisandi in formam crucis, dicendo simul: Baptisatur Servus Dei etc.

4tus error.

De Ministro baptismi tractando docet: Quodsi contingat Baptismum proli suae conferri a Patre (f. 64v) vel Matre, quod matrimonium inter hosce solvendum est quoad vinculum, ob contractam inter eosdem cognationem spiritualem. Matrimonium enim quod semel valide contractum est, ob nullum impedimentum subsequens, etiam dirimens solvi potest. In quo errat etiam contra fidem, dum tenet matrimonium validum esse dissolubile.

Correctio: – Quod si contingeret ut Pater extra gravem necessitatem praesumeret proprium suum filium vel filiam baptisare, contrahit cognationem spiritualem cum sua uxore, et non potest ab ea ob hanc rationem petere debitum coniugale, sed solum petenti reddere debet.

5tus error.

In instructione de delectu Patrinorum, arcet ab hac functione Patrem

et Matrem baptisantis. Nullibi enim prohibentur esse Patrini illius, quem baptisat ipsorum filius.

Correctio: – Eliminanda est talis praecautio.

6tus error.

Dum agendo de tempore Baptismi conferendi asserit, quod a secunda Dominica Quadragesimae, usque ad diem Sabathi Sancti, iuxta sancita Synodi Laodicenae, non liceat ullum baptisare. Nam, primo, falsum est, quod in illa Synodo tales termini, vacandi ab administratione Sacramenti baptismi statuantur, tam ampli nimirum et protensi, solum enim prohibetur, a media Quadragesima ministrari, usque ad magnum diem Sabathi hebdomadae Sanctae.

Secundo, hic canon de Cathechumenis solum adultis loquitur ad summum, non vero de infantibus, qui semper in maiori manent discrimine mortis.

Denique, et si de his etiam loqueretur praedictus Canon, iam contraria consuetudine et praxi Orientalis etiam Ecclesiae abrogatus est. Et iuxta comunem Theologorum sententiam unam hebdomadam lavacrum hoc sacri fontis protelari non potest, absque gravi noxa.

Correctio: – Expungenda est tota haec falsa et scandalosa doctrina.

7mus error.

Pag. 37. In instructione fidei infidelium baptisari volentium ac ad hoc se praeparantium commendando fidem dicit: «Hanc (scilicet fidem) Deiferi Patres in Sanctis septem generalibus Synodis docuerunt». Ratio erroris est, quia dum sola septem generalia Concilia, uti praecones verae fidei affert, tacite reijcit omnia generalia Concilia, secutus sententiam Schismaticorum Graecorum, qui praeter ista, nulla alia noscere volunt.

Correctio: – Hanc fidem profitetur et tenet Sancta Catholica et Apostolica Christi Ecclesia; quam omnes Deiferi Patres in omnibus Concilijs generalibus professi sunt, et nobis tradiderunt.

8vus error.

Pag. 36. Ubi dicit Spiritus Sanctus a Patre est non factus, neque creatus, neque genitus sed procedens. (f. 65) Nam, primo, tacite negat processionem Spiritus Sancti a Filio, dum solum procedentem a Patre, deberet autem secundum veram et rectam fidem sic ponere: Spiritus «Sanctus non factus, non creatus, non genitus, sed a Patre et Filio procedens». Secundo,

ponit falsam differentiam inter Spiritum Sanctum et Filium dicendo, quod Spiritus Sanctus per hoc distinguitur a Filio, quod sit procedens a Patre, quod etiam est commune Filio.

Correctio: – Spiritus Sanctus est non factus neque creatus neque genitus, sed a Patre et Filio procedens.

9nus error.

Pag. 40. Pro dispositione Cathechumenorum praescribit admodum rigorose, ut baptisandus quadraginta diebus iuxta vires ieiunet, non edendo carnem, neque ova, neque butyrum, neque caseum, et, si possibile fuerit, semel tantum de die, excepto sabatho et Dominica. Deinde, ut faciat etiam qualibet die adorationes pro ratione virium. Ratio erroris, quia de tali dispositione in Cathechumeno non extat ullum praeceptum in sacris canonibus et rigor hic potius serviret ad absterrendum infidelium animos a Sacris Christianis, sive fide nostra, quam ad alliciendos ipsos.

Correctio: – Eijcienda tota haec doctrina sive regula.

10mus error.

Pag. 47. Ait duplices esse haereticos: Primi sunt, qui non credunt Sanctam Trinitatem, et non baptisantur trina immersione. Ubi ad valorem baptismi exigit trinam immersionem, et inter haereticos censet non baptisatos trina immersione, qui error est haereticalis. Nam licet sit Canon Concilij Sexti generalis in numero 95, agens de modo suscipiendi haereticos, in quo praescribitur, ut baptisati una mersione rebaptisentur, ille tamen respicit, prout expresse ibidem habetur, haereticos illos, qui non credebant Sanctissimam Trinitatem, quales fuerunt: Eunomeniani, Montanistae, Sabeliani, qui solum unum Deum, et non trinum confitebantur, et idcirco ad exprimendam etiam facto suam fidem unam in baptismo adhibebant immersionem.

Videndus super hoc Arcudius in « Concordia Orientalis Ecclesiae cum Occidentali », libro 1.mo, cap. 9no.

Correctio: – Similiter eliminanda etiam est haec scandalosa et falsa doctrina.

11mus error.

Pag. 50. Ubi haec formalia habentur: Si magna necessitas contingit liturgisandi, hoc est si periculum (f. 65) mortis infirmo immineat, Sacramentum autem Christi non fuerit paratum ad communicandum eumdem, sacerdos vero in peccato mortali existens, nullo modo habere poterit alium

sacerdotem, cui peccatum suum confiteri posset: quodsi peccatum non est ex illis peccatis, quae absolute prohibent sacerdoti celebrationem, celebret, attamen cum magno dolore cordis, de peccato suo in quo reperitur, et firmo proposito quam primum confitendi. Si autem, absque tali dolore de peccato et firmo proposito, ausus fuerit celebrare, graviter mortaliter peccabit, si autem peccatum fuerit prohibens omnino celebrationem nullatenus sacrificare audeat.

Cum itaque haec dicit, admittit duplicis generis esse peccata mortalia, una, cum quibus in defectu confessarij, praemisso dolore, cum firmo proposito, quamprimum confitendi, potest missare, alia autem talia, quae, etiam in sensu composito cum dolore et firmo proposito confitendi, arcent a celebrando, quae cum non explicat quae et qualia sint, exponit celebrantes innumeris scrupulis et necessitati dubitandi semper, an non sit in aliquo tali peccato mortali, ob quod omnino, etiam cum praevia contritione alijsque requisitis, nefas est ad altare accedere.

Correctio: – Eadem castigatione et haec doctrina digna, qua superiores.

12mus error: Haec formalia habet.

Pag. 51: Demum quilibet sacerdos, habens uxorem, a copula cum ea, tribus diebus ante celebrationem, omnino abstinere debet; non abstinendo enim et celebrando, graviter peccat; Haec autem impedimenta non tantum Sacerdos, sed et quilibet laicus, volens digne participare divina mysteria Christi, omnino vitare debet, exceptis solummodo infirmis et moribundis. Ratio erroris est, quod non solum sacerdotibus uxoratis, sed etiam laicis imponit legem admodum duram, continendi se a commercio et congressu cum uxore usuque matrimonij per triduum ante communionem, quae lex nullibi reperitur respectu laicorum et multo est obici ad frequentandam Eucharisticam mensam.

Deinde, quod infirmis et moribundis, in quibus friget et languet venus, indulgentior est in hac materia, scilicet usu actuum matrimonialium, quam sanis et validis.

Correctio: – Eijcienda.

13tius error.

Pag. 52. Ubi haec formalia ponit: Completorium autem et ad somnum se conferentium preces absolvendo, (f. 66) devote meditetur, quomodo Sanctissima anima Salvatoris, divinitati unita, ad infernum descendendo potentia sua principem tenebrarum ligavit, ipsius regnum captivavit, et animas omnium a saeculo mortuorum Sanctorum a tyrannide eiusdem liberavit.

Ratio erroris est, quia tenet animas Sanctorum a saeculo condito mortuorum, fuisse sub dominio daemonis, et in regno eius (quod est infernus damnatorum) comprehensos, eiusdemque tyrannidi fuisse subiecta, quod de animabus Sanctorum nonnisi erronee et haereticaliter potest affirmari, quae nec in regno ipsius fuerunt, scilicet inferno, neque tyrannidi ipsius suberant, nihil enim patiebantur, praeter privationem conspectus Dei.

Correctio: – Completorium autem, et ad somnum se conferentium preces recitando meditetur quomodo Christus ad infernum, in quo erant animae SS. Patrum, Patriarcharum, Prophetarum et aliorum Justorum detentae, easdem inde liberavit, prout etiam et ex purgatorio non omnes quidem, sed plurimas.

14tus error.

Pag. 88. Ubi ponitur sequens forma absolutionis a peccatis aegroti, quam sacerdos super infirmum recitat: «Dominus et Deus noster Jesus Christus, gratia et miseratione sua, parcat et remittat tibi omnia peccata tua, quibus deliquisti in tota vita tua, serve Dei (nomen dicit), ad praesentem diem et horam et ego indignus Sacerdos potestate mihi a Christo data, parco et absolvo te ab omnibus peccatis tuis, quibus peccasti in tota vita tua, usque ad praesentem diem, et horam, ut sis dimissus in praesenti et in futuro saeculo ». Ratio erroris est, quia omittitur absolutio a censuris, quae praemitti debet absolutioni a peccatis, cum paenitens possit esse ipsis irretitus, saltem non reservatis, et a iure latis, quae proinde de necessitate addenda est.

Idem error renovatur *pag. 97*, ubi replicatur eadem et eodem modo posita forma absolutionis Sacramenti paenitentiae.

Correctio: – « Dominus et Deus noster Jesus Christus per gratiam et misericordiam suamque in homines dilectionem misereatur tui et absolvat te ab omnibus peccatis tuis, et ego indignus servus eius potestate mihi ab ipso data », etc., prout supra, in correctione Ritualis minoris.

15tus error.

In instructione de Sacramento Matrimonij dicit: « Materia huius Sacramenti est vir et mulier, in communicatione nuptiarum digne absque ullo impedimento canonico coniungi secum consentientes ». Ratio erroris est: Sive enim intelligat materiam remotam huius Sacramenti, sive proximam, quoad utrumque false et erronee asseritur, materiam illius esse virum et mulierem. Materia enim remota ipsius sunt corpora volentium secum contrahere matrimonium, proxima autem traditio eorundem corporum, exterius, verbo aut

alio signo externo significata. Vir autem et faemina sunt solummodo minister et subiectum huius Sacramenti.

Correctio: – Materia Sacramenti Matrimonij remota sunt corpora volentium contrahere matrimonium, proxima vero, traditio mutua eorundem corporum.

16tus error.

In eadem instructione, prope finem: «Nullomodo audeat sacerdos sub paena canonica, aut sub mortali peccato (f. 66v) aliquem coniungere post prandium aut vesperi, sed mane, antequam aliquid comedissent aut bibissent». Ratio erroris est: quia nullibi tale praeceptum reperitur ac ab ipso Auctore allegatur, imo utriusque Ecclesia modernae praxi adversatur.

Correctio: – Secundum statuta Synodalia Zamosciana non debent coniugi in matrimonium, nisi prius confessis et communicatis.

17mus error.

Pag. 165. «Quaero a te, charissime frater, aut soror, aut fili, si ita de articulis fidei credis, prout docet sancta, catholica, orthodoxa Orientalis Ecclesia, et si in aliqua re non es contrarius et non dubitas. Infirmus vero respondet: Omnia ita credo, sicut Ecclesia sancta catholica Orientalis credit et docet, et in nulla re non sum contrarius, neque dubito».

Ratio erroris est, quia, Ecclesiam Orientalem, nunc schismaticam imo etiam haereticam, sumendo ipsam a potiori credentium, tenet pro Catholica et pro regula fidei. Notasque verae Ecclesiae Christi, quae soli Sanctae Romanae Ecclesiae conveniunt, ipsi tribuit.

Correctio: – Quaero a te charissime etc. si ita de articulis fidei credis, sicut credit, et Apostolica Romana Ecclesia et si in aliqua re non es contrarius et non dubitas.

18vus error.

«In duellis morientes, quamvis et signa ostenderint paenitentiae, non consequantur, tanquam indigni, sepulturam ecclesiasticam». Ratio erroris est: Nam Ecclesia talibus duellantibus non interdicit sepulturam, qui licet ex duello moriantur, tamen ante mortem dant signa saltem paenitentiae, multo autem magis, si etiam confitentur.

Correctio: – Ex duellis morientes, nisi prius confessi fuerint, vel signa saltem dederint paenitentiae, non debent sepeliri in loco sacro.

19nus error.

Ponit ante officium sepulturae Praesbyterorum Canonem quemdam in Ordine 66 Schismaticae Synodi Kioviensis, qui quamvis nihil in se mali contineat, cum sit de celebranda Missa solum pro quolibet sacerdote, post obitum ipsius in illo decanatu ex quo erat, tamen quia indicat communionem cum Schysmaticis, et subiectionem legibus ab ipsis latis, merito eliminari debet ex Rituali catholico, ne per hoc ostendatur, quod legibus Schysmaticorum regantur Catholici.

Correctio: – Eijciendus est, tanquam non directus ad Catholicos, sed ad Schismaticos, et particularis unius dioecesis.

20mus error.

«Ordo sepulturae corporum orthodoxorum saecularium hominum, secundum institutum, et antiquam consuetudinem, quam tenet Sancta, Magna Ecclesia Sanctae Sophiae Chioviensis, et Sancta Magna Laura Criptensis sive Peczariensis, ut vulgo nominatur».

Ratio erroris est: non solum quia Sanctarum titulo honorat Ecclesias Schysmaticas, sed etiam quia communionem indicat cum ipsis (f. 67).

Correctio: – Ordo sepulturae corporum orthodoxorum saecularium hominum secundum ritum et morem Orientalis Ecclesiae.

21mus error.

Instructio de Sanctarum Epiphaniarum aqua benedicta, qualiter a Deo data est, ut clarum verae Ecclesiae signum. Ratio erroris est, quia ponit pro nota verae Ecclesiae hanc inquam aquam benedictam in die Epiphaniae, quae nunquam ab Ecclesia Catholica aut ab ullo Sancto Patre numeratur inter notas verae Ecclesiae. Deinde, facile sermonem de eadem aqua benedicta, in quo tacite sugillat Latinos, non utentes ritu hoc die solemniter benedicendi aquam, et Unitos, qui quamvis ut illi (intelligo de Schismaticis) benedicant, non tamen aqua ab ipsis benedicta eadem pollet virtute, qua ipsorum, ob defectum verae fidei; quos insuper putatitios solum sacerdotes vocat. Textum ipsum pro maiori rei documento adiungo: « Et quemadmodum probatica illa piscina, quamdiu Christum Dominum, verum Deum, et per Prophetas promissum Messiam Synagoga Haebreorum non repudiavit, Angelus Dei ad ipsam descendebat, et miraculum patrabat. Quando autem desertricem et idololatricem dereliquit Dominus, secundum divinum suum effatum: Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta, abhinc ut paraliticus triginta octo annorum, sanitatem per verbum divinum recipiat, nunquam tale facit mira-

culum; ablata enim est gratia Dei, ab hac ipsius interemptrice Synagoga. Sic et omnia conciliabula haereticorum et schismaticorum, postquam recesserunt a Sancta Catholica et Apostolica Ecclesia, alij ex nunc benedictionem aquae abiecerunt, alij vero quamvis retineant, attamen a putatitiis ipsorum sacerdotibus, quamvis et aliquomodo benedicatur, integra et recens ac incorrupta diu manere non potest, ablata enim est ab ipsis gratia Spiritus Sancti, nec accepta est Deo oratio ipsorum, et idcirco aqua ab ipsis benedicta corruptioni et graveolentiae subiacet. In Sancta vero Orthodoxa, Catholica Orientali Ecclesia, sicut illis antiquioribus temporibus, secundum testimonij aurei eloquij Doctoris, Spiritus Sanctus clare miracula facit, et celeberrimum signum in aqua omnium oculis spectabile ostendit. Haec enim Ecclesia, vera sponsa Christi, columna autem, et firmamentum veritatis est. Et siquidem miraculum quod Sancti aurei oris temporibus fiebat, nunc in nostra Sancta Orientali Ecclesia gratia Spiritus Sancti patratur, non (f. 67v) alia prout haeretica et schismatica progenies stulte oblaterat, sed una et eadem est, in qua et aurei oris fuit Doctor. – Ulterius autem prosequendo eundem sermonem ait: – Quocirca Orthodoxa et inclita gens Roxolana, clare videns, quod in vera existas Ecclesia, quam Christus Dominus in seipso vero et angulari lapide fundavit et erexit, cui portae inferi, quae sunt omnium haereticorum et schismaticorum ora, praevalere non possunt, fortiter et immobiliter in ea sta, non mutando aut fluctuando ventibus adulationum, vel tempestate persecutionum, vel convinctione sophisticorum argumentorum. Omnes enim Haeretici et Schismatici, in verborum argutiis et in multiloquio, ac in aliis, sapiendo plus quam oportet, occupantur, et in his spem suam posuerunt, et huiusmodi retibus, imbecilles ac rudes homines capiunt, et ad perditionem secum ducunt. Nos autem teneamus veritatem, quam in sanctis Patriarchis nostris, quam non dictu verborum neque dictamine philosophiae, neque in convictione sapientiae humanae discursuum, sed in revelatione Spiritus et virtutis eius suscepimus. Neque enim fides nostra in sapientia humana, sed in revelatione et in virtute Dei consistit. In hac enim Ecclesia in qua nunc sumus, fidem veram, quam Divini praedicaverunt Apostoli, pro qua sanguinem suum fuderunt Martyres, quam (inquam) in Sanctis Oecumenicis Concilijs deiferi obsignarunt Patres, incorruptam, immutatam, absque ulla additione illius aut ablatione habemus. In hac Ecclesia vera septem Sacramenta, secundum institutionem et constitutionem Christi ac traditionem Apostolorum conficiuntur, per quae fideles remissionem peccatorum, adoptionem, sanctificationem et gratiam recipiunt et coronam regni caelestis adipiscuntur.

Haec est Ecclesia, in qua Deus fortis et potens, non tantum per speciales Amicos suos adhuc in terra viventes pro tempore et opportunitate admiranda et varia facit prodigia, in Martyrum et Confessorum, et variorum Sanctorum

reliquiis, post quorum fata sanitates effundit, et miracula diffundit, ex aridis ossibus et capitibus Oleum elicit et egentibus per eadem sanitatem elargitur, prout patet in Sancta magna Laura Chiovocriptensi, et in sanctis ipsius Criptis cuilibet spectare licet, nec non in iconibus eiusdem sanctae Laurae, et in alijs sanctis aedibus et domiciliis, qualiter mirabilis Deus mirabilia operatur etc! In hac Ecclesia Sanctorum Apostolorum traditionem et ipsorum verorum successorum, sanctorum Patrum (f. 68) et Doctorum Universalium ritus et leges immutabiliter retinentur ». Ratio erroris est, quia totus iste sermo tendit in commendationem et exaltationem Schismaticae Orientalis Ecclesiae, in vituperium autem et depressionem verae Christi Ecclesiae, quae est una, et praeter quam non est alia, Sancta, Catholica et Apostolica Romana Ecclesia.

Correctio: – Eijciendus est totus iste sermo, uti famosus et detractorius Sanctae Romanae Ecclesiae, et sequacium eiusdem.

Denique, utilissimum foret si totus iste liber reformaretur, eiectis omnibus istis instructionibus, quae in ipso de Sacramentorum administratione et de aliis sunt positae, et aliae loco illarum apponantur conformiores doctrinae fidei catholicae, et magis consonae cum recta theologia.

Polycarpus Filipovicz, Ordinis D. Basilij Magni, hos errores annotavi. Et in horum fidem me subscripsi manu propria, uti ab Ill.mo et R.mo Domino Episcopo Leopoliensi Ruteno ad praedictum effectum revisionis librorum typographiae Confraternitatis Ruthenae Leopoliensis deputatus censor.

5. – REVISIO LIBRI ECCLESIASTICI APPELLATI SLAVONICE TRIFOLOY, GRAECE VERO ANFOLOGION, CUM ANNOTATIONE ERRORUM IN EODEM CONTENTORUM (f. 68v).

1mus.

In fronte sive titulo ipsius libri celebrantur quatrothronici Patriarchae Orientales Schysmatici; cum benedictione enim ipsorum, sive de licentia eorum, hic liber impressus esse dicitur, per quod significatur cum ipsis communio, et relatio obedientiae ad eosdem.

Correctio: – Ponatur in locum Patriarcharum: Cum benedictione Sanctissimi Domini nostri N. Pontificis Romani.

2dus.

Tota praefatio eiusdem libri redolet Schysma, si non haeresim, in illa enim fuse excurrit in laudem Orientalis Ecclesiae, docendo ipsam solam esse

veram Christi Ecclesiam, ac ex Sion, sive Oriente processisse in Universum Orbem lumen verae fidei.

Correctio: – Uti non solum scandalosa, sed etiam superflua.

3tius.

In Synaxario, sive lectione posita pro festo Sancti Jacobi Maioris, fratris secundum carnem Christi Domini, contra communem sensum Ecclesiae asseritur ipsum esse ordinatum in Episcopum Jerosolymitanum immediate ab ipso Christo Domino, et non a Sancto Petro.

Item, eundem S. Jacobum affirmat Filium esse sancti Josephi, Beatissimae Virginis sponsi, progenitum ex prima ipsius uxore Maria dicta filia Mathan patris Jacobi, qui fuit Parens S. Josephi, adeoque quod S. Josephus primam uxorem habuerit suam amitam sive sororem parentis sui Jacobi; contra expressam legem Moisis datam a Deo, Levitici cap. 18: Turpitudinem sororis patris tui non discoperies, qui caro est patris tui.

Correctio: – Eijciatur Synaxarium, uti impertinens ad officium divinum, et pluribus refertum falsitatibus.

4tus.

In Synaxario posito pro festo Exaltationis Sanctae Crucis, asseritur Honorius Papa fuisse Haereticus Monotelita, atque cum alijs eiusdem Haeresis sequacibus damnatus et anathematisatus a sexta Synodo generali, sub Agathone Papa celebrata.

Correctio: – Simili modo et hoc Synaxarium eijciendum, uti iniuriosum honori Sanctae Sedis Apostolicae et scandalosum aurium simplicium et rudium hominum ac ab ipsa veritate alienum.

5tus.

In Synaxario posito pro die 26 Septembris, (f. 69) habetur, quod Sanctus Joannes Evangelista fuerit Nepos S. Josephi, Sponsi Beatissimae, ex filia ipsius Salomea natus, adeoque quod S. Josephus non fuerit Virgo, sed bigamus, sive vir duarum uxorum.[165]

6tus.

In Synaxario posito 9na 7bris, qua die colitur festum Sancti Joachimi

---

[165] Correctio hic deest.

et Annae, habetur, quod Sanctus Josephus habuerit primam uxorem amitam suam, sororem patris sui Jacobi, filiam Maftan, Mariam dictam, et ex eadem procreavit filiam Salomeam, matrem SS. Jacobi et Joannis.

Correctio: – Similiter et hoc Synaxarium pari cum praecedentibus paena castigandum.

7mus.

In typico sive rubro, posito ante horas regias SS. Epiphaniarum, honoratur titulo Sancti Marcus Ephesius, propugnator et propagator Schismatis.

Correctio: – Tollatur nomen Sancti Marco Ephesino, vel totum typicum ponatur suppresso Auctore.

8vus.

In typico sive rubro, posito post matutinum ipsius diei SS. Epiphaniarum, Ecclesia Orientalis vocatur Catholica et Apostolica reprobaturque contra communem Ecclesiae praxim consuetudo benedicendi aquam in memoriam baptismi Christi Domini, introducta ipso die Epiphaniarum; cuius reprobationis ratio datur, quia Christus Dominus, semel tantum fuit baptisatus.

Unde secundum ipsum nefas est iterare benedictionem aquae, nimirum in vigilia et in ipsa solemni die.

Quae prohibitio nullibi reperitur, sed ab ipso solo est excogitata, ex frivola sua ratione superius allegata.

Correctio: – Tollatur tale typicum.

9nus.

In sermone, qui ponitur pro ipso festo Epiphaniae circa finem, dicitur Spiritus Sanctus ab uno Patre tanquam ex fonte procedens, et in Filio quiescens.

Ratio erroris, praeterquam enim quod asseritur Spiritus Sanctus a solo procedere Patre, insuper differentia eidem notionalis attribuitur falsa a Filio, nymirum haec, quod a Patre procedat et in Filio quiescat; hoc enim, est etiam commune Filio, quod a Patre procedit et in seipso quiescit. Imo si per *ly* quiescere, non aliud intelligit, quam subsistere, error est et blasphaemia haereticalis: dicere quod Spiritus Sanctus procedat a Patre et subsistat in Filio, sive subsistentia Filij, sic enim non distingueretur a Filio.

Correctio: – Ponatur: a Patre et Filio tanquam ab uno fonte procedens, et omittatur in Filio quiescens.

10mus (f. 69v).

In praefatione posita ante mensem Martium asseritur, quod extremum iudicium futurum sit mense Martio, quod est contra asserta Christi Domini dicentis, de die autem illa nemo scit, neque Angeli neque Filius hominis, et consequenter etiam et de mense.

Correctio: – Eijcienda est tota praefatio, uti impertinens ad librum Officiorum Divinorum.

11mus.

In Synaxario posito pro Dominica Sanctorum Patrum, quae immediate antecedit Dominicam Pentecostes, Honorius Papa recensetur inter Haereticos Monotelitas, et damnatus ac anathematisatus asseritur cum eisdem a sexta Synodo generali.

Correctio: – Aut eijciatur totum Synaxarium aut solum expungatur Honorius Papa e numero anathematisatorum in sexta Synodo.

12mus.

In Festo Sancti Eliae in Stichounis sive versiculis vespertinis, pridie ipsius festi, in primo tropario dicitur hic: Sanctus Propheta esse sanctificatus ante conceptionem suam quod privilegium nec ipsi Beatissimae fuit concessum, quae solum in conceptione fuit sanctificata, continetque errorem contra fidem, quod sanctus Elias in conceptione fuit immunis a labe Originali.

Correctio: – Ubi dicitur: «qui ante conceptionem sanctificatus es». ponatur: Qui ante nativitatem tuam sanctificatus es in utero adhuc matris suae.

Polycarpus Filipowicz, O.D. Basilij Magni, Arch. Lescinensis, uti ab Ill.mo Domino Episcopo Leopol. Rutheno deputatus Censor pro hac revisione librorum Confraternitatis Leopoliensis.

6. – REVISIO TRIODIJ QUADRAGESIMALIS, CUM ANNOTATIONE ERRORUM, IN EODEM CONTENTORUM (f. 70).

1mus error.

In Synaxario quod ponitur die Sabathi, ante Dominicam bachanalium carnis, quo die fit commemoratio universalis omnium fidelium defunctorum, inter alia haec habet:

«Et quod fructum afferat animabus hoc, quod pro ipsis absolvitur, clarum est, et ex alijs quidem documentis multis, sed non minus ex historia, quae habetur de sancto Macario, qui incedendo per quamdam viam, incidit incuiusdam impij et gentilis hominis caput, sciscitatusque est ex illo, num in inferno aliquod perciperet solatium et levamen, et illud reposuit, imo magnum dum pro mortuis oras, Pater. Faciebat enim hoc magnus ille Sanctus, et rogabat Dominum Deum cupiens scire si aliquem fructum exinde haberent animae, quae antea decesserunt. Verum et Gregorius Dialogorum Author, per orationem Imperatorem Traianum salvavit, audiens a Deo ne amplius ab eo tempore pro impijs oraret».

Per quod Auctor huius Synaxarij non obscure significat, orationes damnatis ad infernum, et infidelibus proficuas esse.

Item in eodem Synaxario docetur, quod animae iustorum et sanctorum, necdum aeterna beatitudine, et visione Dei fruantur, sed in quodam loco segregato detinentur. Pariter et peccatorum nec dum sunt ad infernum damnatae, sed in loco distincto manent, aliae ex ipsis gaudentes ob spem futurorum bonorum, aliae vero moerore tabescentes ob expectationem tormentorum. Verba ipsa pro documento dicti Synaxarij adijcio.

1-mus ergo error, qui paenarum aliquando finem esse, et damnatorum damnationem insinuat, pag. 18, in primo cantico officij defunctorum, quod recitatur in matutino Sabathi, quod antecedit immediate Dominicam bachanalium carnis, dicati commemorationi omnium a saeculo defunctorum fidelium; in primo tropario hortantur fideles exorare Christum, ut animas fidelium ab igne sempiterno liberet, sequentibus verbis: «Primo: omnes precemur Christum, facientes memoriam hodie a saeculo mortuorum ut ab aeterno igne liberet in fide defunctos, et cum spe vitae, aeternae».

Et infra pag. 19: In cantico 5to trop. 2do: (f. 70v) Ex omni generatione et generatione quos suscepisti Reges et Principes et Monachos, misericors ab aeterna libera poena. – Et infra tropario 4to: Ab igne semper ardente, et a caligine impellucida, stridore dentium, et verme sine fine torquente, libera, Servator noster, omnes in fide mortuos.

In his videntur Origenis damnatum errorem etiam Synodico, atque oecumenico decreto secuti, qui finem aliquando infernalibus paenis statuebat. De hoc errore videatur fusius disserens Leo Allatius: De libris Ecclesiasticis Graecorum dissertatione, 2da, fol. 116.

Correctio: 1mi Troparij: – Omnes precemur Christum facientes memoriam hodie a saeculo mortuorum, ut ab igne et a poenis purgatorij liberet defunctos in fide, et cum spe vitae aeternae.

Correctio: – 2di Troparii: – Ex omni generatione et generatione, quos acce-

pisti Pontifices... et cuiuscunque Ordinis Ecclesiastici homines, misericors a poenis libera lustralibus.

Correctio: – 3tij: – Ab igne purgatorij, atrociter torquente et a caligine impellucida, a taedio et gemitu atroci, libera, Servator noster, omnes in fide mortuos.

2dus error in Synaxario de extremo iudicio, circa finem eiusdem, insinuatus pag. 33, facie prima; qui damnatorum poenas non esse corporeas tradit, sed tantum tenebras nescio quas, et Dei privationem, et animarum propter conscientiae stimulos consumptionem, quod patet ex verbis sequentibus ipsius Synaxarij.

«Quae omnia plane Ecclesia Dei suscipiens, existimat delicias ac regnum coelorum, unaque cum Dei Sanctorum consuetudinem, et futuram illis perpetuam illustrationem, atque ascensum esse. Tormenta vero et tenebras et similia, a Deo elongationem animarumque propter conscientiam consumptionem, quando negligenter luxus caduci causa, divina illustratione privati sunt».

In contrarium est communis doctrina Ecclesiae et auctoritas B. Gregorij 4to Dialogorum, qui sic ait: Ignem gehennae corporeum esse non ambigo, in quo certum est damnatorum corpora cruciari.

Correctio: – Expungendum hoc Synaxarium, uti contrarium communi sensui Ecclesiae et Sanctorum Patrum.

3tius error est in eodem Synaxario de tempore secundi Domini adventus; cum enim dixisset illud Dominum abscondisse Discipulis, tandem ita determinat, licet ex aliorum sententia, post septem annorum millia futurum; pag. 32, fac. 2da:

«Quando vero illius adventus erit, nemo scit; hoc enim et ipsis Apostolis Dominus abscondit, nihilominus signa nonnulla praecessura manifestavit, quae plenique Sanctorum fusius exposuere; fama vero est post septem annorum millia exacta, futurum». Ubi dupliciter errat. Primo, tempus adventus determinat contra verba Domini: De die autem illa etc. Et non est vestrum nosse (f. 71) tempora, etc. Secundo, quod falsum enunciavit; secundum enim Graecorum computum Ecclesiasticum, qui diversus omnino est a latino, in ea tamen Ecclesia semper in usu licet etiam non omnibus Graecis conformis sit, quibusdam enim annis Graeci singuli, qui calculum annorum, a principio mundi produxerunt, discordant, hi contractiorem, illi productiorem chronologiam statuentes, iam tempus ab hoc Auctore determinatum, elapsum est; annum enim 7697 percurrimus, vel 7244, vel secundum communiorem opinionem 7211, et tamen Domini adventus, de quo sermo est, nullus apparuit. Deceptum Auctorem huius Synaxarij existimat Allatius illorum opinione, qui

sex annorum millibus, mundi dumtaxat tempora finiebant, multorum etiam Patrum, ut videbatur, auctoritate firmata. Praescriptum enim tempus excesserat, quare ipse experimento edoctus, falsa quae de hac duratione dicta erant fuisse, non tamen melior factus neque aliorum erroribus prudentior, tempus in septem millia dilatavit.

Correctio: – Relegandum etiam et hoc uti prius, tanquam contrarium dictis Christi, et vetitis Ecclesiae prohibentis huiusmodi praedictiones de tempore iudicij extremi.

4tus error ordine erit, quem si multorum errorum quasi unam congeriem dixeris, verum dices. Est enim veluti foecunda mater multorum errorum multiiuga sobole foedissimus. In secunda namque quadragesimae dominica, quam ex restituto imaginum sacrarum cultu, et haereticis profligatis, quasi rectae fidei nominant, ubi verae rectaeque fidei professionem emittant, et singula religionis capita, palam, et in aperto, voce alta confitentur, sectarios, eorumque haereses, iteratis anathematis damnant; nescio qua ratione daemon malus omnia ita confundit, ut haeresis potius protestatio quam rectae fidei dicenda sit. Pro libidine enim sanctissimos quosque viros, qui fidem vita et sanguine tutati sunt, iniquo silentio involvunt, pessimos quoque et fidei hostes odio et adulatione, mirificis laudibus extollunt. Ut melius vero haec omnia palam fiant, sequentia advertenda sunt. *Primo*, quod Synodicus tomus, in quo omnia ista continentur, et qui ad calcem officij praefatae Dominicae adijcitur, citra omnem veritatem septimae Synodo, tanquam Auctori suo appingitur, ut Synodi Sanctissimae nomine, suis sordibus et deliramentis fidem aquirant. Nihil tale in ea Synodo reperire licet. (f. 71v) Qui enim id fieri potuit, ut res post illam Synodum gestas, multis centuriis annorum Synodus illa praevidens, ac determinans, has quidem probando, illas vero reprobando ac anathematisando, vulgaret. Unde secundum opinionem Allatij in libro de Libris ecclesiasticis Graecorum, satius tenendum est hunc Synodicum compositum esse a Philothaeo Patriarcha, prout ex serie Patriarcharum, quos in eo commemorat, legenti facile patet, ne Auctoris damnati nomine scriptum vilesceret, sub specioso septimae Synodi nomine editum, in Ecclesia Graecorum alta voce recitari quotannis, idem Auctor instituit.

Secundum verisimile esse nonnullis praesertim quae in principio leguntur, cum de imaginum restitutione alijsque in septima Synodo pertractatis agant, ab eadem Synodo multis immutatis, vel innovatis excerpta. Verum reliqua post mentionem Nicephori et Methodij Patriarcharum, ubi Ignatij et Phocij memoriam facit, ad finem usque synodici, nulli dubium esse debet, ab eodem Philotheo ex ingenio fuisse adiuncta, ad propriae sententias pro defensione Gregorij Palamae propugnationem, et aliorum oppugnationem.

PHILIPPUS WOLODKOWYČ
Epp. Chelmen., Volodimirien., Metrop. Kiovien.
(1730-1758-1762)

Tertium, multas haereses contineri in ea parte potissimum, ubi contra Joannem Italum et Barlaamum, et Anaydinum insurgit eosque multiplici anathemate ferit, omnes e semine Gregorij Palamae, et similium progenitas, quas Demetrius Cydonius, libro de hac re edito, graece et latine fuse recenset et confutat.

Quartum, Ignatium et Photium Sanctissimos vocat Patriarchas et Orthodoxos, quod etsi de Ignatio verum est, de Photio tamen nonnisi ignarus historiae Ecclesiasticae, et Schismatis fautor dicet; malorum enim quae ad haec tempora Ecclesiam Graecam devenustant, prima origo et causa Photius fuit, qui eam ab Ecclesia Latina, velut filiam a matre separavit, multisque pravis opinionibus imbuit. Et quod omnium pessimum, est adeo in similibus obstinatam esse erudiit, ut malum adeo ingravescens non iam sentiat, et remedia in eius salutem ab Ecclesia Latina exhibita respuat, et in tanto malo pertinaciter gaudeat.

Quintum, omnia scripta et dicta, tam contra Ignatium, quam ipsum Pothium damnat, ob cuius rei fidem (f. 72) maiorem ipsa eius verba hic adnecto:

«Omnia contra Sanctos Patriarchas, Germanum, Nicephorum, Tarasium, et Methodium, Ignatium, Stephanum, Photium, Antonium et Nicolaum sive scripta, sive dicta, Anathema». – Ergo anathematisanda ipsa Synodus generalis Octava, contra Photium ipsum pro restitutione Ignatij celebrata. Ergo anathematisandae epistolae Adriani Papae, Nicolai, Ioannis, et aliorum Pontificum sanctissima scripta, quae Photij in Ignatium machinas, in Ecclesiam Romanam dolos, in optimos quosque insidias, et illius impiam, et execrabilem vitam depraedicant, vel eo solo nomine, quod contra Photium sint. Et ut plausibilior res videatur, etiam contra Ignatium scripta et dicta damnat, cum unum ex ipsis veracem esse oporteat, alterum iniquum et alieni occupatorem. Et tamen scripta contra Ignatium ipsi recipiunt, cum pseudo synodos Photij et conventicula latrocinalia ipsi recipiant et exosculentur, et inter alias Synodos connumerent, canonesque editos etiam prolixis commentarijs cohonestant.

Sextum. Imperatores, et vita et religione pessimos multis haereseon labibus commaculatos, et latini nominis hostes acerrimos, vario ac iterato acclamationum, ac laudum genere sublatos, pleno ecclesiasticorum et saecularium hominum conventu, quasi innoxios, et ab omni crimine liberos pronuntiant, ac approbant.

Inter reliquos, ut alios reticeam, praecipui sunt Constantinus Monomachus, Alexius Comnenus, et uterque Andronicus, senior et junior, quibus sane crudeliora monstra in Ecclesiam Latinam, monstra non tulit.

Septimum, hoc idem in Patriarchis Constantinopolitanis facit: plurimis

enim qui in Ecclesiam Latinam et scripto et dicto invecti sunt acclamat, et Orthodoxos et Sanctos pronunciat. Inter eos, ne singulos recenseam, sunt Photius, Sisinius, Michaël Cerularius, Michaël Anchiali, Germanus, Josephus, Athamarius, Athanasius, et omnium postremus Philoteus, qui huius Synodici author esse existimatur, de quo ut melioris notae homine haec habentur, a sequacibus ipsius addita, nisi novus Alcidimas ipse sibi laudes (f. 72v) has intexuit: «Philothaei beatae memoriae Sanctissimi Patriarchae, qui strenue pro Ecclesia Christi et rectorum eius dogmatum, et verbis, et operibus, et disputationibus, et doctrinis, et monumentis editis decertavit, sempiterna memoria». Cum tamen omnia haec pro tuenda doctrina Palamae, et Graecorum erroribus contra Ecclesiam Latinam, quam miris modis dilaceravit, tentasse audacter, et pertinaciter absolvisse, ex historia etiam Graecorum compertum sit.

Fusius de hac re tractans, videndus est Leo Allatius, in libro: De Libris Ecclesiasticis Graecorum, dissertatione secunda.

Octavum. Gregorium Palamam, etiam iudicio Graecorum ob haereses condemnatum, summis laudibus et acclamationibus celebrat, quasi ille solus, plus quam caeteri Patres in Ecclesiam contulerit. De quo plura dicendi locus erit infra, ubi de ipsius officio agetur.

Nonum, quod in fine corollarij loco ponit, ubi non bona sibi sed dira universaeque Ecclesiae Graecae precatur a Deo sequentibus verbis: «Horum pro pietate, ad mortem usque laboribus, certaminibus, doctrinis institui, ac corroborari, Deum deprecantes, et eorum instituti imitatores usque ad finem fieri exorantes, digni eorum quae petimus efficiamur misericordia et gratia Magni et Primi Sacerdotum Principis Christi, veri Dei nostri, precibus gloriosissimae nostrae Deiparae, et semper Virginis Mariae, divinorum Angelorum, et omnium Sanctorum». – Bene cum ipsis ageretur, si quae petunt Deus concederet. Miseram Graecorum eorumque sequacium conditionem, quae talia sibi suorum Magistrorum erroribus intercepta, deprecatur; avertant Superi tale Omen. Pessimorum hominum rationem, rationisque omnis expertem, et quam execrabilem esse cognoscit, aemulari desiderat. Schismaticorum pro astruenda impietate, pro pietate certamina, scriptaque illorum nefanda, et contra veritatem doctrinam patriam vocans, inscia et demens, qui enim id faceret, si sana mente polleret, iuxta ea dirigi ac instrui desiderat.

Plura in hoc Synodico notari poterant, quia tamen eo collimant, ut illius Ecclesiae fautores contra Romanam Ecclesiam tanquam viri probi et Orthodoxi, omnibus Christi fidelibus, et laudandi, et imitandi proponantur, non est in eis recensendis diutius immorandum, eoque praecipue, quod ad haec novem capita, omnia revocari possint. Caetera igitur prosequenda.

(f. 73) *Sextus*[166] *itaque error* est, quem Philotheus Patriarcha Constantinopolitanus, ut factionis suae hominem laudando, opinionibus quoque suis ac haeresibus auctoritatem adderet, in Ecclesiam Graecorum intrusit. Ipse enim exemplo novo hominem haereseon propugnatorem, proptereaque etiam accusatum et condemnatum a plerisque in Spiritum Sanctum ac Ecclesiam iniurium, cum scriptis editis, contra catholicos viros, illius ex Patre solo processionem defenderit, ut ex eius ad Vecci inscriptiones, confutationibus, quibus abunde satisfecit Bessario Cardinalis, et alijs duabus orationibus, quas ipse contra Latinos noncupavit, Londini graece publicatis manifestum est, inter divos retulit, et eius memoriam, officio de novo conscripto, quod in Ecclesia cani quemadmodum, et in aliorum Sanctorum solemnitatibus voluit, celebravit.

Qui vult plenius edoceri de huius nefandi Sancti impietate, et eius erroribus haereticis, execrabilibus, conveniat, Leonem Allatium, Graecum, libro pluries citato De Ecclesiasticis Libris Graecorum, dissertatione secunda, ubi ex alio Authore, pariter Graeco, recenset plus quam triginta ipsius contra fidem errores. Mihi hoc solum addendum visum est, quod concernit Confraternitatem Ruthenam Leopoliensem Beatissimae Virginis Assumptae, quod contumaciter contra decreta Synodi Zamoscianae, in dicto libro scilicet Triodio quadragesimali, de hoc impio Sancto Officium dictum fovet, et excudit typis.

Correctio: – Simili poena proscriptionis castigandum etiam hoc Synodicum, uti mille scatens erroribus et blasphemiis.

Polycarpus Filipowicz, manu propria, uti ad hanc librorum Archiconfraternitatis Ruthenae Leopoliensis deputatus Censor, ab Ill.mo Domino Episcopo Leopoliensi Rutheno.

7. – REVISIO PENTECOSTARIJ SIVE TRIODIJ PENTECOSTALIS, CUM ANNOTATIONE ERRORUM IN EODEM OBSERVATORUM (f. 74).

Primus error, in Synaxario diei Jovis Sancti, cuius Author, ubi et alij Graeci recentiores, Christum non in azymo, sed fermentato corpus suum Apostolis in ultima coena tradidisse affirmat. Verba ipsius sunt:

«Deinceps, paulo post assumpto pane, dicit: Accipite et manducate; et calicem similiter: Bibite ex hoc omnes, dicens: Hic est sanguis meus, novi testamenti. Hoc facite in meam commemorationem. Id etsi ipse fecerit, comedebat tamen et bibebat cum ipsis. Nota, panem vocare corpus suum,

[166] Quintus error deest.

non item azymum. Confundantur itaque qui in Sacrificio azymum offerunt». – Haec sunt formalia verba citati Synaxarij.

Ibidem insuper ait: «Christum uno die ante Pascha Judaeorum, Pascha celebrasse». In quibus tria notanda veniunt, aliena a sensu Latinae Ecclesiae, et consequenter a veritate.

Primum, Christum in celebratione Paschatis non expectasse diem praefinitum a lege Mosaica, sed uno die illud maturasse.

Secundum, in fermentato sacramentum corporis sui instituisse.

Tertium, illudque impudentissimum, consecrationem in azymo tanquam malam teneri, damnarique eos, qui simili modo consecrant.

Rationibus Graecorum, et argumentis, quae circa hoc adducuntur, sapientissimi viri et Graeci et Latini, abunde responderunt, demonstraruntque ea quae, pro confirmanda tali sententia, in medium afferuntur, quibus respondere debeant. Sufficit hic errorem indigitasse.

Correctio: – Eijciendum est Synaxarium. Sine quo officium divinum diei illius integrum constat, et aliunde in ecclesiis non est solitum legi.

Secundus error est in Synaxario posito pro primo die Paschatis, quod est de descensu Christi ad inferos, et animarum ibi degentium liberatione. Ubi sequentia leguntur: «Hac rursus de coelo descendens, in utero Virginis habitavit, et nunc genus humanum omne, ab infernis cavernis arreptum, in caelos (f. 74v) advexit, et ad pristinam dignitatem incorruptibilitatis traduxit. Verum tamen ad infernos descendens, non omnes vitae restituit, sed eos qui ei credere voluerunt. Animas vero Sanctorum, qui ab Orbe condito fuerunt, ab inferorum Domino violenter custodia mancipatas, liberavit, omnibusque facultatem fecit, ut remearent ad coelos». –

In quae verba ita glossatur Leo Allatius in libro suo de Libris Ecclesiasticis Graecorum, dissertatione secunda, pag. 237: – «Descendit Christus, quod et verissimum est, ad inferos, hoc est ad inferiores terrae partes, in terrae viscera, cor et ventrem, quemadmodum enim cor, venter et viscera, in medio animalis sunt, ita et infernus in medio terrae esse perhibetur. Et de hoc descensu animae Christi ad inferos, nemo fuit, qui dubitarit. Attamen rem apertam per se, et Sanctorum Patrum sententijs comprobatam, dictis, nescio quibus, veluti caligine obduxerunt recentiores Graeci, ut nonnulla hinc ab Ecclesiae dogmate diversa, non solum nata, sed novis aliorum assertionibus propagata, in eorumdem libris legantur, sicuti in verbis iam relatis videmus, quae accuratius examinando severiorem notam et censuram merentur».

Primum, humanum genus omne, ab inferni cavernis ereptum, a Christo in coelos fuisse asportatum. Et saepius etiam hoc idem, in eodem libro, scilicet Pentecostario, licet alijs verbis, et mutata dicendi formula repetitur.

Ut videre est in Canone Josephi, sive Mulierum Unguentariarum, quarum memoria recolitur Domin. 3a post Pascha.

Mortuos ergo omnes ab Orbe ipso condito, in sepulchris et intimis terrae recessibus, et inferioribus abyssis, morte ac vinculis damnatos descensu suo Christus, ut isti aiunt, liberavit compotesque sui fecit. Quod omnino falsum est et catholicis omnibus inauditum auribus. Sive enim de animarum liberatione sermo est, et hoc est falsum. Nullus enim ad haec tempora animas, quae (f. 75) aeternis supplicijs addictae, continuis vexabantur angustijs, vel quae, quod aqua baptismali renatae non fuerint, visione Dei arcebantur, vel quae quod non fecissent satis pro delictis peccati, poenis atrocissimis redimebant, omnes a Christo liberatas fassus est. Sive de corporum resurrectione, quae tantopere sententijs adductis, videtur inculcari. Et hoc enim falsum est. Nullus enim similem corporum resurrectionem somniavit, et hystoriae Evangelicae adversatur. Math. 27, qui multa sanctorum corpora, non autem omnia, et praecipue damnatorum resurrexisse narrat, quae post resurrectionem exierant e monumentis et venerunt in civitatem Sanctam.

«Et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierunt surrexerunt, et exeuntes de monumentis post ressurrectionem eius venerunt in Sanctam civitatem, et apparuerunt multis».

Hoc cum Auctori Synaxarij non recte neque ad nornam Catholicae veritatis prolatum videretur seipsum, quodammodo corrigens et amplam ac vagam, et nullis terminis circumscriptam sententiam, in arctiorem et modestiorem dicendi formam restringens, subdit: «Verum tamen ad infernum descendens non omnes vitae restituit, sed eos, qui illi credere voluerunt». – Quibus verbis eorum dicta intrudit, qui dixerunt animam Christi separatam a corpore, in interiora terrae atque loca illa, quibus animae mortuorum detinebantur commigrasse, ibique omnibus etiam damnatis mysteria fidei praedicasse nostrae, illisque ad se conversis, a poenis illis liberatis, beatitudinem contulisse; eos vero qui illi non crediderunt, aeternis poenis damnatos neglexisse.

Ut ut ergo sit secundum hunc Auctorem: sive enim dicat, omnes damnatos per illam Christi praedicationem, sive aliquos salvatos esse, error est, et haeresis manifesta, damnata a Divo Augustino, libro de haeresibus, cap. 79, quam etiam in Marcione Iraeneus et Epiphanius damnarunt, qui descensu Christi ad inferos, omnes impios salvatos, regnum Dei percepisse, iustos vero ac sanctos non fuisse ab eo liberatos, cum noluissent ipsi credere, asserebat. Haeresis, inquam, est manifesta, cum universalis totius Ecclesiae consensus ille sit, Sanctorum Patrum, et Scripturae testimonijs (f. 75v) confirmatus, poenas damnatorum esse aeternas, et nullam in inferno esse redemptionem.

Adeundus doctissimus Allatius in libro suo supracitato, pag. 236, fuse de hoc errore Xantopulii, auctore praetacti Synaxarij, tractans, ostendendo hac in re ipsum Originesare, qui locupletius de illo informari vult.

Illa quoque eiusdem Synaxarii verba non videntur esse praetereunda sine acriori censura: – quibus Sanctorum animas, ab inferorum Domino violenter custodia mancipatas, liberasse fatetur. – Error fuit Origenis et aliorum, quo asserebatur non tantum damnatorum, sed iustorum etiam animas in inferno sub potestate Daemonis fuisse. At dum in Beatis illis, qui in summa mentis tranquillitate quiescebant, nullis doloribus, nullis angustiis obnoxij, perfectam beatitudinem quae, in visione Dei erat, expectantes, vim ab inferorum Domino asserit, iniusti daemonis in illas facultatem, et dominium illudque violentum insinuat. Hoc est non in sinu Abrahae, sed in crudelissimi animarum hostis ergastulo commorari, et Origenis errorem perpetuis tenebris damnatum, nunc demum ab orco in lucem revocare.

Correctio: – Expungendum pariter est Synaxarium, uti sonans haeresim Origenisticam.

Tertius error est, de processione Spiritus Sancti. Licet enim Graeci saepius sermonem instituant in hoc libro, nunquam tamen haeresim aperte ingerunt; dicunt enim Spiritum a Patre procedere; an vero a Filio procedat, silent. Quod dum non negant expresse in ea locutione, damnandi non sunt. Verum enim dicunt, et abstrahentium non est mendacium.

Item, ut notant viri doctissimi, quod singulariter uni personae tribuitur divinae, id etiam convenire alteri intelligitur, nisi sit illud quo ab altera persona distinguitur. Pater vero non distinguitur ab altera persona per hoc, quod ab eo procedat Spiritus Sanctus; non enim ea ratione opponitur Filio, et ita subintelligenda sunt eorum omnia loca, qui Spiritum Sanctum a Patre, nulla facta mentione Filij procedere, asserunt; praesertim si diversis verbis enunciant eodem loco, vel alibi (f. 76). Filium habere omnia, quae Pater habet praeter innascibilitatem. Verum processionem Spiritus legentibus, ita proponere a Patre, ut ab eo Filius excludatur, et solus Pater dicatur esse principium Spiritus, aperta haeresis est, condemnata in Concilio Florentino. Habetur tamen in Synaxario Feriae secundae post diem Pentecostes, circa finem, sipliciter: «quaecunque habet Pater et Filius, habet et Spiritus Sanctus, praeter paternitatem et filiationem, a solo Patre procedens».

Correctio: – Aut eiiciendum est eodem modo sicut alia etiam hoc Synaxarium, aut emendanda illa propositio ipsius:

«Simpliciter quaecumque habet Pater et Filius habet et Spiritus; praeter paternitatem et filiationem a solo Patre procedens»; reducendaque ad sensum Catholicum ex terminatione istius haereticae clausulae: «a solo Patre procedens».

Polycarpus Filipowicz, O.D.B.M. Archim. Lescien., uti ab Ill.mo Domino Episcopo Leopoliensi Rutheno deputatus censor ad hanc revisionem.

8. – REVISIO LIBRI ECCLESIASTICI GRAECE PARACLITICE DICTI, SLAVONICE VERO OCHTOICH, ET ERRORES IN EODEM OBSERVATI (f. 76v).

Complura etiam in hoc libro adnotavit errata, correctione digna, Leo Allatius in suo libro De Libris Ecclesiasticis Graecorum edito, dissertatione secunda, ex quo breviter deprompta hic adijcio, quae utrum iuste vel iniuste omnia ab hoc Auctore erroris nota sunt mulctata, altiori subsint censurae, cum agatur de auctoritate maximi Ecclesiae Doctoris S. Joannis Damasceni, cui uti suo Auctori hic liber debetur, et cum illa omnia loca et dicta, quae uti erronea reijciuntur a praefato Allatio, vindicari ab errore posse videntur et in sano ac catholico sumi sensu; quod si tamen corrigenda ad tollendam omnem speciem erroris viderentur, in hunc modum corrigi possunt.

Primum, Christum Dominum descensu suo ad inferos, omnes quoquot ab Orbe condito et Adamo ipso fuerunt homines, a poenis illis et a potestate daemonis liberasse, hinc verbo aliquando spoliare, praedari, omnia susque deque vertere, quemadmodum in direptione Urbium fit eiusque dominium in se transferre saepissime utitur.

Imo itaque habentur sequentia: «Infernum spoliavit Christus tanquam solus fortis et potens». Haec verba intelligi possunt absque ulla difficultate de limbo Patrum et purgatorio.

Aliquando etiam dicitur, exinanire, evacuare, ita omnia arripere, ut in eo in quo prius fuerant, nihil modo reliquum sit. Quemadmodum in officio Dominicae toni primi, in cantico quinto:

« Cruce tua, pacem annunciasti et praedicasti captivis, Salvator meus, potentiam autem habentem confudisti, nudum et exinanitum ostendisti, divina tua resurrectione ». – Huius textus prima verba commodissime sumi possunt de solis existentibus in limbo Patribus, qui vere captivi fuerunt, nec non de animabus purgatorij. Dum autem dicit: potentiam habentem resurrectione Christi esse confusum, nudum et exinanitum esse, non intelligitur de damnatis in inferno, quasi ipsis esset spoliatus et exinanitus, sed de viribus ipsius, quae per Christum ita sunt attritae, et labefactatae, ut quasi nudus et exinanitus ipsis remanserit, (f. 77) ita ut nihil amplius possit in genus humanum nisi ipsi homines malitia et peccatis suis sponte sua vires ipsi adderent, et regnum ipsius augerent. Potest etiam intelligi quod sit factus nudus et exinanitus per liberationem Patrum e limbo et animarum ex purgatorio, qui licet non erant in ipsius dominio et potestate, erant tamen quodammodo captivi ipsius, in quantum per peccatum originale et alia personalia, quorum ipse causa fuit, devenerunt ad illam captivitatem, et detentionem in limbo et purgatorio.

Notae: Non videtur indigere ulla correctione si tamen ad abigendam omnem speciem erroris, corrigenda dicta propositio videretur, posset ita

corrigi: Infernum Sanctorum Patrum, aliorumque iustorum spoliavit Christus etc.

2º. «Cruce tua pacem annunciasti»; istud troparium si corrigendum censeretur, corrigi posset, eijciendo solummodo ista verba: «nudum et exinanitum ostendisti».

Tertius textus est: – (f. 77) «Resurgentem post triduum laudemus, tanquam Deum Omnipotentem, et qui portas inferni contrivit, et ab Orbe condito ex sepulchro resuscitavit». – His etiam textus quamvis ab Allatio ponatur inter errores notatos, non video tamen quid dissoni fidei et veritati in se contineat; intelligi enim potest de portis inferni, quod erat limbus Patrum, cuius Christus vere portas contrivit, et ab Orbe condito ex sepulchro resuscitavit, non quidem omnes, sed tamen multos.

Correctio: – Addendum ab omni liberando umbra erroris: et multa corpora Sanctorum, ab orbe condito mortuorum, secum ex sepulchro resuscitavit.

Quartus textus. – «Mulieres ad sepulchrum venerunt maturantes... Apostolis annunciarunt Christi resurrectionem, infernum (nymirum limbi) diruit Christus, tanquam unus fortis et potens, et mortuos resuscitavit omnes».

Per ly omnes, intelligendo plerosque sive complures, prout usitatum est in scriptura passim hac uti forma loquendi. Vel potest etiam intelligi, de actu primo resuscitationis, in quantum Christus resurrectione sua omnibus paravit viam mortuis ad gloriosam resurrectionem.

Correctio: – Ubi dicitur: «et mortuos resuscitavit omnes», emendandum in haec verba: et mortuos sanctos resuscitavit quamplurimos.

Quintus. «Desertus infernus, atque inops factus, morte unius, qui enim multas divitias apud se collegerat, unus ex omnibus nobis, Christus evacuavit». – Intelligi commodissime potest de limbo et purgatorio. Prout etiam et hic alius: «Qui resurrexisti a mortuis, et inferni ante divitias, quae ex multorum hominum numero constabant, evacuasti».

Correctio: – Desertus Patrum et Patriarcharum et Prophetarum aliorumque iustorum infernus, atque inops factus etc.

Sunt et alij multi textus, idem quodammodo sonantes, uti sequentes (f. 77v):

Correctio: – In sequentibus omnibus textibus ubique addendum est maioris claritatis gratia: Sancti et electi tui.

Omnes, inquam, qui a saeculo mortui sunt, et apud inferos vinculis addicebantur.

Tu collegisti eos, qui a saeculo mortui fuerunt, *addendo*: sanctos et electos tuos.

Corruptos omnes collegisti, Sanctos et electos tuos, *addendum*.

Descendens ad inferos, qui a saeculis vinculis obstricti erant, liberasti (Sanctos tuos) *addendum*. Et fores aperuisti inferorum animabus, quae e saeculis ibi detinebantur, *addendum*: Sanctorum tuorum.

Et reputatus mortuus, tyrannum apud eos ligasti, liberans omnes ex vinculis inferni tua resurrectione, sanctos et electos tuos *addendum*.

Et descendit Servator ad victos, resurrexerunt cum eo, qui a saeculo erant mortui, *addendum*: Sancti. – Et defunctos a saeculo collegisti, *addendum*: Sanctos tuos. Et ad inferos descendens, universum collegisti iacens in putredine genus humanum. Per ly universum, intelligi potest: ex omni sorte et conditione genus humanum; vel *addendum*: sanctum genus humanum.

Inferni portas et vectes conterens vitae, largitor, exsuscitasti omnes, scilicet plerosque. *Corrigendum loco: exsuscitasti omnes, ponendo*: eduxisti secum captivos omnes Sanctos tuos.

Et congregasti mortuos, qui a saeculo in tenebris dormiebant, *addendum*: sanctos et electos tuos.

Propterea surrexerunt, qui a saeculo vinculis compediebantur clamantes, *addendum*: sancti et electi tui.

Dissolutum est infernum amarum, cum tu humane eum destruxisses, et liberasses eos, qui ibi a saeculo dormiebant, *addendum*: sacti et electi tui.

Vinciebat manus tuas populus iniquus et vinculis colligati indissolubilibus, Servator, omnes salvabatur, *addendum*: Sancti et electi tui.

Haec omnia collecta et notata sunt a praetacto Leone Allatio, uti male sonantia in auribus catholicis, et acriori digna censura, idque ex subsequentibus rationibus: Nam, ut ipse ait: Dicitur primo in supra allegatis locis, Christus infernum spoliasse extractisque ijs, qui inibi commorabantur, exhausisse extractis, inquam, omnibus hominibus, mortuis omnibus, cunctisque a saeculo, genere humano universo, Adamo cum subsecuto ab eodem genere. Universam diaboli regiam (f. 78) inanem, desertamque reliquit, quod absurdissimum est, et a pietate Christiana abhorrens.

Christus enim non omnes, sed minimam demortuorum partem, eamque Sanctorum eduxit. Ita praefatus Author Allatius in libro suo toties citato, pag. 312, in dicta Ochtoichi sive Paraclitice loca.

Secundum est, quod idem in ijsdem textibus notat, pag. 317. Nymirum Christum asseri omnes homines, qui in monumentis erant, ad vitam vindicasse. Sparsim enim in Triodio habentur sequentia:

Et mortem interimens, vitam nobis elargitus est, *addendum*: aeternam, ipsum Adamum cum toto humano genere exsuscitans, *addendo*: a morte peccati, ad gratiam.

Qui portas inferni contrivit, et a saeculo homines ex sepultura resuscitavit; *expungendum*: a saeculo, et: ex sepulchro, et *addendum*: a morte peccati, ad vitam aeternam.

Exhausit sepulchra... liberator, spoliavit infernum; *corrig. addendo* ad ly: sepulchra, multorum, et ad ly: infernum, sanctorum.

Resurrexisti, simul congregans eos, qui in sepulturis habitabant a saeculo, *addendo*: sanctos tuos.

Deificata tua anima, animas a saeculo secum una exsuscitavit, (plurimorum sanctorum suorum) *addendum.*

Qui (*una mecum*) ad infernum (usque) descendisti, omnibusque viam ad resurrectionem aperuisti, *addendum*: Sanctorum tuorum.

Namque mortis robore prostrato, demortuis (*add.* Sanctis tuis) omnibus, incorruptibilitatem elargitus es.

In sepulchris positus es, qui sepulchra exhausisti plurimorum sanctorum tuorum, *addendum.*

Resurgens a monumento, (omnes) una tecum resurgere fecisti, (qui in inferno erant mortui).

Correctio: – Ejciendum ly Omnes, item: qui in inferno erant mortui et ponendum: resurgere fecisti multa corpora sanctorum tuorum.

His itaque praeiactis addit Allatius suam censuram, pag. 318: «Habemus ergo, quotquot ab Orbe condito mortales ante adventum Christi vita fuerunt defuncti, ab ipso Servatore nostro, cum ad inferos penetrasset, in vitam revocatos, corpora scilicet ex monumentis, animas ex infernis. Quod si de animabus nullus haberetur sermo, qui tamen habetur, adhuc necessario illas in vitam revocatas fuisse, fatendum esset, ne corpora alienis animabus, de novo productis, vivere, dicere cogeremur.

Tot itaque sepulchra, apud omnium gentium (f. 78v) nationes, tot polyandra, tot urnae, tot denique ossuaria in ipso Christi descensu ad inferos ossibus spoliata vacua desertaque plorabant et nullus tunc mortalium cinis, in matre terra, requiescebat, quo an dici possit absurdius, admirabilius?» Ita Leo Allatius, loco supra citato.

Tertium est, quod idem in eodem libro, pag. 320, notat pariter pro errore: Christum descensu suo illo ad inferos mortuis omnibus remissionem praedicasse, dedisse ijs, qui crediderunt, denegasse incredulis.

1. «Cruce tua pacem annuncians, et praedicans captivis, Servator meus, remissionem, dominantem confudisti, Christe, nudum et inopem ostendens, divina tua resurrectione».

In quae verba Allatius sequentia: «Captivos intelligit, vinculis in inferno addictos. Dominantem, infernas potestates. Sed ne pro captivis, peccatores, et pro dominante cosmocraterem, et praedicationem Christi in hac vita,

non possit mortem intelligas, quamvis nostrae sententiae loca illa ex alijs locis loca adducta stabiliant, habeto tibi et alium locum».

2. «Quod infernum ligasti, immortalis ut Deus omnipotens, et mortuos resurgere fecisti, et portas mortis contrivisti, et potestatem inferni enervasti ut Deus. Propterea terrigenae gloriam cum desiderio dicimus, qui resurrexisti, et oppugnasti hostis vim perditissimi, et omnes in vitam reduxisti, qui in te crediderunt».

Plura qui de hoc errore Graecorum desiderat, adeat Allatium, loco citato fuse de eo disserentem.

Quartum est, Beatam Virginem in doloribus pro passione Domini, nullum tenuisse modum, sed aliarum muliercularum instar, cruciatibus internis oppressa, voces altius extulisse, corpus in varias formas, atque indecoras torsisse, quae de Beata illa Virgine, quae arcana Dei optime tenebat, et voluntatem Patris, aeque ac Filius executioni demandatam optabat, dici indecora videntur et sunt.

Loca, in quibus simili modo se gessisse ostendit Beatissima Virgo, proferuntur ab eodem Allatio in magna copia, pag. 347. Prouti:

3. Horribiliter vulneror, et interiora concutior, Immaculatissima in eiulatibus inclamabat.

4. Genas dilaniabat, et eiulans dicebat (f. 79).

5. Lacrymarum fontes evacuans Immaculatissima suspirabat, lugebat, clamans ex profundis animae.

6. Eiulatibus dilacerabatur immodicis, et conspiciens dicebat, obstupefacta.

7. Eiulans ululabas et vociferabaris.

8. Cum dolores multos sustineres, suspirabas illacrymans et ululans.

9. Ululabat clamans cum dolore.

10. Ululatu deplorabat, vocemque extollebat.

11. Eiulatum movebat lacrymabilem et macerabatur.

12. Inclamabat eiulatibus, semetipsam conturbans.

13. Dolenter suspirans, materne ululans, et interiorem anxietatem, et angustiam non ferens, in crucem oculos figebat.

14. Dilaniabat genas, et clamabat in eiulatu.

15. Quem intuita, iam animam exhalantem, lacrymarum fontes emittebat, genas lacerans.

Haec quidem ex decore mulieris gravis, et in affectibus moderatae, non sunt.

Correctio.

1. Cruce tua pacem annuntians, et praedicans captivis tuis, sanctis et electis, Servator meus, remissionem, dominantem in genus humanum daemonem confudisti, divina tua resurrectione.

2. Infernum daemonum ligasti, Immortalis, ut Deus Omnipotens, et mortuos sanctos complures resurgere fecisti, et portas mortis contrivisti, et potestatem inferni enervasti ut Deus. Propterea terrigenae gloriam cum desiderio dicimus, qui resurrexisti et oppugnasti hostis vim perditissimi, et omnes in vitam reduxisti aeternam, qui in te sancte crediderunt.

3. Horribiliter vulneror, et interiora concutior, Immaculatissima inter planctum inclamabat.

4. Corde dilaniata, plorans dicebat (f. 79v).

5. Lacrymarum fontes evacuans, immaculatissima suspirabat, lugebat, gemebat ex profundis animae dicendo.

6. Doloribus dilacerabatur ingentibus, et conspiciens dicebat obstuperacta.

7. Dolens plorabas, et dicebas.

8. Cum dolores multos sustineres, suspirabas lacrymans et gemens.

9. Plorabat dicens cum dolore.

10. Gemens deplorabat, dolensque dicebat.

11. Gemitum movebat lacrymabilem, et macerabatur.

12. Dicebat plorans, et semetipsam conturbans.

13. Dolenter suspirans, materne gemens et plorans, et interiorem anxietatem et angustiam non ferens, in crucem oculos figebat.

14. Vulnerabatur corde, et illacrymans dicebat.

15. Quem intuita, iam animam exhalantem, lacrymarum fontes emittebat, visceribusque scindebatur.

Polycarpus Filipowicz, manu propria, uti ad hanc revisionem ab Ill.mo Domino Episcopo Leopoliensi Rutheno, deputatus Censor, etc.

9. – REVISIO HOROLOGIONIS GRAECE DICTI, SLAVONICE AUTEM CZASOSŁOW, ID EST HORARIJ LIBRI ECCLESIASTICI, IN QUO HORAE CONTINENTUR CANONICAE, EXCUSSI TYPIS IN 4TO MAIORI, ANNO DOMINI 1726 (f. 80).

Imus error.

Die 26 7bris, quo die natalis sive dies transitus ex hoc mundo ad alium commemoratur Sancti Joannis Evangelistae, ponitur quod hic sanctus Apos-

tolus Evangelista ipse se vivum sepeliverit, adeoque ipse mortem sibi intulerit; quod dictum valde scandalosum est in auribus piorum hominum, et indecorum tanto Sancto, a veritateque videtur valde alienum.
Correctio: – Eliminanda est talis relatio.

2dus.

Die 25 Febr., quo die indicit festum Sancti Tarasij Patriarchae Constantinopolitani, dicitur in relatione summaria vitae et actorum ipsius, quod inter alias actiones suas celebriores, hanc etiam fecerit, quod Pontificem Romanum (non nominat tamen quem) reprehenderit ob simoniam, quae labes nunquam inventa fuit, nec inveniri potest in intemerata Sede Apostolica.
Correctio: – Pariter ableganda est ista relatio.

3tius.

1ma die Martij. In relatione quam ponit operum praecipuorum, quae facta sunt hoc mense ab omnium operum conditore, dicit inter alia, quod hoc mense, libera secundum carnem passione Christi, maledictum deletum, morte ipsius mors occisa, et praeclara vivifica ipsius resurrectione a mortuis Adam cum toto genere humano ab inferis eductus, et ad primum esse reductus coelestia haereditavit. Ratio erroris est, ut enim alias iam superioribus in annotationibus Triodij quadragesimalis et pentecostarij ex Allatio notatum est. Christus in resurrectione sua non totum genus humanum ex inferno, sed aliquos solum, ex ipso, scilicet sanctos Patres in limbo existentes, et nonnullas animas ex purgatorio eduxit; et ad primaevum esse perduxit ac ad possessionem coelestium; quod nisi in sensu figurato, et tropologico posset aliquomodo salvari.

Correctio: – Loco «cum toto genere humano» ponatur: cum toto coetu Patriarcharum, Prophetarum et aliorum Justorum ab inferis eductus est, et ad primum, etc.

4tus.

Die 29 Junij, qua die recolitur memoria (f. 80v) martirij Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, committitur error in tempore martirii sancti Pauli; dicitur enim in relatione summaria vitae et martirii istorum sanctorum Apostolorum eodem die posita, quod sanctus Paulus uno anno post S. Petrum martirio vitam suam finivit. Traditio enim communis est Ecclesiae eodem tempore coronatos esse martirio hos sanctos Apostolos.

Correctio: – Ponatur, quod uno eodemque anno et die martirio sunt coronati sub Nerone.

5tus.

Die 16 Iulij, qua die ponitur informatio, de facienda commemoratione Synodorum sex generalium et officio de Patribus, qui ijsdem Synodis interfuerunt, ponit, quod sexta Synodus fuerit congregata contra Theodorum, Pharanensem Episcopum, Honorium Papam, et Cyrillum Alexandrinum, Christo odibiles Haereticos.

Ratio erroris est, quia haereticum asserit Honorium Papam; 2do, quia loco Cyri Alexandrini, qui vere fuit uti haereticus condemnatus a dicto Concilio, ponit Cyrillum Alexandrinum, qui longe antecessit vita sua dictum Concilium, et uti Sanctus ab universali Ecclesia tam Occidentali, quam Orientali colitur.

Correctio: – Eijciendus est ex cathalogo illorum, contra quos coacta fuit sexta Synodus, Honorius Papa.

6tus.

Die 18 Iulij, qua die festum incidit S. Martyris Emeliani, ponit etiam festum cuiusdam Monachi Chioviensis, multa valde passi, nomine Joannis Occlusi, qui in magna abstinentia vixit annis 35, in Cripta Sancti Antonij, deinde effossa fovea, in eandem intravit, et circa circum se congessit terram usque ad humeros proprijs manibus, in eademque mortuus est.

Ratio erroris est, quia sui ipsius homicidam inter Sanctos recenset.

Correctio: – Eliminandus est talis Sanctus ex Cathalogo aliorum verorum.

7mus.

Die 3 Augusti, ponit post alios festum cuiusdam fabulosi Sancti nomine Antonij, quem dicit Roma navigasse in lapide et appulisse hac navigatione portentosa ad magnum Novogrodecum, anno Domini 1092.

Correctio: – Eadem poena mulctandus scilicet proscribendus e numero Sanctorum.

8vus.

Die 7 eiusdem, post alios Sanctos ponit dubium Sanctum nomine Pimenum ex Laura Chiovo-Criptensi, magnae patientiae, et austeritatis virum.

Similiter etiam die 11 eiusdem, ponit alios dubios duos Sanctos Chiovo-Peczarienses, Theodorum et Basilium, qui fuerunt, (f. 81) martyrio affecti a Principe Mscislao Swiatopolk, ob non manifestatos eidem thesauros, de quibus cupiebat ab ipsis notitiam accipere.

Similiter et 13 Aug. ponitur dubius Sanctus, nomine Maximus propter Christum fatuus, Moschoviticus thaumaturgus. Item dubius ponitur Sanctus die 21 Augusti, quidam Abrahamius, Archymandrita Smolenscensis.

Correctio: – Eadem quae superius relatis, similis farinae sanctis.

8vus.

In informatione de celebratione Paschatis, posita pag. 252, quam collectam dicit esse ex S. Athanasij Patriarchae Alexandrini sermone, dicit Christum Dominum pascha suum ultimum quod fecit ante suam sanctam passionem non celebrasse cum Iudaeis et die praescripto a Moise hoc est 14 primis mensis, sed praevenisse illo hunc diem et decimatertia eiusdem mensis fecisse.

Item pag. 263. Allegat false in canonibus Apostolorum canone septimo prohibitum esse, ne celebretur pascha a Christianis ante pascha Judaeorum, neque simul, sed post pascha solum ipsorum, idque sub poena depositionis. Cuius tenoris canon non reperitur inter canones Apostolorum quos refert Caranza in sua Summa Conciliorum. Pari modo false etiam allegat similem prohibitionem factam esse in primo concilio Nycaeno. Eandem prohibitionem dicit esse confirmatam in prima Synodo Nycaena, et in omnibus alijs Concilijs generalibus Orientalibus.

Correctio: – Expungenda est a dicto libro tota haec doctrina.

9nus.

In confessione generali, auctore Calixto Xantopulo, inserta eidem libro circa finem eiusdem confessionis generalis: inducit peccatorem petentem remissionem peccatorum, quae necdum fecit, sed primi vult facere, et facturus est usque ad finem vitae suae. Verba ipsa formalia sunt sequentia: – Tu enim Deus, Deus es poenitentium, remove iniquitates nostras a nobis sicut distat Oriens ab Occidente, et dealba per poenitentiam peccata nostra, sicut nivem et lanam, quidquid peccavi a iuventute mea, usque ad hodiernam (f. 81v) diem, et quecunque volo comittere peccata, usque ad finem vitae meae, etc. etc. Parce mihi uti benignissimus et multum misericors Deus etc.

Correctio: – Eijcienda est talis petitio e medio dictae confessionis.

10. – REVISIO SIMILIS LIBRI EDITI IN 8VO MINORI.

In hoc libro ijdem fere omnes errores reperiuntur, qui in priori, excepto quod insuper in Symbolo non est addita particula a Filio.

Correctio: – Similis priori libro.

REVISIO LIBRI DICTI, SIVE INTITULATI SLAVONICE MOLITWOSŁOW, ID EST PRECARIUM QUOTIDIANUM, EDITI IN 12MO MAIORI, ANNO 1701.

1mus.

In symbolo deest particula a Filio.

Correctio: – Addenda omissa particula: a Filio.

2dus.

In Orationibus praeparatoriis ad Sacram Synaxim, inter alias posita est oratio authore Simeone Metaphraste, cuius nonnulla verba redolent haeresim Lutheranam; rogatur enim in illa aliquoties Deus, ut per solam fidem et spem salvet orantem. Verba ipsius sunt haec formalia: – O Sancta Trinitas, bonitas inexhausta, et in omnes dimanans, bonitas amabilissima et insatiabilis; per solam fidem et spem salva me. O Lumen trifulgidum, O Trinitas Sanctissima, trina in personis, una in natura, fons sapientiae, sanctitatis largitor, fide sola salva me et spe, etc.

Correctio: – Loco: per solam fidem et spem salva me, ponatur: per tuam infinitam bonitatem et misericordiam salva me.

3tius.

In Canone defunctorum, qui est insertus eidem libro, in cantico sexto, in tropario eiusdem cantici primo dicitur Christus evacuasse infernum et resuscitasse, qui a saeculo erant mortui. – 1º. Infernum evacuans, Domine, resuscitasti a saeculo mortuos; ado, item in 2do tropario: – Tu igitur, Deus, qui descendisti ad sepulchrum, et qui animas a saeculo resuscitasti.

Item in cantico septimo, in trop. 3tio habentur haec formalia: – Qui salvasti tres pueros Iudaeorum, ut te unum in tribus personis laudarent, libera ab igne aeterno mortuos, qui ad te per fidem clamarunt: Benedictus es Deus Patrum nostrorum; 4º. Idem geminatur (f. 82) in cantico 8vo, tropario 3tio: Principio carens Sancta Trinitas, Deus Pater, Fili et Spiritus Sancte, in coetu Sanctorum annumera animas mortuorum tuorum, et ab igne libera aeterno. – Qui enim sic orant, videntur consentire cum illis, qui sentiunt Christum Dominum in resurrectione sua resuscitasse omnes omnino mortuos. Secundo, preces et orationes prodesse damnatis, ut a poenis inferni liberari possint, qui error est Origenistarum.

Correctio: – 1mo: Infernum Patrum evacuasti, Domine, resuscitasti plurimos a saeculo mortuos Sanctos.

2do: – Tu igitur, Deus, qui descendisti ad sepulchrum, et qui animas a saeculo resuscitasti, mortuorum complurium Sanctorum tuorum.

3tio: – Qui salvasti tres pueros Iudaeorum, libera ab igne temporaneo purgatorij mortuos etc. etc.

4to: – Principio carens Sancta Trinitas, Deus Pater, Fili et Spiritus Sancte, in coetu sanctorum annumera animas mortuorum tuorum, et ab igne libera temporaneo purgatorij.

11. – REVISIO LIBRI INTITULATI AKAFTISTY, EDITI IN 4TO, ANNO DOMINI 1699.

Imus.

In Canone de Sancto Joanne Baptista, in fine eiusdem ponitur precatio ad ipsum, in qua error hic continetur, quod baptismi ipsi tribuitur institutio virtusque delendi peccatum originale. Patet hoc ex sequentibus eiusdem precationis verbis:

«Ech Baptista Christi, venerande Praecursor, prime in lege gratiae martyr, continentium seu abstemiorum et eremitarum Dux, castitatis Magister, et intime Christi amice, te oro, ad te recurro, ne abijcias me a tua protectione, sed erige me lapsum pluribus peccatis, renova animam meam per poenitentiam, tanquam per secundum baptisma, quandoquidem utriusque es Auctor; per baptismum abluendo originale peccatum, per poenitentiam vero purgando cuiuslibet sordidum opus». – Ex quibus verbis patet etiam, quod et Sacramenti poenitentiae, quod vocatur secundus baptismus, eundem agnoscit Auctorem.

Correctio: – «Ech Baptista Christi, ... ad te recurro ne abijcias me a tua protectione, sed erige lapsum plurimis peccatis, impetra seriam poenitentiam illorum, cuius tu fuisti ardentissimus Praeco»; et reliqua omittantur.

2dus.

In eodem libro ponitur canon de Sanctis Patribus Chiovo-Peczariensibus sive Criptensibus, de quorum non solum sanctitate, sed etiam fide catholica iure merito dubitari potest, quando quidem omnes (f. 82v) isti vixerunt post ortum iam Schisma Photianum in Oriente, unde fidem suam traxerunt Rutheni sub Vladimirio Principe ipsorum, qui primus Sacra Christiana suscepit, et a suscepta fide semper dependentiam habuerunt a Patriarchis Constantinopolitanis, a quibus sicut fidem ita etiam odium hauserunt erga Ecclesiam Latinam, et Sedem Apostolicam Romanam.

Correctio: – Eijciatur totum de ipsis officium.

3tius.

In hoc etiam libro reperitur in Orationibus praeparatorijs ad Sacram Communionem oratio Simeonis Metaphrastes, in qua orans petit salvari se per solam fidem et spem; qui error superius notatus iam est in revisione libri intitulati Molitwoslow, id est precarium quotidianum.

Correctio: – Reformetur ponendo: Per tuam infinitam bonitatem et misericordiam salva me, loco: per solam fidem et spem salva me.

4tus.

In acafisto de Assumptione Beatissimae Virginis ponitur in fine oratio ad eandem, in qua fit precatio pro Sanctissimis Orthodoxis Patriarchis, per quos intelliguntur Orientales Schismatici.

Correctio: – Fiat loco Patriarcharum precatio pro Papa in hunc vel alium similem modum: Salva et miserere, Domine, Vicarii Filii tui SS.mi Domini nostri ... N. ... et omnium ordinum ecclesiasticorum.

12. – REVISIO LIBRI INTITULATI APOSTOL, ID EST LIBER ACTORUM APOSTOLORUM, ET EPISTOLARUM EORUMDEM.

In hoc libro nihil erroris notatur, nisi quod in Synaxario, quod post praefationem eiusdem statim ponitur, S. Paulus Apostolus uno anno serius quam S. Petrus a Nerone Imperatore Romae occisus eadem die Mensis hoc est 29 Junij, in qua sententia asserit esse Justinum et Irenaeum Martyres, item S. Sophronium Patriarcham Ierosolymorum.

Corrigatur secundum communem traditionem et sensum Ecclesiae. De quo communis Ecclesiae traditio est, quod sit uno eodemque anno et die Corona Martirij a Deo donatus cum Sancto Petro, Principe Apostolorum, abscisso capite sub Nerone Imperatore.

Polycarpus Filipowicz, manu propria, uti ad hanc revisionem deputatus Censor, ab Ill.mo et R.mo Domino Athanasio Szeptycki, Episcopo Leopolitensi Rutheno.

Ego M. Nicolaus olim Matthiae Ziatkiewicz (f. 83) Philosoph. Doctor, Scabinus, publicus S. Auth. Apostolica et Officii Consularis Leopoliensis Notarius, praeinsertae Revisionis Librorum Ruthenorum, typis impressorum, et adnotationis atque correctionis illorum, per Perillustrem et Reverendissimum Policarpum Filipowicz, Ordinis Divi Basilij Magni, Archimandritam Lescinensem expeditae, Illustrissimo et Reverendissimo Domino

Athanasio Szeptycki, Episcopo Ritus Graeci Uniti Leopolien. Camenecen. Haliciensi, Abbati Unioviensi, exhibitioni, traditioni, ipsius Juramento comprobationi, ac subscriptioni, praesens interfui, eandem vidi, legi, audivi. Ideo praesens Instrumentum subscripsi, signoque, nomine et cognomine meis solitis, quibus in talibus utor, communivi, rogatus et requisitus.

122.

Leopoli, 15. X. 1727.

Nominatus olim Bodonensis, nunc Archim. Lescinensis, Polycarpus Fylypovyč, Praefecto P. Fide de revisione a se peracta librorum Confraternitatis Stauropigianae Leopoliensis; de subsidio a S. Congr. pollicito ad imprimendum librum a se compositum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, 5, fol. 110-111.
MUH, vol. V, pag. 415, nr. 251.

Em.me et R.me D.ne D.ne D.ne Clementissime.

Requisitus urgentissime a D.no Episcopo nostro Rutheno Leopoliensi, ad faciendam revisionem librorum, qui in lucem prodierunt ex typographia Confraternitatis Leopoliensis Ruthenae Stauropigianae, tanto alacrius tenuitatem meam huic obsequio obtuli, quanto magis tam ex propria mea experientia, terendo assidue eosdem libros diu noctuque in persolutione officiorum divinorum uti potissimum ad hunc finem destinatos, tum etiam ex aliorum continuis desideriis, iam dudum intellexi illud esse apprime necessarium. Unde conferendo me Leopolim, maiori qua potui sedulitate, laborem hunc aggressus sum, Superisque faventibus perfeci, habens iam illum a non modico tempore inchoatum domi, cum aliis ad praesens libris tota Russia in Sacris non utatur, praeterquam, typis dictae Confraternitatis excussis. Oro interim coeleste Numen, ut non solum sit cum utilitate Sanctae Ecclesiae, sed etiam cum satisfactione ac placito Sacrae Congregationis, D.norum meorum Clementissimorum. Dabit copiam istius laboris mei praetactus ipsius incitator, scilicet D.nus Episcopus Leopoliensis, Eminentiae Vestrae reliquisque Em.mis deferendo ipsum altiori irrefragabilique eorundem iudicio, trutinae ac censurae. Patebitque clare ex eodem labore meo, tam quam multis foedati iidem libri sunt errorum sordibus, quam etiam qua fide et devotione (fol. 110v) gratitudinisque studio feratur dicta Confraternitas in Sacram Sedem Apostolicam, quamvis ad stuporem et invidiam longe meritissimarum aliarum confraternitatum in Ecclesia Sancta ad tantum apicem provecta favorum, gratiarum et privilegiorum, dum in omnibus suis libris in hunc usque diem respiciebat Orientem et pseudo pastores ipsius schismaticos, patriarchas,

ipsorum nomen et benedictionem in fronte eorundem librorum praefigendo, ipsisque benedicentibus illos in mundum expediendo, praetermisso Summo Pontifice, ita ut nec minima eundem memoria dignati sint. Colligere etiam ex iisdem licebit, quam parum observans sit sancitorum sacrae Synodi Zamoscianae.

Dum vero hic commoranti in praetacto negocio concessum est mihi gratiosissimam Eminentiae Vestrae in vim responsi ad meam priorem cum summo animi mei iubilo recipere, quam non solum habeo in omnibus occurrentiis meis singulare patrocinium suum oblatam, sed etiam efficacissimam promotionem appromissae mihi alias iam a Sacra Congregatione gratiae, ratione subpeditandi subsidii pro manuscriptis meis in lucem edendis, pollicitam, uti humillimas Eminentiae Vestrae pro hac beneficentissima sponsione deferro gratias, ita indefessum meum studium in exoranda Divina Maiestate pro longaeva et prospera incolumitate ipsius, maxima qua possum expressione et certitudine devoveo. Et effusus demississime (fol. 111) sacris plantis Eminentiae Vestrae, eiusdem sacram fimbriam devotissimo ac reverentissimo exosculor basio.

Leopoli, die 15 octobris anno 1727.

Em.mae et R.mae Dominationis Vestrae D.ni, D.ni mei, Clementissimi humillimus et obligatissimus subpedaneus

P. Polycarpus Filipowicz, O.D. Basilii Magni, Archimandrita Lescinensis.

123.

Roma, 6. II. 1728.

Secretaria Status concedit administrationem eparchiae Fogarasiensis Episcopo Mukačoviensi G. Bizanczy.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 659, fol. 230rv.

Dalla Segreteria di Stato, 6 Febraro 1728.

La Santità di Nostro Signore, considerando la vacanza della Chiesa di Fogaraz in Transilvania, affinchè i Cattolici di Rito Greco di quella Diocesi non rimangano senza Pastore, si è benignamente degnata di conceder la permissione, che per il canale della Sagra Congregazione di Propaganda si possa commettere à Monsignor Gennadio Byzanski, Vescovo Sebasteno, e Vicario Apostolico di Moncatz in Ungheria, parimente di Rito Greco, che sino alla provista del nuovo Vescovo di Fogaraz eserciti in quella diocesi le stesse facoltà, che gli competono per la sua propria. Si porge pertanto questa notizia a Monsig. (f. 230v) Segretario della suddetta Congregazione con aggiungersi che si faranno le parti opportune per sollecitare la Maestà dell'Imperatore à far la nomina del nuovo Vescovo, etc. etc. ...

124.

Pinsk, 12. V. 1728.

Episcopus olim Bodonensis, P. Filipowicz, expetit « imprimi potest » Congregationis de Prop. Fide pro suis scriptis spiritualibus in lucem edendis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 5, fol. 150rv.

Eminentissime et Reverendissime Domine, Domine, Domine Clementissime.

Quamvis minime mihi fas est ambigere de stabilitate gratiosissimorum promissorum Sacrae Congregationis, Dominorum meorum Clementissimorum, prius per Eminentissimum pijssimae memoriae Cardinalem Sacripanti, Praefectum eiusdem, mihi indicatorum, ratione subpeditandi subsidij pro donandis luci publicae scriptis meis theologiae moralis polonico idiomate a me elaboratis, ac iterum anno elapso per ipsam Eminentiam Vestram confirmatorum, quia tamen iam sum in fatiscente aetate, premit me ut possim hoc solatium habere, ut ante finem dierum meorum videam de benignitate Sacrae Congregationis effectum ipsum appromissae gratiae. Qua in re, cum non possim alium efficaciorem Patronum, ac Interpellatorem adinvenire apud eandem, quam ipsam benignitatem Eminentiae Vestrae Domini mei Clementissimi, quam mihi itidem anno praeterito pronam in omnibus occurrentiis meis offerre suis gratiosissimis literis dignata est, eandem proinde humillime ac instantissime imploro, ut suffragio promotionis suae ad effectum praetactae gratiae adesse mihi non dedignetur. Quod si vero vel ex demerito praetactorum tenerissimorum laborum, vel ex alia (f. 150v) quapiam ratione aliter videretur, quam mihi praestare appromissam gratiam, hoc ipsum audeo supplicare Eminentiae Vestrae, ut mihi aliquo modo, melius sibi viso, notum facere non gravetur, ut cum spei protelatione, deponere simul possim, comitem ipsius afflictionem animi. Et ut Eminentiam Vestram Superi longaevam et prosperam usibus ac emolumentis Ecclesiae Sanctae, votis etiam et precibus meis indignis conservare velint, mei debiti erit perenniter eosdem exorare. Nunc vero demisissimo poplite sacram fimbriam Eminentiae Vestrae exosculando, eiusdem me validissimo patrocinio studiosissime commendo, ac maneo

Eminentissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae, Domini mei Clementissimi subpedaneus Servus et indignus Exorator

P. Polycarpus Filippowicz, O.D. Basilij, Archimandrita Lescinensis.

Pinsci, die 12 Maij 1728.

125.

Leopoli, 21. II. 1730.

Episcopus olim Bodonensis seu Nominatus petit approbationem suorum scriptorum spiritualium typis edendorum in commodum Ecclesiae Unitae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 5, fol. 296rv.

Eminentissime, et Reverendissime Domine, Domine Clementissime.

Jam quintus labitur annus ex quo ex mandato Sacrae Congregationis scripta mea Theologico-Moralia, polonico idiomate a me confecta, transmisi eidem ad approbationem et revisionem per destinatos ab eadem Censores, cum appromissione subsidii pro impressione ipsorum, si digna publica luce per eandem judicarentur. Hancque ipsam gratiam habui ante biennium per Eminentiam Vestram, Dominum meum clementissimum, confirmatam, cum appromissione insuper faciendae accelerationis in revisione ipsorum. Et quia in hunc usque diem anxius haereo inter spem et metum ejusdem gratiae consequendae, induxi in animum hunc ausum in virtute benignitatis Eminentiae Vestrae, humillime supplicare eidem, ut me ex hac perplexitate, certiori aliqua sua resolutione, liberarem, facere non dedignetur, et si vel ex demerito meo aliquo, vel ex demerito suo non invenerunt hac gratiam apud Eminentias Suas, Dominos meos clementissimos, quam antea appromissam habuerunt, ut saltem ad Authorem suum commodiori et certiori aliqua occasione expediri eadem faciat. Veniam autem peto humillime ab Eminentia Vestra, Domino meo Clementissimo, quod tam solicite instem hac in parte apud Eminentiam Vestram, quia iam abbreviantur dies mei, et in his magis ac magis appropinquo ad terminum vereorque ne fata praeveveniant effectum expectationum mearum in gratiosissimis promissis Eminentiarum Suarum. Caeterum fide religiosa ac sacerdotali obtestor coram Eminentia Vestra, quod non alio fine et motivo tam instanter supplicem Sacrae Congregationi et Eminentiae Vestrae, pro praedicta gratia, nisi ex consilio, et voto boni ac emolumenti publici Cleri nostri Roxolani, tam (f. 296v) Saecularis, quam Regularis, qui similium operum egenissimus est possetque aliquod lumen pro directione et propriarum et subjectarum sibi aliorum conscientiarum ex lectione ipsorum haurire et non haerere in tantis tenebris ignorantiae et ruditatis, prout Eminentiae Vestrae perspectum esse potest de ipsius ignorantia ac ruditate. Cum non omnibus imo paucissimis datum est Musas latinas frequentasse.

Et me pro pro coronide affusus profundissime sacris plantis Eminentiae Vestrae studiosissime patrocinio et protectioni devoveo, ac pronissimo poplite sacrae purpurae ejus fimbriam deosculando maneo

Eminentissimae et Reverendissimae Dominationis meae, Domini mei Clementissimi subpedaneus Servus et indignus Exorator

P. Polycarpus Filipowicz, O.D.B.M., Archym. Lescinensis.

Leopoli, 21 Februarij 1730.

126.

Fogarasz, an. 1731.

Episcopus Fogarasiensis In. Klein informationem amplam dat Nuntio Ap. Vindobonensi, deque Unione huius regionis et de iuribus civilibus et ecclesiasticis in hac regione sibi servientibus. Pari tempore praetensiones Episcopi Mukačoviensis refutat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 671, fol. 375-77 (*copia*).

Emin.me, et Rev.me Princeps S.R.F. Cardinalis, D.ne, D.ne Benignissime.

Cum Eminentia Vestra a me in scriptis informari desideraverit de quaestione mota, an nimirum Comitatus Maromarosiensis spectet ad Jurisdictionem meam Episcopalem, quia Episcopi Fogarasiensis Graeci Ritus per Transylvaniam, et partes ei annexas Hungariae Unitorum vel vero pertineat ad Ill.mum, et Rev.mum Dominum modernum Episcopum Sebastipolitanum, et Vicarium Apostolicum in partibus Munkacsiensibus,[267] ut Eminentiae Vestrae benigno mandato morem geram, praesentem humillime exhibeo informationem.

Primo, quod Comitatus Maromarosiensis ab immemorabili tempore subiectus fuerit Jurisdictioni Spirituali Valachicae nationis Episcoporum, etiam Schismaticorum in Transylvania residentium, id clare patet, tum ex eo, quod Clerus Graeci Ritus Comitatus illius eos pro Episcopis suis agnoverit, et in recognitionem hujus, annue certum pensum Cathedraticum ijs praestiterit. Tum ex eo quod postquam ultimus Episcopus Schismaticus, Athanasius nomine, in Anno 1697, se cum universo Clero, et Populo sibi subiecto S. Romanae Ecclesiae univisset, comitatus quoque Maromarosiensis, Clerus, et Populus cum dicto Episcopo Unionem hanc inivit, et tum eum usque ad obitum, tum successorem ejus, bonae memoriae Joannem L.B. Gatalus, Antecessorem meum immediatum pro legitimis Episcopis suis recognoverit, ac me quoque hodiedum recognoscat.

Secundo, postquam Unio supradicta inita fuisset, ac eam a se universo

---

[267] De controversa iurisdictione super comitatum Maramorošiensem inter ep. Innocentium Klein et ep. G. Bizanczy, cfr. opus BARAN A., *Eparchia Maramorošiensis...*, pp. 92-98.

Populo Graeci Ritus in Transylvania, et partibus ei annexis initam Episcopus ipse cum quadraginta aliquot Archidiaconis suis, ac Primoribus e Popis per sigillatos Chirographos recognovisset, Unionemque hanc taliter factam pientissimae memoriae Eminentissimus Princeps S.R.F. Cardinalis Leopoldus e Comitibus a Kollonics, (f. 375v) qua Archiepiscopus Strigoniensis, ac Primas Hungariae, et Legatus natus, magnae reminiscentiae Leopoldo Imperatori retulisset, in praemium tot centenarum millium animarum in Ovile Christi, ac Vicarijs ejus reductarum. Pientissimus Imperator Leopoldus, Episcopo, Clero, et universo Populo unito complura Privilegia in diplomate suo, Unionis dicto, benignissime concessit. Et cum in Schismate existentes Sacerdotes, et Parochi Valachici nullo Privilegio Canonis gravisi fuissent, sed veluti subditi a Dominis Terrestribus traherentur, et religio, ac fides eorum universique Populi Graeci Ritus in Transylvania, ac partibus ei annexis pro tollerata solum, et non recepta haberetur, de plenitudine authoritatis suae Regio-Apostolicae pientissime declaravit, ut in futurum Sanctae Romanae Ecclesiae Unitorum, tum ecclesiae ipsae, tum ecclesiasticae Personae in perattacta Transilvaniae Provincia partibusque ei annexis eadem prorsus immunitate ecclesiastica gaudere debeant, qua ecclesiae et ecclesiasticae Personae Latini Ritus, et Sacrorum Canonum praescripto, et Terrenorum Principum consensu, et privilegijs gaudent, et perfruerentur, quin immo clementer indulsit, ut quicumque etiam saeculares, et plebeae conditionis homines Sanctae Romanae Ecclesiae hoc pacto se univerint immediate Statui Catholico incorporentur, et adnumerentur; sicque inter Status computentur, capacesque sint legum Patriarum, et universorum beneficiorum ad instar reliquorum Patriae illius filiorum; sicque privilegiatum Clerum, et Populum unitum in universa Transilvania, et Partibus ei annexis jurisdictioni Episcopali Athanasij Episcopi uniti, uti prius ei fuerat subiectus, subjecit; neque enim praemium, quam potius paena fuisset eius, vel Successorum, qui tantam fecit accessionem ad gremium Sanctae Romanae Ecclesiae animarum, jurisdictionem spiritualem coartare, et imminuere.

Tertio, modo gloriose regnans Augustissimus Imperator noster, pijssimi Progenitoris insistens vestigijs, non solum clerum Valachicum in Transylvania, (f. 376) et Partibus ei annexis unitum in privilegijs Leopoldinis conservavit, sed et Episcopatum ipsum Valachorum, Graecorum, Ruthenorum, et Rascianorum Fogarasim in Transilvania, prius non dotatum, noviter fundavit, dotavit et porrexit. Bullamque errectionalem Episcopatus Fogarasiensis a Sede Pontificia impetravit, in qua erectionali Bulla Innocentius Decimus Tertius Pontifex omnes, et singulos Graecos, Ruthenos, Vallachos, et Rascianos, qui in universa Provincia Transilvaniae, partibusque ei annexis degunt ad mentem clementissimi fundatoris pro Populo, et pro Dioecesi,

praeter oppidum Fogarasiense in civitate erectum, Oppida, Castra, Villas, et Territoria eidem annexas, nec non ecclesias eiusdem Graeci Ritus pro Clero authoritate Apostolica, de consilio Sacrae Congregationis Eminentissimorum Cardinalium concessit, et assignavit, illaque omnia, ac Clerum, et Populum a quacumque alia ordinaria jurisdictione divisit, et separavit. Cum vero Comitatus Maromarosiensis unus sit ex partibus Transylvaniae annexis, et Rutheni, nec in Transylvania, nec in ullo ex Partibus Comitatu reperiantur, utique Comitatus dictus Jurisdictioni spirituali Episcopatus Graeci Ritus Fogarasiensis, sic noviter erecti autoritate tum Pontificia, tum Regia, et Apostolica subiectus esse palam dignoscitur.

Quarto, praeallegatis rationibus sic se habentibus, non capio quomodo dictus D. Episcopus Sebastopolitanus, et Vicarius Apostolicus Munkacsiensis, et se Episcopum Maromarosiensem scribere, cum talis nullus detur Episcopatus, et de jure ad se spectare Comitatum ejusdem nominis praetendere queat. Non vi Episcopatus Sebastopolitani, ad ejus titulum consecratus est, quia is in partibus Infidelium situs reperitur.

(f. 376v) Non vi Vicariatus Apostolici Munkacsiensis, quia hic in Marmatiam se non extendit; neque enim moderni Ill.mi Domini Antecessores eodem Vicariatu fungentes, et in specie immediatus Dominus de Camillis unquam somniabat de Jurisdictione aliqua Episcopali in Comitatu Maromarosiensi exercenda. Sed fors allegabit Dominus Episcopus Sebastopolitanus, se jurisdictionem in dicto Comitatu exercuisse, verum hanc, Sede vacante. sibi usurpavit, et quia a nulla legitima potestate eam habuit, facile amisit, Vel vero dicet, se non solum Vicarium Apostolicum in Districtu Munkacsiensi, sed et in Partibus a Turca recuperatis Hungariae a Sacra Congregatione constitutum esse. Admitto lubens assertionem hanc. Ex hoc tamen ne minimam Jurisdictionem a Sede Apostolica in Comitatu Maromarosiensem ei datam agnosco, cum manifestum sit Comitatum Maromarosiensem nunquam fuisse sub Dominatu Turcarum, sed eum ad Transylvaniam, tanquam unum ex partibus ei annexis spectasse, ac una cum Transylvania per Principem ejus tum Dominantem, et universos Status Provinciae, certis pactis initis, Augustissimae Domui Austriacae subiectum fuisse. Utinam Dominus Episcopus Sebastopolitanus Partibus Ungariae a Turca recuperatis sibi de jure subiectis attentius invigilasset non utique schismaticus Episcopus Graeci Ritus prius unitos in ijs habitantes ad se allicuisset, nec in eos hoc etiam tempore jurisdictionem suam exerceret.

Quae supra scripta ita se habere, tum Excelsa Cancellaria Aulica Transilvanica hic existens, utpote cui haec constant, si Eminentiae Vestrae ita videbitur informare poterit, tum ex ipso Diplomate Unionis, ac erectionali Bulla Pontificia Episcopatus mei Fogarasiensis, ac etiam ex benignissimis

Collationalibus ab Augustissimo, et (f. 377) Clementissimo Fundatore mihi extraditis indubie demonstrari possunt. Sed et pluribus Documentis in Archivo Episcopali conservatis edoceri; quae cum nunc prae manibus meis non sint, demisse expeto, et reservo mihi facultatem, si praeinserta non sufficerent ea perducendi, ac ex illis novas rationes depromendi pro Juribus Ecclesiae meae tuendis; quae tam vi juramenti Episcopalis, quam authoritate, et majestate Clementissimi Fundatoris superstitis spectata tueri, ac defendere teneor et sum obstrictus. Neque idem Clementissimus Fundator in praejudicium suae huiusmodi Fundationis tantae considerationis, tam spiritualis, quam etiam politicae partem sibi adimi fors patietur.

Quare Eminentiae Vestrae humillime supplico, ut me in Juribus meis Episcopalibus benigne protegere, ac de his favorabilem Sacrae Congregationi Informationem dare gratiose dignetur.

Caeterum dum me sub gratiosas patrociniorum alas, Eminentissimi Principis devotissime, et humillime commendo, pro longa ejusdem incolumitate, et prosperitate cum omnibus meis precari non desinam, qui et persevero.

Eminentiae Vestrae humillimus Servus, et Cappellanus

Joannes Innocentius L.B. Klein, Episcopus Fogarasiensis (mpr).

127.

Mukačevo, 23. V. 1731.

Episcopus Mukačoviensis G. Bizanczy instat de suis iuribus ad regionem Maramorosiensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 671, fol. 379rv.

Eminentissime ac R.ndissime Princeps S.R.F. Cardinalis, Domine, Domine Benignissime.

Pro paterna eaque gratiosissima Eminentiae Vestrae in me habita reflexione, quam ex gratiosissimis ejusdem literis, sub dato Vienna 2 Maij, ad me una cum copia instantiae Episcopi Fogarasiensis missis, et 17ª currentis perceptis uberrime experior, gratias sufficientes agere non sum par; ad quas ut obligationibus meis correspondeam, Eminentiae Vestrae praesentibus inservio et super transmissa instantiae copia, ratione Marmaros, puncta ejusdem refutando, super ijs replicam pro informatione Eminentiae Vestrae his acclusam demisse submitto. Humillime penes instando, quatenus Eminentia Vestra juribus meis ratione Maramoros apud S. Congregationem de Propaganda paterne prospicere dignaretur, miserierique tot animarum ruinae expositarum in praeattacto Comitatu ob praetensionem Episcopi Fogara-

siensis, cui ruinae amovendae mihi facilis modus adest, vel maxime ob proximitatem loci. Quod vero attinet uberiorem notitiam de legitimis juribus meis quoad Maramoros, dignabitur Eminentia Vestra paterne meminisse instrumentorum literalium inquisitionis in Marmaros, item copiae Unionis ibidem factae, ac tandem copiae Unionis in comitatu Ruvariensi per Antecessorem meum Joannem Josephum de Camilis peractae, quae omnia in paribus, una (f. 379v) cum instantia, Plenipotentiarius meus in Anno 1725, die 24 Iulij, Eminentiae Vestrae, habita audientia, demississime porrexit, quae spero in Archivo Sacrae ac Eminentissimae Nuntiaturae reposita invenientur. Ex quibus Eminentia Vestra soliditatem iurium meorum copiosius cognoscere dignabitur. Quantum vero concernit Dioecesim Fogarasiensem, ad ejusdem jura et spiritualem jurisdictionem me prorsus non immitto, uti in nuperimis meis super eo humillimam relationem feci. Caeterum, ubi me cum clero meo gratiosissimis favoribus commendarem, persevero.

Ejusdem Eminentiae Vestrae humillimus Capellanus

G. Gennadius Bizanczy, Episcopus Sebast. Munk. et Maramoros. ac in partibus acquisitis Vicarius Apostolicus (mpr).

In solita Residentia ad S. Nicolaum,

Munkacz, die 23 Maij, Anno 1731.

128.

Mukačevo, 23. V. 1731.

Episcopus Mukačoviensis retorquet praetensiones Episcopi Fogarasiensis et probat suum ius in regione Maramorosiensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 671, fol. 380-381.

Eminentissime et R.ndissime Princeps, S.R.E. Cardinalis, Domine, Domine Benignissime.

Percipiendo gratiosissimum mandatum Eminentiae Vestrae, una cum acclusa Instantia Domini Episcopi Fogarasiensis ad Eminentiam Vestram porrecta, in qua instat, et rationes quaspiam adducit, Comitatum Maramorosiensem (de quo jam dudum controvertitur non absque gravi animarum multarum jactura) ad se praetensive pertinere. Ut itaque gratiosissimo mandato Eminentiae Vestrae in promptu correspondeam et Jurium meorum ratione Maramoros, luce meridiana clariorum, indemnitati prospiciam, ad praeattactam Domini Episcopi Fogarasiensis Instantiam rationesque adductas, taliter respondeo et pronunc breviter replico, unaque humillime Eminentiam informo. Et ut ordine debito procedam.

Quod attinet primum punctum ejusque confirmationes, quod nimirum

Comitatus Maramorosiensis a tempore immemorabili subjectus fuerit jurisdictioni spirituali Valachicae Nationis Episcoporum, etiam Schismaticorum in Transylvania residentium, hoc, inquam, punctum nimium multum probat, estque una cum suis subsequentibus confirmationibus purissimum assertum.

Ratio horum est, quia simpliciter nullus Episcopus Valachorum assignari poterit, qui habuisset jurisdictionem legitimam in praefato Commitatu, consequenter ruit 1ª pars asserti, quod ijsdem quantum Cathedrale tribuissent Marmarienses, sed neque Athanasius, Episcopus in Marmaros, jurisdictionem ullam habuit, si quidem tempore Athanasij, in Marmoros fuerit Episcopus Sztojka neque idem Athanasius Marmoros ad Unionem reduxit, quod vel exinde manifeste patet, quod dum et quando in Ungaria, ac Transylvania Clerus et populus Unionem suscepisset pro tunc comitatus Marmorensis se segregavit abhorendo Unionem Sacram taliterque mediante favore Michaëlis Apaffi de Episcopo sibi providit Schismatico nempe praefato Sztojka, qui penes colationem et confirmationem praeattacti Principis Apaffi cum plena et absoluta jurisdictione episcopali populum et clerum annis circiter viginti in Schismate confortabat, et contra antecessorem meum vere unitum piae memoriae Joannem Josephum de Camelis assidue concitabat. E contra: a longa annorum serie deducitur ex diversis Instrumentis Collationalibus tum Regum Hungariae, tum Principum Transylvaniae, quod (f. 380v) Episcopi Munkacsienses continuo usu, inperturbate, excepto tempore Episcopi Sztojka, Comitatum Marmoriensem sub sua spirituali jurisdictione habuerunt, quae si necessum fuerit reservo mihi facultatem id uberius explanandi. Quomodo igitur Dominus Ill.mus Fogarasien. alegare poterit immemorabile tempus pro parte sua, ubi nullum assignare potest suum antecessorem legitime exercentem jurisdictionem in Maramoros.

Secundum punctum nihil facit ad propositum neque continentiae eiusdem quidquam probant; diluitur enim per rationes meas replicativas puncti primi, cum suis confirmationibus. Similia enim privilegia sua SS.a Majestas etiam Episcopo Munkacsiensi et Clero ejusdem jurisdictioni subdito ob acceptatam Unionem contulit; non igitur negamus hoc etiam tribuisse Episcopo Athanasio, ob factam Unionem in Transylvania; sed ultronee ei concedimus. Negamus autem de Maramoros: hic enim eo tum in Schismate torpebat. Verum: neque is proemium amittit aut paenam sustinere cogatur, qui nec causam praemij nec demeriti ponit qualiter Episcopus Athanasius nil operando in Marmoros fecit, nullum igitur subest periculum perplexitatis et confusionis, si Marmorosien. subsint jurisdictioni Episcopi Munkacsiensis tanquam suo legitimo et indubitato Pastori, neque per hoc Dioecesis Fogarasiensis quidquam detrimenti patietur, siquidem per hoc de sua proprietate nihil amittit.

Tertium punctum replica non eget, ex quo nullus negaret fundatum esse

Episcopatum Fogarasiensem. Ad ultimas ejusdem puncti clausulas respondeo: quod Comitatus Marmorosiensis nec potuit, nec potest, neque etiam est divisibilis aut separabilis a jurisdictione Episcopi Munkacsiensis, neque S. Sedis Apostolicae aut Suae SS.mae Majestatis Caesareo Regiae mens unquam fuerit per erectionem Episcopatus Fogarasiensis Comitatum Marmorosiensem a Dioecesi Agriensi ac per consequens a jurisdictione Episcoporum Munkacsiensium rescindere et Episcopatui Fogarasiensi aplicare. Unde sic arguo: Episcopi Nationis Valachicae in Transylvania residentes, ac taliter pro nunc Fogarasiensis nullam unquam jurisdictionem spiritualem in aliqua parte Dioecesis Agriensis exercuerunt; sed Commitatus Marmorosiensis ab immemorabili et a primo instituto Dioecesi Agriensi incorporatus est, quod si necessum fuerit, autentico Instrumento Venerabilis Capituli Agriensis coram Eminentia Vestra producam; imo de praesenti et hodie in Comitatu Marmorosiensi Excellentissimus ac R.ndissimus Episcopus Agriensis jura spiritualia dictat, Parochique Ritus Latini, in eodem Comitatu degentes, non nisi ab eodem spiritualem jurisdictionem et (f. 381) investituram accipiunt. Archidiaconatus vero antefati Comitatus pro parte Latini Ritus R.ndissimus Dominus Joannes Pöspeki, V. Capituli Agriensis Canonicus, munia obit.

Unde luculenter deducitur: quod sicut in alijs partibus, et Comitatibus Dioecesis Agriensis Clerus et populus nationis Graeci Ritus commorans meae spirituali jurisdictioni vigore Bullae subest, ita Clerus et populus Graeci Ritus Marmoriensis subesse dignoscitur; siquidem, ut praemissum est, Comitatus Marmorosiensis sit in Dioecesi Agriensi. Non capio igitur quomodo piae memoriae Pataki, moderni antecessor, via facti me turbare in mea jurisdictione potuerit? aut modernus Dominus Episcopus Fogarasien. id ipsum a me praetendere possit; sed et hoc quod sub 3tio puncto Dominus Ill.mus Fogarasiensis alegat, quasi vero in Comitatu Marmorosiensi nulli Rutheni comorarentur (non subsistit). Siquidem comitatus saepefatus fere ex meris Ruthenis constaret, paucis Valachis in districtu superiori Marmorosiensi intermixtis. Unde nec hoc tam exiguo titulo jurisdictio Marmorosiensis praetendi potest ab Ill.mo Fogarasiensi et sicut Dominus Fogarasiensis sua sub jurisdictione in eodem tertio puncto recognoscit permixtos esse Ruthenos in Transylvania, quis etiam denegabit meae jurisdictioni permixtos posse esse nonnullos Valachos, nihil enim inconveniens inde sequitur, siquidem eundem, tam Rutheni quam Valachi profiteantur Ritum.

Ad ultimum: quod si Maramoros a jurisdictione mea aveleretur, sequeretur, quod in partibus aquisitis nullam haberem jurisdictionem, quam tamen vigore Bullae habeo; Munkacsinum enim et reliqui Comitatus immediati non vocantur partes. Potest subinde Dominus Fogarasiensis pace mea suam jurisdictionem, qua late patet in Valachiam Caesaream, armis victricibus

recuperata, extendere, ubi eidem amplissimus campus zelandi Deique promovendi gloriam patet. De caetero, si ita placuerit Eminentiae Vestrae mecum ex post mandare, ut haec uberius deducerem ac continuatam jurisdictionem antecessorum meorum remonstrarem, ad hoc exequendum paratus sum; haec vero praemissa dum Eminentiae Vestrae pro informatione humillime submitto, obnixe et devote expeto, quatenus Eminentia Vestra jura mea spiritualia meque cum ijsdem indemnem conservare dignaretur taliter, ubi me et clerum meum benignissimae protectioni, et favoribus paternis demisse commendarem persevero.

Ejusdem Eminentiae Vestra humillimus Capellanus

G. Gennadius Bizanczy, Episcopus Sebast. et Munkacs et Maramoros Vicarius Apostolicus per partes (mpria).

In Residentia Episcopali Munkacs, die 23 Maij, Anno 1731.

129.

Pinsk, 23. V. 1731.

Episcopus Pinscensis G. Bulhak conqueritur de accusationibus Procuratoris in Urbe se retenuisse partem spolii post obitum Episcopi Lebeckyj.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 5, fol. 383rv.

Ill.mo, Exc.mo e Rev.mo Monsignor Protettor mio Singolarissimo.

Ringrazio con ogn'umiltà al Cielo, che non manca mai il tempo, in cui non me la arrivi qualche nuova occorrenza, per inquietarmela, e come credo che tutte le difficoltà, che passarano ed ancor passano, sono dal Signore, così spero, che con'ajuto del medesimo Signore, e tutta la mia pacienza, si vinceranno! Chi mai credesse, che il P. Procuratore generale dell'Ordine à Roma, dovesse fare questo passo contro di me, mentre lui stesso, prima della socceduta mia Consecrazione per il Vescovo, sapeva bene delle pretensioni dell'Ordine, acciò ch'io facessi il conto stretto avanti gli Commissarj, di tutti gli derelitti doppo la morte del p.f. Monsignore Lebiecki,[168] e pure adesso vuogle ch'io pagi a lui quello, ciò che fu promesso dal Monsignor p.f. Lebiecki. Non mi voglio spiegare troppo in codesta pretentione del P. Procuratore nostro, per non incommodar V.E., Protettor mio Singolarissimo, li mando solamente

---

[168] Cornelius Stolpovyckyj-Lebeckyj, Protoarchimandrita electus in Capitulo Byteniensi (1726); anno 1729 electus fuit et consecratus episcopus Volodimiriensis; sed 42 die post suam consecrationem episcopalem, obiit (22.I.1730). Cfr. Wojnar M., OSBM, *De Protoarchimandrita Basilianorum,* 280-281. – De spolio C. Lebeckyj cfr. *Litterae Basilianorum,* II, 3-7, nr. 209.

l'estratto degli conti che ho fatto avanti gli Commissarj, destinati dal Monsignor Metropolitano a Suprasl, secondo il comando di V.E. e la quietazione ch'ho ottenuto tanto dalla Religione, quanto dagl'altri appartenenti a i derelitti di Monsignor Lebiecki, e da questo giudicarà V.E. quanto ingiustissimamente ardisce d'inquietarmela il Padre Procuratore, mentre dunque non ho preso niente per parte mia dei derelitti, e tanto più del denaro, il quale nel tutto non fu trovato altro, che 300 fiorini Polachi, non son'ancora obligato a pagar le promesse. Poi alla fine, compatisca V.E., Protettor mio Singolarissimo, dell'ardire, che prendo facendo la reflessione, sopra le pretensioni del Padre Procuratore; chi mai ha visto, che quello, cioè che si promette ad uno, pure per grazia ed il favore, si debba poi restituire per il debito? è vero che Monsignor Lebiecki gl'ha promesso 30 ungari di mandare a Roma, ma non gl'ha mandato subito, perch'aveva l'altre spese. Si come dunque il Promettente è morto, senza aver lasciato qualche denaro, per adimpir le promesse, così ancor sono morte le promesse, perche sono fatte pure per il favore; questa informazione delle pretensioni del Padre Procuratore, ed io intanto bacciando le mani del mio Protettor singolarissimo, finche campo, per sempre resto con ogn'ossequio

Di V.E. Protettor Singolarissimo umilissimo Servidore

G. Bulhak, Vescovo di Pinsk (mp).

Die 23 Maj 1731, Pinsk.

(f. 383v) Voleva io mandare a V.E. l'estratto delle quietationi, ottenute da me nel tempo della Commissione fatta à Suprasl, ma per maggior pace, e la fede mando tutto nell'originale, supplicando umilissimamente à V.E. che le codeste quietazioni, doppo che vederà V.E., si rimandino a me, perche mi serviranno e per doppo, sicome servono adesso, e veda V.E. quanto le spese fatte da Monsignor Lebiecki p.f. soperano li proventi, onde giudichi V.E. chi ha da pagare le promesse, mi meraviglio sommamente del Padre Procuratore, che in queste sue pretensioni volse incommodare l'autorità della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.

130.

Mohilovia, 13/24. VII. 1732.

Episcopus Mohiloviensis J. Volčanskyj eligitur a Clero et populo in episcopum non unitum.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 674, fol. 281-282.
MUH, vol. VI, pag. 36-8, nr. 31.

Anno Domini 1732 die 11 mensis Julii styli veteris. Praevia invocatione S. Spiritus, ad tenorem universalium a R.mo in Christo Patre Gedeone Szyszki,

generali Vicario exdivisionis episcopatus Albae Russiae, superiore monasterii Arinensis ss. Apostolorum Petri et Pauli, Przylucensi, Sielecensi Praeposito, anno currente 1732do die 13 mensis Maii styli veteris, ad omnes venerabiles confraternitates et varios protopresbyteratus, ad Albam Russiam spectantes, extraditum.

Nos fideles utriusque status spiritualis et saecularis, congregati ad publicum locum, nempe ecclesiam cathedralem Mohyloviensem Transfigurationis Domini, pro electione novi pastoris dioecesis Albae Russiae nominati, ante omnia fundamus iurisdictionem in hoc congressu electorali per nominationem directorum. Omnes igitur unanimi voce benevole eligimus in Directorem ex statu spirituali R.mum Patrem Antonium Tumilo, Praepositum monasterii Tupiczewscensis Mscislaviensis Ritus Graeci, in Notarium ex eodem statu spirituali R.dum in Christo Patrem Barnabam Gilewski, praedicatorem Confraternitatis Stawropigianae Mohyloviensis; ex statu vero saeculari in Directorem Nobilem Ioannem Korobanka, proconsulem Mohiloviensem, in Notarium ex eodem statu Nobilem Mironem Andziorowicz, consulem et regentem cancellariae civitatensis Mohyloviensis. Et hoc nostrum electorale consilium seu sessionem ad diem crastinam limitamus. Die 12ma mensis et anni supradicti, perlectis literis a confraternitatibus et monasteriis, peculiariter Vilnensi, Slucensi et aliis ad R.mum Patrem Szyszki, generalem Vicarium episcopatus Albae Russiae scriptis, in quibus nobis impraesentiarum congregatis dant et concedunt plenam facultatem et potestatem (fol. 281v) eligendi novum pastorem nominatum, denuo hunc actum electionis ad diem crastinam pro hora nona matutina limitamus.

Anno eodem 1732 die 13 mensis Julii, inspirante Spiritu Sancto, post electo liberis votis die 11ma currentis directores, antequam unum ex pluribus virum secundum cor Dei Superi nobis provideant, utriusque status congregati quatuor eligimus candidatos: primum Venerabilem Iosephum Wolczanski, 2um Venerabilem Ambrosium Juszkiewicz, Superiorem Vilnensem, 3ium Venerabilem Gedeonem Szyszki, generalem Vicarium episcopatus Albae Russiae, 4um Venerabilem Michaëlem Fursa Wąsiacki, Protopresbyterum Mscislaviensem, in quos omnes unanimiter consentimus. Deinde effectum huius negotii prosequendo, habentes prae oculis constitutiones comitiales, in volumine legum notatas, concordibus suffragiis in nominatum episcopum Albae Russiae eligimus et designamus R.mum in Christo Iosephum Wolczanski.[169] Cui liberae et concordi nostrae electioni sigillum ecclesiae cathedralis SS.mi Salvatoris ac manus nostras proprias apponimus. Actum in civitate

---

[169] Joseph Volčanskyj (Wolczanski), episcopus Mohiloviensis non unitus (1732-1745), dein metropolita Moscoviensis.

Sacrae Regiae Maiestatis Mohyloviensi, in cathedra episcopatus Albae Russiae, anno, die, mense quibus supra. L. ✠ S.

Gedeon Szyszki, Vicarius episcopatus Albae Russiae, m. pr.

Theophanus Tumilo Denisowicz, Praepositus monasterii Tupiczewscensis, director huius electionis, m. pr.

Theophanus Kobelnicki m. pr.

Gedeon Markiewicz m. pr.

Ioseph Bialeko m. pr.

Ieremias Pawlowicz m. pr.

Iosaphat Ledwyewicz, Vicarius cathedrae Mscislaviensis, m. pr.

Ioannes Korobanka, Proconsul Mohyloviensis, director, m. pr.

Theodorus Karanowicz, advocatus m. pr.

Philemon Dziegcierowicz, advocatus m. pr.

Georgius Leoszkiewicz m. pr.

Iacobus Kuciewicz m. pr.

Ioannes Kozlowski m. pr.

Romanus Morka, Proconsul m. pr.

Leo Huck, Proconsul m. pr.

Michael Kasienka, Hajon Bisewicz, proconsules m. pr.

(f. 282) Tymotheus Kazarewicz, Consul m. pr.

Stephanus Korobanka, Consul.

Theophilus Krzysztofowicz, Vicarius cathedrae Mohiloviensis.

Barnaba Gilewski, concionator m. pr.

Stephanus Dezukiewicz, m. pr.

Basilius Gaslawski, Protopresbyter cum omnibus vicariis oeconomiae regiae, m. pr.

Lucas Jekobowicz, Protopresbyter Dabroviensis cum omnibus capellanis, m. pr.

Basilius Kossobucki, m. pr.

Michael Kolaban, Consul Mohiloviensis, m. pr.

Petrus Bogdanowicz, Consul, m. pr.

Theophilus Hrehorowicz, m. pr.

Theodorus Tolscikiewicz, m. pr.

Cirillus Zastlowicz, m. pr.

Michael Fursa Wąsiacki, Protopresbyter.

Theodorus Baratynski, Protopresbyter Mohyloviensis cum toto capitulo et Patribus ecclesiae Mohiloviensis, quorum sunt 10, m. pr.

Ioannes Halinski, Instigator episcopatus Albae Russiae, m. pr.

Ioannes Basolowicz, Capitaneus confraternitatis Szklowensis, m. pr.

Theodorus Koralkiewicz, Capitaneus ecclesiae Mohyloviensis, m. pr.

(f. 282v) Ruteni. 26 Januarii 1733, nr. 14.

131.

Zara, 15. VIII. 1732.

Episcopus Iadrensis, V. Zmaievič, Cardinalibus de Prop. Fide de ruditate populi Illyrici et defectu Cleri proponit quoddam remedium cum introductione linguae ruthenae et librorum ad sublevandam Ecclesiam.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 673, fol. 476rv.

Emin.mi, e Rev.mi Signori, Signori Padroni Col.mi.

L'erezione del Seminario per il Clero Illirico è il maggior impegno del mio sacro ministero per apianare le difficoltà, e per facilitare il profitto della gioventù ecclesiastica. Posso ben instruirla nelle cognizioni tutte, relative all'esigenze dell'Officio Parochiale, per controporla all'insidiosi attentati delli Scismatici, et Eretici Serviani, ma sarà sempre ignorante e nel Missale, e nel Breviario, perchè non intende quel linguaggio Ruteno, più differente dall'Illirico, di quale è il Latino dall'Italiano. Per non fallare nelli primi rudimenti, giachè mi si rende impossibile trovar un soggetto capace d'ambidue le lingue, sono divenuto nel dispendioso esperimento di spedire una Persona dotta nella Russia, perchè possedendo essa perfettamente la lingua Illirica, aquisti collo studio regolato la cognizione perfetta della Rutena, per farsi poi maestro della medesima al Clero Illirico, perche venghi à intendere ciò, che legge e nel Missale, e nel Breviario. La Persona da me eletta è il sacerdote D. Matteo Caraman,[170] Spalatino, huomo dotto, prudente, et esemplare Ecclesiastico. Ma perch'egli nella Russia per quel tempo, ch'in essa soggiornarà, è capace di fare del bene per la salute dell'anime, io supplico VV.EE. qualificarlo col nome, e colle facoltà di Missionario Apostolico senz'alcun dispendio (f. 476v) della S. Congregazione. La pratica, ch'io ho dell'ottimo sacerdote, mi fà sperare, che con quel carattere sia per riuscire molto utile nell'occasioni alli vantaggi della nostra santa Fede. Con questo solo motivo io imploro la grazia da VV.EE., e con profonda venerazione m'humilio

Di VV.EE. umil.mo, divot.mo et oblig.mo Servitore

V., Arcivescovo di Zara.

Zara, 15 Agosto 1732.

---

[170] Matthaeus Karaman, postea Archiepiscopus Iadrensis (1745-1771); de sua missione in Russia (1732-37) necnon de eius relationibus, cfr. Japundžič M., T.O.R., *Matteo Karaman – Arcivescovo di Zara*, Romae 1961.

132.

Roma, 5. XII. 1732.

Cardinalis Davia instat in favorem cuiusdam Alumni rutheni.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 5, fol. 493rv.

Di Casa, 5.Xmbre 1732.

Si dà l'onore il Cardinal Davia di rimettere alle riverite mani del Signor Cardinal Petra la Licenza ordinatagli e si prende nel medesimo tempo l'ardire di supplicare l'E.S. delle autorevoli sue grazie per quel Monaco Ruteno, che da confini della Tartaria è stato spedito a prendere nel Collegio di Propaganda i documenti opportuni per mantenere quell'Unione tante volte interrotta, e che ora per grazia del Signore è fatta universale a tutta la Nazione, che abita la Polonia, e la Lituania. Venendogli sopposto, che non prima dell'anno nuovo terrassi la Congregazione (f. 493v) Particolare degl'Eminentissimi Signori Visitatori, esibisce per codesto Ruteno, che sarà l'unico di tal numerosa Nazione in Collegio, di sodisfare a gl'alimenti, come à inteso pratticarsi da altri Signori Cardinali, che promuovono il Bene delle Genti, o unite alla S. Sede Apostolica, o pericolanti per ritrovarsi fra nemici di quella. Ed a S.E. bacia humilissimamente le mani, etc.

133.

Hungaria, 7. III. 1735.

Informatio Primatis Hungariae Nuntio Viennensi de Sac. Simeone Olšavskyj.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 682, fol. 48rv.

Copia di lettera di Monsignor Primate di Ungheria a Monsignor Nunzio, in data dei 7 Marzo 1735.

Sacra dignitas Vestra.

Quantum mihi de sacerdote Simeone Olsaveczki[171] notum est, humilis servio: Vir hic ingenio et genio non mediocris, promovit ingenium prae primis in Universitate nostra Tyrnaviensi, usque ad gradum Doctoratus in Sacris Literis; genium autem excoluit sub disciplina Seminarij pariter nostri S. Adalberti. Juvenis taliter litera, ac spiritu non leviter excultus, acceptus est lateri defuncti olim episcopi Ritus Graeci, Domini Bizanczy, apud quem Ritu quoque Graeco apprime instructus, factus est postremo Vicarius Generalis,

---

[171] Simeon Olšavskyj (Olszawski), episcopus Mukačoviensis (1735-1737); cfr. Breve nominationis et provisionis, *Documenta Pontificum Romanorum*, II, 70-72, nnr. 688-690.

ob cujus Episcopi sui diutinam (f. 48v) aegritudinem plus quam vicarialiter, neque minus laudabiliter totam Dioecesim rexerat, communis uno verbo est opinio. Virum istum caeteris hujatibus ob intelligentiam, et probitatem suam sic eminere, ut nulli felicius, quam sibi Sacrae Unionis promotio speretur successura. Emorior...

Sacrae Dignitatis Vestrae, etc. etc. ...

134.

Uniovia, 26. V. 1735.

Metrop. A. Szeptyckyj Congr.ni de Prop. Fide: De obitu Praefecti Collegii Leopoliensis – P. Iosephi Redanaschi. Pro hoc munere fratrem eius Caesarem vel Patrem Georgium Lascaris commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 683, fol. 153rv.
MUH, vol. VI, pag. 54-55, nr. 41.

Em.mi ac R.mi S. Romanae Ecclesiae Principes Cardinales, Domini et patroni colendissimi.

Improvisa Admodum R. di Patris Iosephi Redanaschi,[172] collegii pontificii Leopoliensis missionum apostolicarum praefecti, viri in omni virtutum genere meritissimi, fata quanto sensibilius amica sauciarunt pectora, tanto promptius huiusce vulneris medelam in gratioso Eminentiarum Vestrarum sinu quaerere cogunt. Diminuet igitur iustiorem hunc dolorem protectrix Eminentiarum Vestrarum gratia, dum per alium tanto muneri non imparem virum irrecuperabile licet compensare non dedignabitur damnum. Quamobrem ex stallo meo Eminentiis Vestris supplicare non praetermitto, (f. 153v) ut unum ex Admodum R.dis Patribus, Caesarem scilicet Redanaschi, missionum apostolicarum in Urbe procuratorem, charissimum in Domino defuncti fratrem, vel Georgium Lascaris, actualem in eodem collegio s. theologiae lectorem, utpote utrumque omni exceptione maiorem, ad praefatum onus assumere non dedignentur. Quod uti circa faventem Eminentiarum Vestrarum dispositionem subsequuturum spero, ita meas hac in re geminando expostulationes, circa osculum sacrae Eminentiarum Vestrarum purpurae profiteri non desisto, quod sim

E.marum et R.marum Dominationum Vestrarum humillimus servus et exorator indefessus

Athanasius Szeptycki, archiepiscopus metropolitanus Russiae. (m. pr.)

Unioviae, die 26 maii 1735 anno.

---

[172] P. Joseph Redanaschi, Praefectus Seminarii Leopoliensis Ucrainorum et Armenorum (1723-1735). Ei successit Iacobus Costa (1735-38).

135.

Roma, 18. VII. 1735.

Litterae dimissoriales pro Petro Koss, Alumno, ad Ordines promovendo, a Cardinali Vin. Petra, Praefecto de Prop. Fide datae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 106.

Vincentius tit. S. Honuphrii S.R.E. Presbyter Cardinalis Petra, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefectus.

Cum ex fide, et documentis, nec non relatione Virorum fide dignorum appareat, quod dilectus filius Petrus Koss,[173] Ritus Graeci, Ven. Collegii Urbani de Propaganda Fide Alumnus, et recte ad quatuor Minores Ordines promotus fuerit, nec ullo vitio, crimine, defectu, aut simili Canonico impedimento detentus, ex fide etiam Rectoris ejusdem Collegii nobis exhibita constet, ipsum pie, modesteque in eodem Collegio per plures annos convixisse, et continuam Christianae disciplinae, ac literarum studiis operam navasse; ideoque ad Sacr. Subdiaconatus, Diaconatus, et Presbyteratus Ordines idoneum esse repertum, Sacra Congregatio de Propaganda Fide, habita die 18 Julij 1735, petitioni sibi instanter factae, ut ad praefatos Ordines promoveri possit benigne annuendum censuit, ac proinde utendo facultatibus a Summis Pontificibus sibi concessis licentiam fuit elargita, et per praesentes elargitur, ut per quemcumque Catholicum Antistitem eiusdem Graeci Ritus, cum hac S. Sede Apostolica communionem habentem, in propria, vel etiam in aliena dioecesi, de licentia tamen Ordinarij loci Pontificalia exercentem, ad praedictos Sacr. Subdiaconatus, Diaconatus, et Praesbyteratus Ordines ad titulum Missionis, etiam extra tempora, et non servatis interstitiis, a Sacro Tridentino Concilio designatis, promoveri valeat, dummodo tamen praevio legitimo examine ad id habilis inveniatur.

Datum ex Aedibus dictae Sacrae Congregationis, die, et anno, quibus supra.

V. Card. Petra, Praefectus

Ph. Monti, Secretarius

136.

Roma, 30. VII. 1735.

Cardin. Praefectus Congr. de Prop. Fide Petro Koss, transmittendo litteras dimissoriales ad Ordines sacros, amplissimam dat instructionem de suo modo agendi, assignat subsidium et promittit protectionem.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 105rv.

---

[173] Petrus Koss, ucrainus ex dioecesi Černihoviensi, alumnus Collegii Urbani (1728-1731); missionarius variis in locis; cfr. brevem eius autobiographiam in: WELYKYJ A., *Supplicationes Ecclesiae Unitae*, III, pp. 148-151.

Signor Pietro Koss (Jassi). Molt'Illustre Signore.

Bene V.S. sà, se io sempre, fin da che ella venne in Roma, ho procurato di assisterle per la sua educazione, e nelle opposizioni fattele. Onde può rendersi appieno persuasa, che ho continuato a far lo stesso anche nella sua assenza, il che farò altresi per l'avvenire, se pure ella colle sue operazioni continuerà a farmi onore. Già s'inviò à lei un soccorso da questa S. Congregazione, che avrà à quest'ora ricevuto; nè si meravigli, se non ha avuto risposta puntuale alle sue lettere, perchè giungono qui tardi, e devono riferirsi nella S. Congregazione pienamente, come ben sà. Essendosi poi nell'ultima Congregazione discorso delle sue lettere, come pure delle altre del P. Redanaschi, che passò all'altra vita, e di Monsignor Nunzio, e considerata la difficoltà di aver potuto ella continuare in Polonia nelle presenti contingenze; non si è stimato, che V.S. si porti in Roma, per non esservi nicchia da esercitare il suo talento, quale è destinato servirsene per le missioni di lontani Paesi. Circa la sua Ordinazione si è giudicato, che siegua nel Rito proprio, e non già nel Latino, perchè a tal Rito fu indirizzato il pensiero della S. Congregazione, si nella sua educazione qui, come nel dispendio per la sua dimora nel Collegio di Polonia, se le invia adesso un'altro sussidio per suo mantenimento con qualche maggior larghezza di quel, che si pratica rispetto à (f. 105v) Missionari, e si è parlato da me al P. Procurator Generale Minori Conventuali, acciò scriva a cotesti Missionarj della sua Religione, che convenghino con lei, e l'assistino nel tempo, che dimorerà in coteste Parti. Dopo poi che saranno sedati gl'incidenti di Polonia coll'uscita delle Milizie estere, ella dovrà tornare colà, acciò Monsignor Nunzio là possa collocare in qualche nicchia, nella quale possa essercitare il suo talento, come ha fatto per il passato; aggiungendo, che nel caso, che non si ritrovasse in coteste Parti Vescovo Ruteno da poterla ordinare nel suo Rito, V.S. l'avvisi à me, perchè si procurerà Dispensa da Nostro Signore, di potersi far ordinare da qualsivoglia Vescovo Cattolico di Rito Latino, purchè ella resti ordinata nel Rito Greco. Io dunque con questa particolar mia lettera, oltre i dispacci, che avrà di questa S. Congregazione ho voluto farle noto il tutto, per farle conoscere la memoria, che conservo della sua Persona, non dubitando, ch'ella userà ogn'atto di gratitudine verso detta S. Congregazione e verso di me colli suoi atti virtuosi. Intanto se le continueranno in appresso puntualmente, quanto permette la sua lontananza, i detti soccorsi per suo mantenimento, e le auguro per fine da Dio Nostro Signore ogni vero bene.

Roma, 30 Luglio 1735.

Al piacere di V.S.

V. Cardinale Petra

137.

Posonia, 17. IX. 1736.

Episcopus Agriensis, G. Erdödy, certiorat se non posse quodam Clerico Moscoviensi succurrere.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 6, fol. 188rv.

Illustrissime, et Reverendissime Domine, Nuncie Apostolice, Domine Colendissime, Observandissime!

Vienna ad me datas honoratissimas Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationis Vestrae epistolas ea, qua par est, reverentia accepi, recommendatum mihi Moscovitam Sacerdotem Unitum, tum ex charitate erga proximum, tum intuitu Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationis Vestrae libentissime accomodarem, et aliquo Beneficio providerem; verum in tota Dioecesi mea inter Latinos eundem accomodandi occasionem nullam prorsus habeo; inter Graeci Ritus vero Unitos dantur quidem nonnullae meliores Parochiae, quas Ritus illius Episcopus Dominus Olszavszki, Munkaczini Residentiam suam habens, privative, dum vacant, confert pro suo beneplacito. Unde eidem Graeci Ritus Domino Episcopo scribam, et memoratum Moscovitam, quam efficacissime possum, recommendabo, ac dum ejusdem Responsum accepero, absque omni mora Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationi Vestrae illud (f. 188v) communicare non intermittam. Caeterum solatio mihi erit si in hoc, et quibusvis alijs occurrentijs nutui Illustrissimae et Reverendissimae Dominationis Vestrae obtemperare, et in aliquo complacere potero; prouti enim summe veneror et amo aestimatissimam Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationis Vestrae Personam, ita pari candore, ac fideli corde, et animo sum

Illustrissimae, et Reverendissimae Dominationis Vestrae humillimus, obse.qmus et oblig.mus

Gabriel Antonius Erdödy, Episc. Agrien.

Posonij, die 17 Sept. 1736.

138.

Varsavia, 21. X. 1738.

Episcopus Chelmensis latinus, J. Szembek, quemdam Basilianum commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 6, fol. 238.

Illustrissime, Excellentissime et Reverendissime Domine, Patrone Colendissime.

Visitaturus limina Apostolorum Religiosus et Admodum R.ndus Pater

Innocentius Piechovicz, Ordinis Divi Basilij Magni, Archimandrita Mielecensis, petijt me quatenus ipsum Vestrae Illustrissimae Dominationis protectioni et benevolentiae recommendem; quod dum praesenti pagina facio, maneo profundissimo cultu

Illustrissimae, Excellentissimae et Rev.dmae Dominationis Vestrae humillimus et obsequentissimus Servus

Josephus Szembek, Episc. Chelmensis.

Datt. Varsaviae, die 21.8bris, 1738 Anno.

139.

Roma, 14. III. 1739.

Episcopus Luceoriensis Th. Rudnyckyj dat quodam testimonium de pulsu campanarum in Hebdomada Sancta.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1728, vol. 74, fol. 202, 203-4.

Casa, 23 Xmbre 1739.

Al Ill.mo e Rev.mo Signore e Padrone Col.mo il Signor D. Canonico Carlo Uslinghi umilia li suoi ossequij il P. Procuratore de Basiliani Ruteni, e le presenta alcuni documenti spettanti alla Causa del Monsignor Metropolitano e si rassegnia con tutto l'ossequio.

(f. 204) Theodosius Lubienicki Rudnicki, Dei et Sanctae Sedis Apostolicae gratia Exarcha Metropoliae totius Russiae; Luceoriensis et Ostrogiensis Episcopus, Abbas Canioviensis.

Tenore praesentium fidem facio et attestor, per totum tempus, quo Luceoriensi et Ostrogiensi Ecclesiis praesum, nunquam practicatum fuisse, quod in die Parasceves Hebdomadae Majoris secundum Ritum Latinum incidentem in Ecclesijs Ritus Nostri, ad meam Dioecesim spectantibus, a solito campanarum pulsu abstineretur; quinimo, secundum Praxim antiquissimam semper in praefata die Parasceves praedictus pulsus Campanarum exercebatur, et ad praesens exercetur. In quorum fidem, etc. etc.

Datum ad Cathedram meam Luceoriensem Ritus Graeci Uniti, 1739, die 14 Martii.

T.L. Rudnicki, Episcopus Luc. et Ost. (mpr).

140.

Bialopole, 24. III. 1739.

Episcopus Chelmensis Ph. Wolodkovycz simile dat testimonium.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1728, vol. 74, fol. 205.

Universis et singulis quorum interest lecturis et visuris, fidem inscriptus facio, quatenus in tota Dioecesi mea Chelmensi et Belsensi, in omnibus civitatibus, atque villis inviolabiliter antiquus mos sonandi Campanarum, in magna Hebdomada Romanorum observatur, neque ullo Ritus noster Graecus impedimento in sua consuetudine antiquissima praepediebatur, aut praepeditur. Quod testimonium sub fide, honore, et conscientia manu mea propria penes solitum sigillum subscribo.

Datum in Bialypol, die 24 Mensis Martij, 1739 anno.

Felicianus Wolodkowicz, Episcopus Chelmensis et Belz. (mp).

141.

(Roma, 14. VIII. 1643).

Secretarius Cong. de Prop. Fide confirmat rescripta congregationis particularis de anno 1643, ubi de pulsu campanarum Ruthenorum agebatur.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Particolari*, a. 1728, vol. 74, fol. 207.

In Congregatione Particulari super Rebus Ruthenorum Unitorum, habita die 14 Augusti 1643, decretum fuit, ut infra, omissis alijs.

Ad tertiam partem dixit: monendos esse Ruthenos Unitos, voce et non scripto, ut Campanas in majori Hebdomada non sonent, antequam ecclesia Cathedralis latina suas sonare faciat.

Et in sequenti Congregatione Particulari, habita super ejisdem rebus die 28 ejusdem Mensis, decretum fuit, ut sequitur:

Relata instantia praefati Episcopi Chelmensis, ut Decretum in praecedenti Congregatione editum circa sonum Campanarum in Hebdomada majori abrogaretur, ne Rutheni Uniti, eorumque Ritus perturbentur, Congregatio petitioni Oratoris annuit.

Ita reperitur in Libro Actorum Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, de anno 1643, existente in Archivio ejusdem Sacrae Congregationis.

Philippus di Montibus, Secretarius

(L.S.) – Dominicus Baiardi, Archivista.

142.

Leopoli, 3. VI. 1739.

Archiepiscopus Leopoliensis Armenorum testimonium perhibet de « non usu » campanarum in Hebdomada Sancta.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 377.

Ruteni, 3 Giugno 1739.

Ego infrascriptus attestor facioque indubitatam fidem, quod a tempore memoriae meae in antecessum nunquam practicatum fuit, quod tempore Hebdomadae Sanctae pulsarentur campanae in ecclesijs diversi Ritus, intra menia Civitatis hujus erectis; esto Pascha veteris styli incideret distincto tempore a Paschate novi Calendarij; et in meis ecclesijs, licet si sint diversi Ritus, nunquam pulsantur campanae quando in Hebdomada Sancta silent Latini. In quorum fidem praesentem attestationem, propria manu subscriptam, ac sigillo communitam, dedi.

Leopoli, hac die 3tia Junij, Anno D. 1739.

A., Archiepiscopus Leop. Armenorum.

143.

Leopoli, 3. VI. 1739.

Archiepiscopus Leopoliensis conqueritur de « abusu » Ruthenorum in pulsu campanarum in Hebdomada Sancta necnon de usu collaris albi ex parte Cleri rutheni.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 6, fol. 374-375.
MUH, vol. VI, 89-90, nr. 75.

Sanctissime ac Beatissime Pater.

Post osculum Pedum Sanctitatis Vestrae, Archiepiscopus Metropolitanus Leopoliensis cum suo Capitulo Cathedrali humillime exponit, novum inconveniens in Archidioecesim suam irrepsisse (f. 374v) ex eo, quod Reverendissimus Metropolita Ritus Graeci Poloniae, in Parasceve et Sabatho sancto, a Ritu nostro Latino hic praeeminente et regnante, diverso a Graecis tempore celebrato, ad scandalum et periculum motus publici, contra consuetudinem non interruptam, et etiam a Ritu Armeno hic Leopoli observatam; ubi omnes ecclesiae eo tempore silere consueverunt, ipse ex praeconceptae aemulationis odio, ac si in Unionis contemptum in ecclesijs suis Rutenicis, quae hic pauciores exstant, pulsus campanarum frequentatos demandare, et exequi praesumpsit.

Insuper ad vestitum Cleri Ritus Graeci, qui multiformis, incultissimus, ac vix a plebe diversus est, hos Praesbyteros Graecos, uxoratos et rudes, magis indecenti glebae culturae, quam morum honestati deditos, ipsis nunquam usitata Collaria alba (quod est in Clero Latino caelibatus distinctivum insigne) renuentes compellit assumere. Quare loci Ordinarius cum Capitulo ac integro Provinciali Clero Leopoliensi, cum profundissimo cultu Sanctitati Vestrae supplicat, ut hunc abusum tam pulsus campanarum sub tempus Hebdomadae

Sanctae Parasceves et Sabathi, atque inusitata Collaria Praesbyteris Ritus Graeci, ad retinendam differentiam vestitus Cleri Latini Ritus, interdicere et prohibere dignetur. Non enim ad unionem illorum refert, quominus consuetudines antiquas uti rationabiles, tam in supra fata non usurpatione pulsus, quam Collarium; cum praeter id, habitus eorum dummodo honestus sit, statui eorum competens foret, observent. (f. 375) Quod in sinum Patris Sanctissimi deponendo, ut Universalis Ecclesia militans ex conservata Sanctitati Vestrae incolumitate indefessa circa gloriosissimum Regimen in suis et nostrum communibus triumphet votis, praecando ad Aras manemus

Sanctitatis Vestrae, Domini, Domini nostri Clementissimi Scabella pedum et Exoratores

Nicolaus Wyżycki, Archiepiscopus Leopol. (mpr).

Martinus Joannes Losowski, Decanus et Praesidens Capituli Leopoliensis (mpr).

Andreas Piasecki, Cancellarius Capituli Leopoliensis (mpr).

Datum Leopoli, sub tempus Capituli Generalis

SS.mae Trinitatis, die 3tia Iunij, Anno 1739.

144.

Luceoria, 28. IV. 1739.

Episcopus Luceoriensis Th. Rudnyckyj de quadam querela ex parte cuiusdam Religiosi de damnis sibi illatis, et modum agendi Religiosi denuntiat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 395-396.

Ill.me et Rev.me Domine, Domine Patrone Col.me.

Dum ex litteris Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae (quas a Rev.mo Patre Praefecto Collegij Pontificij Leopolien. hac Posta mihi transmissas omni cum observantia recepi) informor recursum factum fuisse pro parte Religiosi Patris Wysoczanski, Ord. D. Basilij M., acsi pro incarceratione illius in monasterio Poczajowiensi alijsque injurijs sibi illatis mirari satis non possum adeo sinistram delationem pervenisse ad aures Sacrae Congregationis de Propaganda Fide; pro obligatione ergo mea, satisfaciendo mandatis Ill.mae et Rev.mae Domi.nis Vestrae, defero dictum Religiosum Wysoczanski rexisse per aliquot annos Monasterium dictum Confraternitatis Luceoriens. tituli Sacrae Crucis in quo suo Regimine quia multum injurius fuit dicto Monasterio, translatus est per litteras obedientiales a me, juxta consuetudinem omnium Religiosorum, ad aliud Monasterium nuncupatum Bialostocense, cum omni sua supellectili religiosa, relictis Monasterio Luceoriensi

quinque aureis proprijs illius (f. 395v) loci, nullam vero mancipationem vel spoliationem passus est. Nescio ergo sane quomodo haec non vera delator allegare potuerit, solam ego in his malitiam nonnullorum Religiosorum adverto, qui ut jugum Professionis excutiant, mille calumnias contra Superiores suos fingunt, ut praetextu Recursus faciendi vel ad Sacram Congregationem vel ad Sac. Tribunal Nuntiaturae Apostolicae, libere possint evagari, Claustra deserere; prout modo recenter fecit Religiosus Pater Malski, praeteritus Vicarius Leopolien., qui, non veritus poenas expressas Synodi nostrae Zamoscianae, tit. XI. de monasterijs et statu Monachorum, parag. ultimo, efformatis sibi nonnullis injustissimis praetensionibus, praetextu quasi accedendi ad Superiores, clandestine, sine scitu superioris, nescitur quo, ex Monasterio Poczajoviensi migravit; quare si contigerit quod iste profugus Religiosus compareat Varsaviae, humiliter exoro Ill.mam et Rev.mam Dominationem Vestram, quatenus hanc temeritatem istius Religiosi pro innata sibi justitia punire et ad septa sui monasterij redire demandet. In reliquo dum me (f. 396) gratiae et favoribus Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae recomendo, profiteor quod sim peculiari studio

Ill.mae et Rev.mae Dominationis Vestrae Servus obsequentissimus
T.L. Rudnicki, Episcopus Luc. et Os. (mpr).

Luceoriae, die 28 Aprilis 1739.

145.

Vladimiria, 10. IX. 1739.

Episcopus Volodimiriensis Th. Godebskyj de non transitu ad Ritum Latinum J. Severinovicz et in genere de hoc problemate tractat.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 701, fol. 336rv.

Illustrissime, Excellentissime et Reverendissime Domine, Domine et Patrone Colendissime.

Quod a primo Excellentiae suae in oras Poloniae adventu, in meis erat votis hac me sorte beari, ad praesens reor, dum officio saltem calami, priusquam personali obsequio, ut multis de Causis desiderio desidero, Excellentissimae Dominationi suae meae devotionis contestationem, meorum obsequiorum promptitudinem exhibeo. Quod vero attinet ad expressum in literis Excellentiae Suae negotium, in eo qua consuevi, alias animi promptitudine nutus S. Apostolicae Sedis exequi, eadem mandato Suae Excellentiae mox gero, atque super assertis, quid sentiam, seu verius sentire debeam explanando, duplicatum S. Congregationis de Propaganda Fide annecto Decretum. Quod cum laicos, aeque ac Clericos a transitu ad Latinum Ritum omnino arceat,

huic ego Decreto derogare nec volo, nec audeo, nec valeo. Compertum quippe ejusmodi Proselitos, quorum alij ex supposito Latini Ritus merito, majoris in temporalibus commodi spe ducti, non attento etiam Sanctae Apostolicae Sedis vetito, insolenter transeunt, alij penes ementitas rationes convasatis Magnatum instancijs (ut in quodam ad instantiam Clementinae Reginae Angliae contigisse memini) transitum de Ritu ad Ritum procurant. Compertum (inquam) est ejusmodi proposelitos, aut neutrius Ritus tenaces observatores esse, aut eum, quem deseruerunt, vatiniano odio persequuntur Ritum, ciendo et excitando rixas cum enormi acatholicorum scandalo, cum deplorando Sacrae Unionis detrimento, illius porro Unionis, quam S. Romana Sedes paterna sollicitudine, multisque expensis per nostros Missionarios ad hunc effectum desudantes, augere, promovere enititur. Quo intuitu non paucos ex diversis Latini Ritus Ordinibus, ad Rutenum, in quo nati sunt, iussit redire Ritum. Quem ego ipse, etsi in Latino natus sim, lubens penes Regulam D. Basilij Magni amplexus sum, alijsque amplectuntur, ut ex debito cuique zelo animarum salutem per propagationem Sanctae cum Ecclesia Romana Unionis promoveant. Plurimas (f. 336v) hac de re antea adduxi rationes, crediderim ad vulgarem famam, praeterito Perillustri Domino Auditori Sacrae vices gerenti Nuntiaturae. Hinc est, ut ferventi Suam Excellentiam rogatam velim prece, quatenus mediantibus Suae Excellentiae Officijs, ac zelo Apostolico, Sacra Suprema Congregatio S. Officij noto oratori Joanni Severinowicz [174] authoritate sua demandet, ut in quo natus Ritu permaneat, sique ei libuerit, mihi se exhibeat, quem ego paterno exceptum affectu, proporcionato suae capacitatis loco, aut in Curia, aut in Dioecesi mea collocabo, imo si qui deinceps fuerint similes Oratores, illis aequali dignetur respondere oraculo, pro majori, non meo utique, sed Sanctae Unionis emolumento, quod ego ut augeri in dies cum commisso mihi grege anhelo, ita profiteor me esse et fore

Illustrissimae, Excellentissimae et Reverendissimae Dominationis Suae infimus Servorum et continuus Exorator

Theophilus Godebski, Episcopus Vlad. et Bres. (mp).

Vladimiriae, 10.7bris 1739.

146.

Posnania, 2. X. 1739.

Testimonium Episcopi tit. Bolinensis, quod J. Severinovicz non sit adhuc Ordinibus sacris initiatus.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 701, fol. 335.

---

[174] Casus Ioannis Severinowicz in Congr.ne Gen. (7.XII.1739) relatus est; cfr. Welykyj A., *Acta S.C.P.F.*, III, 302-4, nr. 1135.

Perillustris et Rev.me Domine, Patrone Colendissime.

Directas ad me literas recepi a Perillustri et Rev.ma Dominatione Vestra, cum observantia satisfaciendo ejus requisitioni, jam alias a Perillustri immediate praeterito Auditore Sacrae Nuntiaturae facta, fidele exaro Testimonium, quod scilicet Dominus Joannes Sewerynowicz, Rhetoricae Professor in Academia Posnaniae, in nullis hucusque sit Ordinibus constitutus, simplex sit laicus. Quo expresso permaneo debito cultu.

Perillustris, Rev.mae Dominationis Vestrae addictissimus Frater et obseq.mus Servus

Josephus Kierski, Episcopus Bolinen., Suffr. Praep. Cath. Posn. (mp.).

Posnaniae, 2.8bris 1739.

Auditori Sacrae Nuntiaturae.

147.

Mediolani, 11. XI. 1739.

Card. Mediolanensis C.G. Stampa de Petro Koss eiusque sociis, in suo itinere impeditis et de eorum expensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 425.

Emin.mo, e Rev.mo Sig.mo Oss.mo. Em. Card. Petra, Prefetto della S. Congr.ne di Propaganda (Roma).

Avuto da Gravedona l'avviso, trovarsi l'Ecclesiastico Pietro Koss, che mi vien supposto costì chiamato da codesta Sac. Congregazione, astretto colà con altri suoi Compagni alla contumacia, non mancai di passar prontamente presso questo Tribunale di Sanità gli opportuni uffizj non solamente per qualche diminuzione de' giorni di essa contumacia, ma anche per qualche rilascio intorno alle spese da occorrere per la medesima, e sono state da esso Tribunale possibilmente secondate si nell'uno, come nell'altro punto le mie premure. Trasmettendomisi pertanto dall'accennato Koss la qui acchiusa per V.E., non manco di parteciparle quanto segue sù tal proposito nell'inoltrarle la detta lettera. E con rassegnare in questa congiuntura all'E.V. il mio rispettosissimo ossequio, che desidero tener esercitato nell'onore dei di lei autorevoli ordini, le bacio umilissimamente le mani.

Di V.E. umilissimo, div.mo Servitore vero

C.G. Cardinal Stampa.

Milano, XI Novembre 1739.

148.

Mediolani, 2. XII. 1739.

Cardin. Mediolanensis C.G. Stampa ad Praefectum Cong. de Prop. Fide circa Petrum Koss eiusque socios itineris et de expensis necessariis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 427.

Emin.mo, e Rev.mo Signor mio Oss.mo. Sig. Card. Petra, Prefetto della S. Congregazione de Propaganda (Roma).

Gli ordini di codesta Sacra Congregazione avuti col riveritissimo foglio di V.E. in data dè 21 caduto intorno al somministrare nella più possibilmente ristretta somma al Chierico Pietro Koss, Moscovita, il denaro occorrente per il proseguimento dall'E.V. divisatomi del di lui viaggio à codesta volta, e per riconoscere, e sodisfare il debito ch'ei poss'aver contratto col di lui compagno Giorgio Latus, saranno da me puntualmente adempiti all'arrivo quà di detto Chierico, che non è peranche comparso. Non mancacherò in oltre di successivamente rassegnare a essa Sacra Congregazione il dovuto riscontro del seguito, per corrispondere alle grazie, che mi vengono dalla medesima nelle finissime espressioni di V.E. benignamente compartite, e riprotestandole intanto nella mia costante prontezza à ubbidirla l'ossequio rispettosissimo, che le professo, resto in baciarle umilissimamente le mani.

Di V.E.za umilissimo, divotissimo Servitore vero

C.G. Card. Stampa.

Milano, 2.Xmbre 1739.

149.

Mediolani, 13. I. 1740.

Cardin. Stampa, Mediolanensis, excusat se de impossibilitate subveniendi necessitatibus Petri Koss sociique.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 431.

Emin.mo, e Rev.mo Signor mio Oss.mo, Sig. Card. Petra, Prefetto di Propaganda (Roma).

L'aver io dovuto trattenermi qualche giorno nello scorso Mese in Groppello, luogo di questa Mensa Arcivescovile, colà sorpreso da alcuni accessi di febbre, ha prodotto, che non sia stato da me veduto il Chierico Pietro Koss, Moscovita, il quale, ricavo dal benignissimo foglio di V.E. in data de' 19 detto, esser costì felicemente pervenuto senza l'occorrenza della somministrazione

di denaro, che mi era stata dall'E.V. ingiunta. Rimanendo però sospesa a tenore dei nuovi di lei ordini l'esecuzione dei precedenti, mi auguro tanto maggiormente altre molte congiunture, di autenticar coll'opere la riverente ubbidienza, con cui resto, in baciare a V.E. umilissimamente le mani.

Di V. Eminenza umil.mo, divotissimo Servitore vero

C.G. Card. Stampa.

Milano, 13 Gennaro 1740.

150.

Cracovia, 7. VII. 1740.

Cardin. J. Lipski, Cracoviensis, causam PP. Basilianorum in Congregationem uniendorum commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni,* vol. 6, fol. 465rv.

Emin.mo, e Rev.mo Sig. mio Oss.mo. Signor Card. Petra (Roma).

Non solo perche mi sono a cuore gl'interessi di questi Religiosi Basiliani Greci uniti di Polonia, ma perchè mi porgono l'occasione di rassegnar, come fò, a V.E. il mio profondo ossequio, e venerazione, mi dò l'onor di raccommandare con tutta vivezza ai di lei benigni riflessi l'istanze, ch'i medesimi farranno in cotesta Sacra Congregazione di Propaganda, per escludere a maggior bene, et ordine della loro Provincia la dipendenza del proprio Provinciale da quello di Lituania; essendo ciò più corrispondente alla resoluzione, che si prese nel Sinodo fra essi Padri Basiliani, celebrato per ordine della S. Sede, ed in esso presidendo il fù Signor Cardinal Grimaldi, allora Nunzio Apostolico in questo Regno, di fare una Provincia a parte, e divisa questa de Basiliani di Polonia da quella di (f. 465v) Lituania.[175] Pertanto supplico la benignità dell'E.V. d'essere propizio a miei raccomandati e di farle provare i giusti effetti della sua autorità, per i quali la professarò obligazioni distintissime, e nello stesso tempo implorando al mio desiderio, e debbito di ubbidirla la grazia de suoi pregiatissimi commandi, bacio a V.E. umilissim. le mani.

Di V.E. umilissimo, devotissimo Servitore vero

Giov. Cardinale Lipski.

Cracovia, 7 Luglio 1740.

---

[175] In Capitulo Leopoliensi an. 1739 constituta est nova Congregatio Basiliana sic dicta Ruthena seu Polona; sed confirmationem Constitutionum Romae non obtinuit. Anno 1742 Benedictus XIV unicam Congregationem ex omnibus monasteriis Basilianis Poloniae et Lithuaniae formandi decrevit, quod in Cap. Dubnensi an. 1743 evenit.

151.

Roma, 17. IX. 1740.

Secretarius Status ad Nuntium Varsaviensem de statu rerum in Archieparchia Polocensi, de intrusione Wolčanskyj etc. et de litteris in hoc negotio dandis.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 703, fol. 213rv, 214.

All'Ill.mo e Rev.mo Signore, Monsignor l'Arcivescovo di Patrasso, Nunzio Apostolico in Polonia (Varsavia).

Ill.mo, e Rev.mo Signore.

Tra le altre informazioni, che intorno allo stato della religione Cattolica in cotesto Regno non dubito abbia V.S. Ill.ma prese da che degnamente vi risiede in qualità di Ministro Apostolico, averà ella inteso, che dopo essere stato dal Re Augusto II. di glor.mem., espulso con risoluzione degna d'ogni applauso da tutti i Stati di Polonia un certo Pseudo-Vescovo Scismatico cognominato Berlo, quale venutovi dalle parti della Moscovia s'era violentemente intruso nel Vescovado Ruteno unito Mohilowiense, appartenente all'Arcivescovato di Polosko, s'è quel Monsignor Arcivescovo Floriano Hrebnicki per più anni con indefesso zelo applicato à espellere dalla mente di quei Popoli gl'errori, che per mezzo de i di lui Fautori v'aveva tra loro disseminati, essendosi tra gl'altri mezzi utilmente servito di quello di farsi presentare dai Padroni dei luoghi Sacerdoti Cattolici per investirli delle Parrocchie, invece degl'intrusi Curati Scismatici. Ma essendo stato ultimamente di nuovo invaso il detto (f. 213v) vescovado Mohilowiense da un'altro falso Vescovo cognominato Wolczanski, v'è nuovamente risorto, e ripullulato il veleno dello Scisma con evidente pericolo, che sia in breve per contaminare di nuovo tutta quella vasta Diocesi; anzi si è saputo, che nell'atto, che per commissione dell'Arcivescovo si portava nel prossimo passato mese d'Aprile il sacerdote Emiliano Klimontowicz, Decano Bicoviense, e soggetto non men riguardevole per la sua dignità, che per le molte sue virtù, a riconciliare una Chiesa nel villaggio Sidoroviense, fu assalito, e crudelmente trucidato dagli Scismatici, a istigazione del Pseudo-Vescovo e d'alcuni dè suoi sediziosi Monaci. Avendo risoluto pertanto Monsignor Arcivescovo, per non là portarne, in occasione dell'imminente Dieta, i suoi reclami al Re, e di accompagnarli colle più vive suppliche, perchè ad imitazione del Re suo glorioso Padre, e Predecessore, voglia espellere il detto indegno usurpatore da i Stati di Polonia, non ha potuto contenersi il zelo Apostolico di N.S. d'avvalorare con i suoi Paterni Ufficj le giuste istanze dello stesso degnissimo Prelato. Onde non solo si è la Santità Sua mossa a scriverne efficacissimi Brevi alla Maestà del Re, e al

Signor Cardinale Lipski,[176] ma ha voluto ancora, ch'io in nome (f. 214) suo Pontificio ne scriva efficacissime lettere a Monsignor Arcivescovo di Gnesna, Primate del Regno, a Monsignor Sapieha, Vescovo Diocesariense, Coadiutore di Vilna, a Monsignor Grabowski, Vescovo di Cujavia, ed al Cacciatore Maggiore del Gran Ducato di Lituania,[177] acciò interessandosi essi pure nella giustizia dell'istanza, siccome da loro esigge la causa della comm. religione, vaglino promuoverne il felice successo presso il Re colla più vigorosa cooperazione dè i loro ufficj, e della loro opera. A V.S. Ill.ma ha poi incaricata Sua Beatitudine tanto maggiormente la stessa parte, quanto più la medesima è propria d'un degno Ministro della S. Sede. Ond'ella non lasci nell'adempirla di metter in uso tutto il suo zelo, e tutta la sua energia, mentr'io le auguro dal Cielo vere prosperità.

Roma, 17. 7mbre 1740.

Di V.S. Ill.ma affez.mo per servirla S.C. Valenti.

* * *

Brevia expedienda (f. 213b)

Ad Serenissimum Aug. III, Regem Poloniarum et Magnum Ducem Lithuaniae.

Ad Emin.mum Cardinalem Lipski, Episcopum Cracovien.

Ad Celsissimum Primatem Regni, Chrystophorum Szembek.

Ad Ill.mum Comitem Josephum Sapieha, Episcopum Dioecaesarien., Coadjutorem Vilnen.

Ad Ill.mum Comitem Sapieha, Venatorem M. Ducatus Lithuaniae.

Ad Ill.mum Stanislaum Grabowski, Episcopum Cujavien.

152.

Roma, 24. IX. 1740.

Secretarius Status Venatori M.D. Lithuaniae, comiti Sapieha, negotia fidei et Unionis in Russia Alba commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 474rv.

---

[176] Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, II, 79-80, nnr. 695-6.

[177] Vid. infra nnr. 152-155.

Ill.me et Excell.me Domine. – D. Comiti Sapieha, Venatori M.D. Lituaniae.

Tanta est, Ill.me et Excell.me Domine, tuae pietatis, et in Catholicam fidem studij celebratio, ut te Pontifex Maximus inter primos delegerit, cui religionis causam laborantem apud vos, ex perfidia ac scelere Schismaticorum, vellet quam maxime commendatam. Licet enim repressi auctoritate clarissimae memoriae Regis Augusti Secundi, qui Berlum quemdam Pseudo-episcopum Ruthenum rerum novarum et iniquitatis machinatorem, et Mohiloviensis praesertim Dioecesis corruptorem, hominem improbum in exilium expulerat, et diligentia ac pietate optime de Republica meriti Archiepiscopi Polocensis Floriani Hrebnicki retardati iam fuerint, alium repente nacti Pseudo-Episcopum Wolczanskium, nescio quem impietatis Ducem, iterum novis etiam criminibus omnia turbant ac miscent; quorum furorem ali impunitate diuturna intelligis profecto vestrae et Christianae Reipublicae perniciosissimum esse. Quapropter hortatur te Pontifex Maximus, ut in proximis Regni Comitijs in id incumbas auctoritate tua, ut improbitas Schismaticorum retundatur, et Catholica integritas vestris omni ex parte regionibus restituatur. Istud cum impetrare a te debet causa tam gravis, tam sancta, tam necessaria, tum vero Pontificis Maximi mirifica in te benevolentia, cuius non vulgare inditium tibi, Ill.me atque Excellentissime Domine, in (f. 474v). Apostolica Benedictione amantissime impertitur. Ego si quid in rem tuam me curare volueris libentissime perficiam.

Romae, 24 Septembris 1740.

D. Tuae Illustrissimae et Excellentissimae Servitor

S. Cardinal Valenti.

D. Comiti Sapieha, Venatori Magni Ducatus Lithuaniae.

153.

Roma, 24. IX. 1740.

Card. Secretarius Status, S. Valenti, Coadiutori Vilnensi de occiso a Schismaticis decano Klimontowicz; de Ep. non unito Volčanskyj.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, 6, fol. 475rv.
MUH, vol. VI, pag. 110-111, nr. 90.

Iosepho Sapiehae, Ep. Diocesariensi, coadiutori Vilnensi.

Illme et R.me Domine.

Quamquam auditum iam antea esset, Ill.me et R.me D.ne, Berlum quemdam pseudoepiscopum Ruthenum, impressione quodammodo facta

in Mohiloviensem dioecesim, impietatis suae venenum coepisse inter eam gentem disseminare. Videbatur tamen clarissimi Regis Augusti Secundi, cuius gloriosa nunquam excidet recordatio, pia ac debita severitate tantum malum sublatum, ac restituta regioni sanitas, auctore tam perniciosi furoris eliminatio. Cum praesertim in eo plurimum consilio ac diligentia laborasset Florianus Hrebniski optime de christiana republica meritus. At catholicae invidens tranquillitati perpetuus humani generis hostis novum sua perfidia armavit schismatis ducem, alterum pseudoepiscopum Volczanskium, nescio quem. Homine igitur tam improbo excitata iterum vis nefaria Schismaticorum ad impietatis turpitudinem adiunxit notam crudelitatis: Emilianum Klimontowicz, decanum Bychoviensem, dum templum ab haereticis pollutum iret expiatum, virum nobilem, integerrimum sacerdotem, in itinere aggressa vulneribus teterrime confecit. Non potuit Pontificis Maximi eximium atque excellens in religionem studium tam atrox flagitium sustinere, iussitque ad te ea scribere, quae animum tuum inflammatum iam ad catholicam fidem servandam accenderent etiam magis. Habes profecto tempus, in quo episcopalem ostendas sollicitudinem. Effice, ut in (f. 475v) proximis Regni Comitiis sentiant importunissimi ecclesiasticae concordiae hostes firmissimum in te esse adversus eorum sceleratam audaciam, Reipublicae ac religioni praesidium. Ego fausta omnia tibi precor.

Romae, 24 Septembris 1740.

Ill.mae Dominationis tuae Servitor

S.C. Valenti.

(f. 480v) Ruteni. 24 Settembre 1740. Varie copie di lettere scritte dalla Segreteria di Stato per l'espulsione dalla diocesi Mohiloviense di Berlo pseudovescovo.

154.

Roma, 24. IX. 1740.

Card. Secretarius Status, Valenti, Archiep. Gnesnensi Ch. Szembek, eiusdem argumenti.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi*, vol. 6, fol. 476rv, 479.
MUH, vol. VI, 111-112, »nr. »91.

Ill.mo et R.mo D.no Christophoro Szembek, Archiep. Primati Poloniae

Ill.me et R.me Domine.

Cum Berlus quidam Ruthenus pseudoepiscopus, Ill.me et R.me D.ne, in Mohiloviensem irruens dioecesim rem omnium sanctissimam religionem haeretica pravitate pervertere, eamque gentem nefariis turbulentisque con-

siliis imbuere atque inflammare tentasset, piissimus ac sapientissimus Rex Augustus Secundus, cuius memoria in benedictione sit, tam foedam non passus maculam inhaerere polonici Regni visceribus, represserat schismatis furorem, facinoris improbissimo auctore e reipublicae finibus exturbato. Accesserat etiam ad regiam auctoritatem eximia Floriani Hrebniski Poloscensis Archiepiscopi diligentia, qui deformata ab haereticis summo consilio summaque pietate instaurans, gregisque prospiciens sanitati, et rem deduxerat, ut prope iam profligata illa peste in ea provincia catholici conquiescere et respirare coepissent, cum repente alter extitit pseudoepiscopus Wolczanskius, qui Berli potius temeritate (f. 476v) incitatus, quam poena deterritus, eandem iniquitatis viam est ingressus. Quem novum ac perditum ducem nacta Schismaticorum manus conscelerata, rabiem metu compressam iterum effudit, quin multos atrociori crimine obligans ausa est Aemilianum Klimontowicz, decanum Bychoviensem, probum et nobilem sacerdotem, per summum scelus trucidare, tunc maxime cum Archiepiscopi iussu ad vicum Sidorovicensem pergeret, ut contaminatum ab haereticis templum expiaret Sacrisque catholicis restitueret. Ad tantum igitur impietatis atque immanitatis furorem cum cohorruisset Pontifex Maximus, is, cui omnium a Deo Ecclesiarum cura commissa est, e sua dignitate et sollicitudine esse duxit vigilantes illico oculos ad nascentem perniciem convertere, videreque, ne quid christiana respublica detrimenti caperet. Quocirca te in primis, Ill.me et R.me D.ne, pro singulari suo tuoque in religionem studio hortatur, ut Dei causam suscipias, eamque in proximis Regni Comitiis fortiter agas, sicuti dignum te est, qui huius florentissimi Regni nobilissimus merito Primas caeteros cum honore tum vero pietate praecurrere debes in catholica fide tuenda, impiisque (f. 479) Schismaticorum conatibus coërcendis. Atque haec Pontifex Maximus non ut te excitaret sponte carentem ad omnia praeclara atque egregia pro religione et sentienda et agenda, sed ut sui pastoralis officii totiusque christiani gregis sibi praecipue crediti incolumitatis rationem se habere omnes intelligant. Ego fausta omnia, Illme et R.me D.ne, tibi precor a Deo.

Romae, 24 Septembris 1740.

Ill.mae et R.mae Dominationis tuae servitor

S.C. Valenti.

155.

Roma, 24. IX. 1740.

Secretarius Status, Valenti Episcopo Cuiaviensi, St. Grabowski res Unionis in Russia Alba et negotium pseudo-Episcopi Wolčanskyj commendat.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol., Ruteni*, vol. 6, fol. 477rv.

Ill.mo, et Rev.mo Domino Stanislao Grabowski, Episcopo Cuiaviensi.

Ill.me et Rev.me Domine.

Ingenti animi maerore affectus est Pontifex Maximus, Ill.me et Rev.me Domine, cum audiverit non cessare apud vos Schismaticorum furorem, verum in dies augeri. Conquievisse videbatur pernicies, poena Berli cuiusdam Pseudo-Episcopi Rutheni, quem piissimus, gloriosae memoriae, Rex exilio mulctaverat; neque quidquam omiserat Florianus Hrebnicki, laudatissimus Archiepiscopus Polocensis, quod ad catholicam fidem vindicandam pertineret. Nunc vero inventus est alter, qui Berli perfidiam aemularetur, ipse quoque Pseudo-Episcopus, Wolczanskius nomine, et religionis perversione non contentus, consiliis novi in scelere signiferi permotus, perditorum hominum grex imminet ad caedem, cuius initium fecit ab Emiliano Klimontowicz, quem virum nobilem, probum sacerdotem, Decanum denique Buchoviensem, dum ad vicum se conferret Sidorowicensem expiaturus templum ab Haereticis contaminatum, (f. 477v) in via contrucidavit crudelissime. Rei indignitate commotus Pontifex Maximus iubet ad te scribere, ut quantum in te est Pastoralis diligentiae, quae certe maxima est, quantum animi atque auctoritatis, id omne conferas ad religionem defendendam, reprimendamque Schismaticorum improbitatem. Adest Regni Comitiorum tempus. Tunc in loco maxime illustri eum esse te ostendas oportet, qui semper fuisti: Idest Episcopum amantissimum Catholicae integritatis, studiosissimum Ecclesiae, acerrimum denique contra homines impios, ac seditiosos, qui vestram Christianamque Rempublicam labefactare nefario scelere moliuntur. Ego fausta omni tibi, Ill.me, et Rev.me Domine, precor a Deo.

Romae, 24 Septembris 1740.

Ill.mae, et Rev.mae Dominationis Tuae Servitor

S. Card. Valenti.

156.

Roma, 15. X, 1740.

Card. Petra cardinali S. Clementis, H. Albani, de auxilio ferendo ad Seminarium Leopoliense reaedificandum.

APF, *Litt. S. Congr.*, vol. 153, fol. 77-78.
MUH, vol. VI, 112-113, nr. 92.

Al Signor Cardinale S. Clemente, 15 ottobre 1740.

Il doloroso avvenimento dell'incendio accaduto al Collegio Armeno e Ruteno di Leopoli, e che l'Eminenza Vostra si degnerà di osservare dall'in-

giunta copia di lettera del P. Lascaris,[178] trasmessa (f. 77v) da Mons. Nunzio in Polonia, ha talmente commosso gli animi di questi Em.mi miei Signori, che inoltre per non potersi da questa S. Congregazione nella sua presente situazione apportare un pronto soccorso al ristabilimento di quel Collegio così necessario e proficuo alle due predette nazioni, abbia io creduto essere del mio dovere il raccomandarlo anco in nome e per parte della medesima al valido e zelante patrocinio di Vostra Eminenza, e di supplicarla, come riverentemente faccio colla presente, a volersi benignamente compiacere di promuovere con ogni calore presso la singolare pietà di Sua Maestà il Re di Polonia, il conseguimento di un corrispondente soccorso et aiuto alla riedificazione di detto Collegio, con viva fiducia, che Sua Maestà, mossa dalle efficaci insinuazioni e premure di Vostra Eminenza, sia per apportarglielo prontamente (f. 78) e con quella generosità, che è propria del suo reale animo, altre volte largamente dimostrata in beneficio di detto Collegio, et in occorrenze meno rilevanti; tanto più che le grazie, che la Maestà Sua sarà per compartirgli tenderanno unicamente al servigio di Dio et alla coltura spirituale de' suoi fedelissimi sudditi. Et io frattanto valendomi della congiuntura rinuovo all'Eminenza Vostra gli attestati più vivi del mio sommo rispetto, e le bacio umilissimamente le mani.

157.

Roma, 15. X. 1740.

Card. Praefectus Prop. Fide Patri Lascaris, de Seminario Leopoliensi igne absumpto.

APF, *Litt. S. Congr.*, vol. 153, fol. 78-79.
MUH, vol. VI, pag. 113-114, nr. 93.

Al P.D. Giorgio Lascaris, Chierico Regolare, Prefetto delle missioni e Rettore del Collegio pontificio degli Armeni e Ruteni, Leopoli, 15 ottobre 1740.

Non posso bastantemente esprimere a Vostra Eminenza, con quanto sensibile cordoglio abbia io letta la lettera da lei scritta li 14 del passato a Mons. Nunzio in Varsavia, (f. 78v) e da esso trasmessami in copia per questa S. Congregazione, avendo da quella rilevato l'infausto avviso dell'incendio accaduto in codesto Collegio. Molto meno poi sò rappresentarle, quanto vivamente ella venga da me compatita in un sì doloroso frangente. Come però l'assenza di quasi tutti i miei Em.mi colleghi non permette di potersi applicare se non dopo il termine delle correnti ferie, a quegli espedienti, che da

---

[178] Litterae Patris Lascaris apud MUH, VI, 106-7, nr. 87.

Vostra Riverenza per mezzo del predetto Mons. Nunzio sono suggeriti come praticabili, per apprestare qualche riparo all'accaduta sventura; così rimane alla prudenza di lei il regolarsi tanto circa i Padri, quanto circa gli Alunni nella maniera, che sul fatto crederà la più propria e la più necessaria, qualora non sia riuscibile l'attendere le deliberazioni dell'Eminenze Loro. Frattanto però non si lascia (f. 79) di pregare con efficace lettera il Signor card. S. Clemente, che voglia interessare appresso la pietà del Re i suoi premurosi uffizi, ad oggetto d'implorarne qualche valido sovvenimento; di che pure viene caldamente incaricato il sopradetto Mons. Nunzio. Ella per altro si renda pur persuasa, che da questa S. Congregazione non si mancherà di porre in uso tutti quei mezzi, che da essa saranno possibili in un'evento sì deplorabile. E pregando ben di cuore Sua Divina Maestà, che si degni di dispensarle tutta la sua più speciale assistenza, alle di lei orazioni per fine mi raccomando.

158.

Urbini, 21. X. 1740.

Card. S. Clementis, H. Albani cardinali Praefecto de Prop. Fide, de reaedificando Seminario Leopoliensi, post incendium.

APF, *Scritt. rif. n. Congreg. Gen.*, vol. 704, fol. 79.
MUH, vol. VI, pag. 114-115, nr. 94.

Signor card. Petra, Prefetto della Sacra Congr. de Propaganda, Roma.

Em.mo e R.mo Signor mio Osservandissimo.

In essecuzione de stimatissimi commandamenti portatimi da Vostra Eminenza col mezzo della sua veneratissima lettera de 15 corrente, non ho mancato di scrivere in Polonia e di pregare la Maestà di quel Re a volere far uso della regia sua liberalità in soccorso del consaputo Collegio di Leopoli, contribuendo quel più che saprà suggerirli la generosità del suo animo per ristoro del danno notabilissimo ivi cagionato dall'accaduto incendio. A misura del desiderio ben grande che ho, che l'Eminenza Vostra e la Sacra Congregazione resti sodisfatta, io l'assicuro, che non ho lasciato di farlo con altrettanta premura ed efficacia, e che quanto mi ha dispiaciuto di averla dovuta servire in una simile congiuntura, altrettanto bramo di doverla frequentemente ubbidire in altre più propizie, per tenere così sempremai rassegnata l'ossequiosa servitù mia all'autorità de suoi commandamenti, mentre senza più bacio a Vostra Eminenza per fine umilissimamente le mani.

Urbino, 21 Ottobre 1740.

Di Vostra Eminenza humilissimo e divotissimo Servitore vero

Il Card. S. Clemente.

159.

Roma, 19. XI. 1740.

Card. Petra, Praefectus Prop. Fide, G. Lascaris, Theatino, de modo agendi Rectoris Seminarii Leopoliensis post conflagrationem aedificii.

APF, *Litt. S. Congr.*, vol. 153, fol. 74-85v.
MUH, vol. VI, pag. 118-119, nr. 98.

Al P.D. Giorgio Lascaris, Chierico Regolare, Prefetto delle missioni e Rettore del Collegio pontificio degl'Armeni e Ruteni, Leopoli, 19 novembre 1740.

È stato invero non ordinariamente sensibile a questi miei Em.mi Signori il funesto ragguaglio, che dalle lettere di Vostra Riverenza hanno udito dello stato infelice, a cui si deplora ridotto dal passato incendio il vecchio Collegio pontificio degli Armeni e Ruteni di codesta città, e l'hanno ben vivamente compatita a riflesso delle angustie, nelle quali ha necessariamente dovuto trovarsi per le ardue circostanze di un sì grave disastro. Non hanno poi potuto l'Eminenze Loro che approvare tutti quegli spedienti, ch'ella secondo la sua ben nota prudenza avrà stimato opportuno di prendere, tanto circa i Padri, quanto circa gli Alunni, e (f. 84v) così pure circa al far coprire o lasciar in abbandono la piccola porzione del medesimo Collegio rimasta in piedi, punto non dubitando, che avrà saputo scegliere il miglior partito.

Risguardando però all'avvenire, i predetti miei Em.mi colleghi hanno considerato, che sarebbe impresa presso che inutile l'accingersi a ristorare il medesimo antico Collegio, poscia che oltre al grave dispendio, che richiederebbesi per una tale riparazione, non potendo questa farsi che di legname, rimarrebbe sottoposta ad esser di nuovo distrutta da qualche altro consimile improviso accidente. Sono pertanto venuti di concorde parere nella risoluzione seguente, cioè che per lo spazio di tre anni futuri si debba assolutamente chiudere e dismettere il Collegio, e che tutte l'entrate del medesimo, cioè le rispettive fondazioni degli alunnati, le rendite dei predi e d'ogn'altro capitale, come anche l'annuale (f. 85) sussidio solito somministrarsi, e che si proseguirà a somministrare da questa S. Congregazione nella consueta somma di scudi ottocentosessanta, s'impieghino in terminare la fabbrica di muro già incominciata del nuovo Collegio, in maniera almeno, che vi sia il comodo sufficiente per nuovamente introdurvi il solito numero degli Alunni e de' Padri.

In seguito pertanto di tal determinazione potrà Vostra Riverenza permettere ai Padri Rossi e Calcaterra il ritorno in Italia nel caso, che già non fossero partiti; e così pure licenziare e rimandare alle loro case tutti gli Alunni e Convittori, non potendosi punto dubitare, che tanto essi, quanto chiunque

abbia per loro qualche interesse, non siano per acquietarsi di buon animo ad un tale provvedimento, quanto inevitabile, altrettanto espediente, per assicurare in ogni tempo avvenire in detto nuovo edifizio il quieto, più (f. 85v) proprio e conveniente soggiorno de' collegiali e de' loro direttori e maestri. Niente meno poi è persuasa la S. Congregazione, ch'ella si darà tutta la premura per far sì, che l'opera venga condotta al desiderato termine colla possibile congrua brevità, coll'aiuto ed assistenza del P. Moro, quale si deve credere già da qualche tempo costà pervenuto in virtù del decreto mesi sono speditogli. Di tutte le sudette disposizioni non si manca di rendere inteso Mons. Nunzio in Varsavia; ed io per fine con raccomandarmi alle di lei orazioni, prego Dio Nostro Signore, che la prosperi.

I

INDEX NOMINUM ET LOCORUM

Numeri referuntur ad paginas voluminis; signati « n » ad notas voluminis

ABRAHAMIUS Smolenscensis, dubius sanctus 311.
AGATHO Papa (678-681) 291.
AGRIA civitas 157. 159. 161. 169. 172. 174. — Agriensis dioecesis 158. 325. — episcopus 142. 144. 145. 147. 165. 174. 175. 176.
ALBA IULIA op. 106-8. 176. — ep. 176.
ALBA RUSSIA 20. 27. 50. 56. 63. 68. 69. 231. 328. 349.
ALBANENSES ritus Graeci 156.
ALBANI Hannibal, card. (1711-51) 139n. 146. 147. 350. 352.
ALBANI Alexander 222.
ALEXANDER, rex Poloniae (1501-06) 52. 226. 227.
ALLATIUS Leo, scriptor eccl. 294-6. 299-306. 309.
ALTHAN Michael Fr. von, card. (1719-34) 191.
ANCUTA Matthias Ios., ep. suffr. Vilnen. (1710-1717) 25.
ANDRONICUS, senior et iunior, haeretici 297.
ANDRUSZKIEWICZ, parochus 66.
ANDZIOROWICZ Miron, consul Mohilovien. 328.
ANGHEL Athanasius, ep. Valachorum un. (1698-1713) 106n. 107. 108. 324.
ANTONIUS et THEODOSIUS, sancti Kiovo-Pečarenses 65.
APAFFI Michael, princeps 324.
APONOWICZ, OSBM, 23. 42.
ARCUDIUS Petrus, scriptor 284.
ARENT Tobias, S.I., regens Col. Brunsbergen. 45. 64.
ARMENI Leopolienses 71-74. 194. 195. 208. 209. 219. — Archiep. Leop. 151. 338. — ceremoniae-ritus 151. 184. 338. — ecclesiae 182. 185. 186. 204. 208. 209.
ARTECKI Ioannes, parochus 34.
AUGUSTINOWICZ Ioannes T., archiep. Armenorum (1713-52) 71-75. 193-5. 198-200. 205-6. 208-9.
AUGUSTUS II Federicus, rex Poloniae (1697-1704 et 1709-1733) 6. 12. 44. 55. 345. 347-350.
AUGUSTUS III Federicus Saxus, rex Poloniae (1733-63) 346.
AXAMITOWSKI Martinianus, OSBM, 14. 15. 18. 22. 37. 42.

BACIUTY bona 25.
BALABAN Gedeon, ep. Leop. etc. (1569-1607) 52.
BALYK B., OSBM, scriptor 55n.
BANCIARDI 41.
BANDROWKI, nobiles 56.
BAŃKOWSKI Laurentius, nobilis 49.
BANYASZ Ioannis 164.
BARAN A., scriptor 105n. 106n. 319n.
BARTHA op. 74.
BASILIANAE moniales 23. — Pinscenses 240. 241. 243-262.
BASILIANI (Ordo S. Basilii M.) 8n. 11. 31. 41. 43-45. 54. 58. 68. 100. 114n. 120. 153. 263. 344. — provinciae Lituanae (SS. Trinitatis) 88. 89. 120. 130. 136. 268. — Leopolienses 80. — Polocenses 5n. — *Capitulum* Bialense (1709) 31. 63. 69. — Leopoliense (1739) 344n. — Novogrodense (1730)

30n. — Unioviense (1711): Constitutiones 80-91. et nomina omnium participantium 91-93. — *Consultotores* 21. 31. 54. 83. — Consultorium Suprasliense 10. 15. 20. 29. 30. 33. 39. 60. — Constitutiones 31. 69. 80-91. — exemptio 47. — Liber Actorum Ordinis 47. — Protoarchimandrita 8-68.
BASILIUS Magnus, sanctus 81. 83. — eius Regula 84. 85. 90. 117. 341.
BELAVITA Caietanus, Theatinus 89.
BELLARMINUS Robertus, sanctus, S.I. (†1621) 49.
BENEDICTUS XIII P.M. (1724-30) 231. 269.
BENEDICTUS XIV P.M. (1740-58) 344n.
BEREZVECENSE monast. 20. 28. 29. 61-64. 69.
BERLO Arsenius, ep. Mohilovien. non unitus (1729-33) 345. 347-350.
BERNARDINI Samborienses 8.
BERNATOWICZ Honoratus Gr., iudex Armenus Leop. 72. 209.
BETHLEN Nicolaus, comes 107.
BIALA opp. 16. 21. 22. 32. 36. 67.
BIALYSTOK opp. 66. — Bialostocense monast. 339.
BIELSK opp. 45. 67. — Bielscensis decanus 28. 37. 38. 39. — decanatus 45. 67. — ecclesia 17. — protopresbyter 38.
BIESIADENSIS igumenus Tarasius 92.
BILOZOR (Biallozor) Marcianus, archiep. Polocen. (1696-1707) 24n. 29. 33. 40. — Biallozoroviana summa 23. 29. 33. 40. 70.
BIZANCIJ (Bizancy, Bizansky) Georgius Gennadius, ep. Sebastopolitanus et vicarius ap. Mukačoviensis (1716-33) 76. 142. 144. 146. 147. 149. 154-165. 167. 171-4. 176. 203. 204. 229-231. 266-8. 316. 322-6. 331.
BLAŻEJOWSKI Dm., scriptor 5n. 69n. 204n.
BLAŻEWSKI, nobiles 56.
BLAŻOVSKY, prysb. 160.
BOCEWICZ Mauritius, OSBM, 62.
BODONENSIS ep. electus, vid. Fylypovyč
BOHUN, vice-colonellus 48.
BOHUSOVIENSIS ecclesia 66.
BONIKOWSKI, nobilis 38.
BOROWSKI, nobilis 18.
BORUNENSE monast. 15. 19. 33. — superior 30. — ecclesia 33.
BORZĘCKI Casimirus, dapifer 27.
BRACLAVIENSIS palatinatus 50. 187.
BRANICKA Catharina, palatina Podlachiae 28. 38. 39. 44. 49. 65. 66.
BRESTA (Brest Litovsk), civitas 13. 16. 17. 23. 26. 27. 32. 36. 61. 67. — Brestensis ecclesia SS.mae Trinitatis 17. 34. — episcopatus 12. 37. — monasterium 46. — palatinatus 27. 37. 48. — parochus 16. 34. 47. — Synodus 51n. 52.
BRUNSBERGA, civitas 30n. 32. 38. 39. 64. — Collegium 45.
BRZOSTOWSKI Constantinus C., ep. Vilnensis (1687-1722) 25. 68n.
BUDZICKI, nobilis 253. 260.
BUKOWSKI, tenutarius Falimicensis 17. 19.
BULHAK Georgius, ep. Pinscensis et Turovien. (1730-69) 238. 262. 326. 327.
BURZYNSKI, nobilis 65.
BUSIATYCENSIS ecclesia 23.
BUTACHOWICZ, sacerdos Armenus 198-9.
BUYNICKI Antonius, nobilis 63.
BYCHOWSKI, collatores 20.
BYTHENIUM 30. 31. 45. 64. — Bythenense monast. 21. 30. 60.

CALCATERRA, Theatinus 353.
CAMENECUM (Camenec) civitas; Camenecensis decanus 14. 36. 37. — districtus 50. — episcopatus 51. 187. 188. — monasterium 27. 61. — parochi 50.
CAMILLIS, de, Ioseph Ioannes, ep. Sebastensis, vicarius ap. Mukačoviensis (1689-1706) 32. 33. 105n. 119. 147. 161. 321. 323. 324.
CARAFFA Petrus A., archiep. Larissenus, secr. S. Congr. de P.F. (1717-24) 186.

CARAMAN, vid. KARAMAN
CARANZA Bartholomaeus, scriptor eccl. 277. 311.
CARMIGNANI Ianuarius, Theatinus 270.
CAROLUS VI, imperator S. Rom. Imp. (1711-40) 153. 172. 192. 203.
CASIMIRUS Magnus, rex Poloniae (1333-70) 55.
CASSIANUS, ep. Pins. et Turov. 226-7.
CAVALIERI (Cavaleriis), de, Silvius, archiep. Athenarum, secr. S. Congr. de P.F. (1707-17) 112.
CEPRENSE monasterium 64.
ČETVERTYNSKYJ, ep. Luceorien. non unitus 33. 40.
CHARKIEWICZ Innocentius, OSBM, Vicarius Suprasl. 18. 38. 39. 66. 67.
CHARKIEWICZ Michael 29.
CHELMA (Chelm, Cholm) civitas 15. 61. 156. 186. 202. — Chelmensis eparchia 9. 10. 11. 13. 22-24. 33. 42. 50. 61. 202. 337. — monasterium 48. — religiosi 15. — synodus lat. (1717) 156. 157. 193.
CHODKIEVICIANA deposita 39. — domus 60. — fundatio 263.
CHODKIEWICZ Alexander, fundator monast. Supraslien. 264.
CHODKIEWICZ Carolus, capitaneus Vielonen. 19. 39. 41.
CHODKIEWICZ Ioannes 18. 25. 39.
CHOREVENSIS parochia 64.
CHOROSTOVIA opp. 18; Chorostoviensis parochus, rustici 18.
CHOROSZCZA bona 41.
CHOTYCENSIS parochus 37.
CIECHANOWICZ Ioachymus, OSBM, 17. 29.
CIECHANOWICZ Thomas, succamerarides Pinscensis 17. 244. 246. 247.
CIOLKOVIENSES subditi 20. 37.
CIOTCZE loc. 63.
CLEMENS VIII P.M. (1592-1605) 48. 52. 53. 128. 170. 173. 215.
CLEMENS XI P.M. (1700-21) 5n. 9. 12. 71. 75. 88. 91. 135. 143. 267.
CONSTANTINOPOLITANUS patriarcha 118. 228.
CONSTANTINUS Monomachus, imp. 297.
COSSOVICIUS (Kosovyč) Gabriel, presb. 100.
COSTA Iacobus, Theatinus, rector pont. sem. Leop. (1735-38) 270. 332n.
COTTONE, Patres Theatini 196. 200. 201. 205. — Caietanus 206-8.
CRACOVIA (Kraków) civitas 102. 228; — Cracoviensis episcopus Lubienski 95-97.
CUIAVIENSIS (Vladislaviensis) ep. lat. 5.
CYDONIUS Demetrius 297.
CYPRIANOWICZ, OSBM, 264.
CYRILLUS Alex., sanctus 310.
CZARNECKI D.nus 17.
CZEREIENSE monasterium 29. 62.
CZERNIHOVIENSIS episcopatus 49.
CZERSTWIAD locus 29.

DĄBEK, capitaneus 22.
DANAYKOWICZ Andreas, notarius 240. 253-5.
DEBROWKI Sebastianus, OSBM, 34.
DERMANENSIS Abbas 155.
DOBRIHORENSE monast. 29. 63.
DOBROTYSZ villa 27.
DOMASZOVIENSIS igumenus 92.
DOMINICANI Horodlenses 23.
DÖNHOFF Georgius, ep. Cracovien. (†1702) 57.
DOROHOBUZENSIS archimandria 26.
DREHLOVIENSIS parochus 17.
DROGICZYN (Dorohyčyn) opp. 36. 61. — Drogiczynensis decanatus 36. 45. 67. — ecclesia 67. — monasteria 16. 66.
DRUGETH de Homonna Franc., comes 99.
DRUZYLOWSKI Andreas, sacerdos 240. 248. 249.
DRUZYLOWSKI Ioannes, decanus 251-3.
DRUZYLOWSKI Leo, parochus 255.
DUBLANY villa 194.
DUBNENSIS Congregatio Basilianorum (1727) 268. 269.
DUCHNOWSKI Ioannes, parochus 36.
DULENENSIS synagoga 34.

ERDÖDY Gabriel Antonius, ep. Agriensis (1714-44) 157-9. 167-172. 335.

FABER Ioseph 34.
FABRITIUS Adrianus, OSBM, 16. 22. 33.
FAMILICZE villa 10. 19. 23.
FANTI, S.I., rector Col. Graecorum 28.
FARUCHOWICZ Stephanus, presb. Armenus 72.
FASTOVIA praedium 44. — Fastoviensis parochus 19.
FERDINANDUS III, imperator S. Imperii Rom. (1637-57) 99.
FINUS Ioseph, agens Romanus 41.
FOGARAS opp. 176. 191. 192. 209. 210. 320. 321. — Fogarasiensis episcopus 175. 190. 191. 229. 230. 319-326. — episcopatus 154n. 175. 191. 316.
FRANCKIEWICZ Chrysostomus, archimandrita Čereiensis 62.
FREDRO Alexander Ant., ep. lat. Premyslien. (1724-34) 193. 262. 263.
FURSA Wąsiacki Michael, protopresb. Mscislavien. 328. 329.
FYLYPOVYČ (Filipowicz) Polycarpus, OSBM, electus ep. Bodonensis et vicarius ap. Mukačoviensis, Cons. Ordinis, archimandrita Lescynensis 10. 21. 30-34. 41. 60. 69-71. 74n. 77. 78. 80. 93. 95. 97. 98. 105. 110. 124. 126-134. 138-141. 147-150. 222-4. 236. 237. 250. 258. 259. 261. 265. 266. 269. 270. 276. 290. 293. 299. 302. 308. 314-319.

GABRIEL, doctor religiosus 15.
GABRIELOPOLI, religiosus graecus 41.
GALIMSKI, dapifer Orszanensis 47.
GATALUS Ioannes L.B., ep. Fogarasiensis 319.
GEDANUM (Gdansk) 38.
GILEWSKI Barnabas, presb. 328. 329.
GLINKA Janczewski Valens, oeconomus 20.
GLINSKI, nobiles 18. 23. 28. 39.
GOAR, auctor libri 278. 280.
GODEBSKYJ (Godebski) Benedictus, archimandrita Dorohobuzensis (1703-11), Grodnensis et Kobrynen. (1713-18) 9. 11. 26.
GODEBSKYJ (Godebski) Theophilus, ep. Pinscen. et Turoviensis (1720-30) 220-222. 225. 233. 237-240. 340. 341.
GODEBSKYJ Ioannes, nobilis 240.
GOTTHAL Nicolaus, vicarius ep. Zagrabien. 112.
GRABOWSKI Stanislaus A., ep. Cuiaviensis (1739-41), Varmien. (1741-66) 346. 349. 350.
GRAECI 10. 190. 191. 320. — graecanicum schisma 99.
GREGORIANUM calendarium 142.
GRIMALDI Hieronymus, nuntius ap. in Polonia (1713-21) 136n. 182. 344.
GRIMING Felix, Theatinus 270.
GRODEK villa 37. 42. 60. 264.
GRODNA civitas 6. 65. 239. — Grodnensis archimandria 26. — posta 10. 11.
GROTUZ Tarnawskyj Michael, OSBM, Archiep. Smolenscen. (1713-19) 29. 63. 136. 137.
GRUNOWSKI Stephanus, OSBM, 19.
GRZYMACKI, parochus 16.
GUARNERI Vincentius, Theatinus 73. 89.
GURSKI Tobias, OSBM, 64.

HAAN Ignatius, commissarius 108.
HALICIA (Halicz) 50. — Haliciensis eparchia 11. 47. 49. 51-54. 130. — metropolia 40. — metropolita 50. 135.
HARABURDZINA, nobilis ruthena 228.
HARASKIEWICZ Jeremias, OSBM, 20. 28. 62.
HODERMARSKYJ Ioannes, nominatus vicarius ap. Mukačoviensis, archimandrita monasterii S. Nicolai, 32. 74. 76. 102. 104. 105. 118. 199. 122-129. 137-9. 142. 145-8. 158-160. 163-6. 172-4. 230.
HODERMARSKYJ Procopius, OSBM, 28.
HODINKA A., scriptor 70. 74. 77. 78. 97. 98. 101n. 102. 109. 118. 122. 123. 125. 126. 128. 133. 137. 139. 140. 141. 166.
HOLOVIENSIS parochus 37.

HOLOWKIN, cancellarius czari Petri I, 48.
HOMAŃSKI Georgius, postae Vars. magister, 11. 18. 39. 40. 42. 47. 48. 60.
HOMONNA, civitas 169.
HOMONNA, de, Georgius, comes 99.
HONORIUS I P.M. (625-638) 291. 293. 310.
HORODISCUM locus 48.
HORODLANY locus 23.
HOSIUS Stanislaus Joseph, ep. lat. Camenecensis (1722-33) 208. 216. 220.
HREBNYCKYJ Florianus, archiep. Polocensis (1716-62), metr. Kiovien. (1748-62) 231. 345. 347-350.
HRYNIEWICZ Theodorus, presb. 16.
HRYNIEWSKI Epiphanius, OSBM, 64.
HULANICKI Ioannes, nobilis 22.
HUNANIAN Vartanus, archiep. Leop. ritus Armeni (1675-1715) 72.
HUNGARIA 3. 33. 69. 76. 140. 142. 144. 150. 153. 155. 163. 169. 203. 266. 319. 321. 324. 331. — imperator rex 124. 324. — primas 331.
HAAN Ignatius, supr. commissarius 108.

JABLONOWSKI Stanislaus, supremus dux exercituum Pol. (1682-1702) 53.
JACHIMOWICZ Iosaphat, OSBM, 30. 47. 60. 64.
JACKOWSKI Ignatius 67.
JAGIELNICKI, OSBM, 15.
JAKUSISC Georgius, ep. lat. Agriensis (1638-42) 100. 145.
JAMUNTOWICZ Martinus, OSBM, 26. 32. 36.
JANCZEWSKI Valentinus, oeconomus Torocanensis 37. 46. 59.
JANIEWICZE villa 17.
JANKIEWICZ Thadaeus, OSBM, 20.
JANOVIENSIS Consistorium Rom. 17. 46. 67.
JANOWICZ Isidorus, superior Pustinensis 60.
JAROSLAVIA civitas 262. 263.
JASINSKI, presb. 39.
JAZBRENIUS Thomas, S.I., 100.
JELENSKI Ignatius, regens Coll. Vilnen. 29.
JEZIEMICKI, nobilis 23.
JUHNOVIECENSIS ecclesia 46.
JUNIEWICZ Damianus, religiosus Scholarum Piarum 11. 44.
JUSZKIEWICZ Ambrosius, superior Vilnensis non unitus 328.
JWANOWICZ Constantinus, princeps 227.

IACHIMOWICZ Michael, decanus Stolicensis 260. 261.
IAROSLAVYČ Ioannes et Theodorus, principes 227.
IESUITAE 36. 109. 154. 186. 235. 236. 256.
IGNATIUS S., patr. Constantinopolitanus († 877) 296. 297.
IMPERIALE, rector Coll. Graecorum 41.
INNOCENTIUS X P.M. (1644-55) 100.
INNOCENTIUS XIII P.M. (1721-24) 212. 267. 320.
IOANNES Casimirus, rex Poloniae (1648-68) 53.
IOANNES Damascenus S., 303.
IOANNES Occlusus, monachus Kioviensis 310.
IOANNES II, rex Hungariae 99. 101.
IOANNES III Sobieski, rex Poloniae (1674-96) 53. 88.
IOSAPHAT Kuncevyč, beatus 20. 44. 55.
IOSEPHUS I, imperator S. Rom. Imp. (1705-11) 30. 76. 102.

KADZILNICA bona 18. 23. 28. 33. 39.
KALINOWSKI Stanislaus, capitaneus 16. 17. 22. 27. 48. 61.
KALNICKI Franciscus, notarius 14.
KALOŠKIEWICZ Metrophanes, superior Sokalien. 13. 15.
KAPARSKI Laurentius, OSBM, 20. 28. 29. 32. 62. 63.
KARAMAN (Caraman) Matthaeus, archiep. Iadren. (1745-71) 330.
KARPILOVIA locus 21.
KASZEWSKI, canonicus Luceorien. 47.
KERIAKOWSZCZYZNA praedium 33.
KIELCIAE civitas 95. 97.
KIERSKI Ioseph, ep. suffr. lat. Posnan. 342.

KIESIL Adamus, succamerarius Vitebscen. 61.
KIOVIA (Kiev) civitas 6. 49-54. 185. — Kiovienses duces 49. — ecclesia S. Sophiae 288. — Laura Pečariensis 288. 290. — metropolia, metropolita 49-54. 104. 127. 135. 272. — palatinatus 187. — sancti Pečarenses (Pimenus, Theodorus, Basilius) 310. 313. — synodus schismatica 288.
KISDI Benedictus, ep. Agriensis (1652-67) 100. 145.
KISILINENSIS decanatus 14.
KISS Ioannes, electus ep. Ansanien. 172.
KISZKA vid. Kyška
KIZIKOWSKI Alexander, notarius 23. 41. 66.
KLEIN Innocentius, ep. Fogarasiensis (1730-53) 319-322.
KLESZCZELONENSIS parochus 65.
KLEWINOVIA locus 38. — Klewinoviense praedium 38.
KLIMONTOWICZ Aemilianus, decanus Bychoviensis 345. 347-350.
KLUBIENICZE villa 62.
KNIAHINIWSKI Iacobus, canonicus 14.
KNYSZYNENSIS parochia 66.
KOBRYNENSIS archimandria-monast. 22. 28. 39. 216. — decanatus 36. 61. — parochia 38. — parochus 36.
KOILNO et MAZURY bona 39. 40. 60.
KOLENDA Gabriel, metr. Kiovien. (1665-74) 53.
KOLONICZIANUM diploma 162. 163.
KOLLONITZ (Colonitz) de, Leopoldus C., card., archiep. Strigonien. (1695-1707) 32. 106. 107. 320.
KOMBORSKI Iacobus M., canonicus Leop. 73.
KOMOROWSKI Ioannes, notarius 39.
KONDRATOWICZ Meletius, OSBM, 28.
KONIECPOLSKI, palatinus 26.
KONOPKA Symeon, OSBM, 20. 28. 29.
KORCERYNSIS parochia 46.
KORCZOVIENSIS parochus 16. — ecclesia 33. 38.
KOREWICZE villa 63.
KOROBANKA Ioannes, proconsul 328. 329.
KORSAK Ioseph, nobilis 62.
KORSAK Raphael, metr. Kiovien. (1637-40) 227.
KORYBUTOWICZ Georgius, princeps 229.
KORYTYNSKI Gabriel, parochus 38. 46.
KOSONICKI Gregorius, decanus 34. 64.
KOSOWICZ, decanus Bielscensis 37. 59. 67.
KOSOWICZOWA Dorota 38.
KOSS Petrus, missionarius 333. 334. 342-3.
KOSTKA Stanislaus, beatus 49.
KOTOWKA villa 18. 28. 39.
KOWALEWSKI Michael, OSBM, 63.
KOWLENSIS decanatus 14.
KOZACZENKO Iustinus, OSBM, 29. 45. 64.
KOZAKIEWICZ Sergius, OSBM, 11. 29. 48.
KOZLINSKI Methodius, OSBM, 22.
KRASICKI, comes 22. 23.
KRASNOPUSTYNENSIS igumenus 92.
KRASNOSTAVIA (Crasnostavia) 193.
KRASNOWSKI, parochus 28.
KRECHOVIENSIS igumenus 91.
KROKOWSKI Ioasaph, metr. non unitus Kiov. (1707-18) 53. 103n.
KRUSCAY Stephanus, canonicus 144.
KRUHEL locus 27.
KRUSZEWICZ Hilarion, OSBM, procurator in Urbe (1710-12) 10. 40. 47. 54.
KRZECZETOWSKI, nobilis 29. 63.
KRZYWOSZANSKI Calixtus, OSBM, 60.
KWASOW bona 18. 210.
KWASZYNSKI Stephanus, decanus 16. 34. 36. 45. 61. 67.
KUBLICKI Chrisostomus, OSBM, 18. 20. 27. 58.
KULCZEWSKI, sacerdos 46.
KULČYCKYJ Porphyrius, ep. Pinscen. et Turov. (1703-16) 21. 22. 34. 64. 67. 136. 137.
KUPIATICENSE monast. 229.
KUPIECZOVIA locus 21. 22. 23. — Kupieczoviensis parochus 19.
KURHANOVYČ S.V., auctor 4.

KYŠKA Leo Lucas, protoarchimandrita OSBM (1703-13), ep. Vladimiriensis, metr. Kioviensis (1714-1728) 8-68. 88n. 120. 131n. 132. 134. 135. 138. 155. 216. 235. 238. 240. 268. 269.

LADA, nobilis 37-39. 42. 44. 59. 60. 65.
LADOMIRSKI Alexius, archidiaconus 101.
LANIEWSKI Florianus, OSBM, archimandrita 264.
LAODICENA synodus 283.
LASCARIS Georgius, Theatinus 332. 351. 353.
LASZCZEWSKI Nicolaus, notarius 239. 262.
LAVROVIA (Lavriv) opp. 125.
LAWRYSZOVIA locus 19. 61.
LEBECKYJ (Lebiecki) Stolpovyckyj Cornelius, protoarchimandrita (1727-29), ep. Vladimirien. (1929-30) 8n. 326. 327.
LEO, dux Haliciae 50.
LEO X P.M. 143.
LEOPOLDUS I, imperator S. Rom. Imp. (1657-1705) 140n. 144. 159. 166. 169. 172. 203. 320.
LEOPOLIS (Lviv, Lwów) civitas 10. 50. 71. 73. 88. 97. 126. 128. 130. 133-4. 178. 179. 182-7. 193. 196. 204-9. 215. 264-271. 315. 338. — Leopoliense Collegium Armenorum et Ruthenorum 10. 75. 120. 127. 151. 182. 194-201. 204-209. 211. 350-354. — Confraternitas Stauropigiana 182. 185. 264. 265. — eparchia 51-54. 80. 130. 187. 207. — episcopus 129. 151. 184. 187.
LESCYNENSIS archiamandrita vid. Fylypovyč P.
LESKIEWICZ Casimirus, OSBM, 17.
LESZCZYNSKI Stanislaus 5. 6.
LEVYCKYJ (Lewicki) Ioseph, superior Chelmensis, ep. Chelmen. et Belz. (1711-30) 8. 9. 11. 15. 23. 24. 31. 33. 39. 42. 48. 61. 136. 137. 155-7. 186. 202.
LIPCZEWSKI Ioannes, patronus causarum in Nuntiatura 10. 18. 23. 39. 60.
LIPPAY Georgius, primas Hungariae et archiep. Strigonien. (1645-66) 100. 140n. 145.
LIPSKI Ioannes Alex., card., ep. Cracovien. (1732-46) 344. 346.
LISANSKYJ Heraclius, OSBM, 8n.
LITOVISIA locus 15. 16.
LITUANIA 16. 21. 23. 44. 50. 55. 56. 61. 88. 143. 182. 186. 218. 228. 231. 331.
LOKACZENSIS decanatus 14.
LOMAZENSIS parochus 16.
LOMIKOWSKI Parthenius, igumenus 83. 88.
LOSOWICZ (Lossowicz) Melchior, OSBM, 8. 33.
LOZOWSKI Martinus I., decanus 339.
LUBIENSKI Casimirus, ep. Cracovien. (1711-20) 97n. 128.
LUBLINENSIS ecclesia 22.
LUBOMIRSKI familia 6.
LUBOWIDZKI, prior O.P. 116.
LUCEORIA (Luck) civitas 196-198. 206. 207. 225. 339. — Luceoriensis eparchia 10. 11. 14. 19. 22. 23. 50. 103. — episcopus 4-7. 117. 118. — monasterium 339.

MACARIUS, metr. Kiovien. et Halicien. (1534-56) 51. 53.
MAKOWSKI Petrus, notarius 73.
MALACHOWSKI Ioannes, ep. Cracovien. (1681-99) 57. 96.
MALACHOVSKYJ Ioannes, ep. Peremyslien. (1669-91), Chelmen. (1692-3) 57.
MALCZE opp. 36; Malczensis parochus 38.
MALCZEWSKI Basilius, presb. 17. 26. 27.
MALEWICZ Pachomius, OSBM, 28. 30. 62.
MALSKI Sylvester, OSBM, 340.
MALYNSKA, monialis Pinscensis OSBM 243. 247. 250. 254.
MANTUROWICZ Sylvanus, OSBM, 15. 60.
MARAMOROŠ (Marmatia) comitatus 98. 146. 147. 163. 203. 230. 266. 267. 319. 321-324. — Maramorosiensis eparchia 105. 106n. 229-230. — episcopus 97. 104. 107. 108. 111. 125. 321-326.
MÁRTONFFI Georgius, ep. lat. Alba Iuliensis (1714-21) 175. 176. 192.

MASKIEWICZ Martianus, OSBM, 30
MATUSEWICZ Carolus, OSBM, 18. 40. 60.
MAWIECKI Ludovicus, vexillifer 19.
MAZURY et KOILNO bona 33. 39. 40. 60.
MELCHIORINI (Malcherini) Ioannes, doctor medicinae 21. 29.
METAPHRASTES Simeon, scriptor eccl. 312. 314.
MEŻYK, princeps moscoviticus 64.
MICHALEWICZ Ioseph, OSBM, 48.
MIELCENSE (Milcense) monasterium 34. 49. — Mielcensis abbas 155. 217.
MIELNICENSIS decanatus 45. 67.
MIHUNIEWICZ Polycarpus, OSBM, secretarius protoarchim. 9. 11. 15. 67. 122. 136.
MINSCENSE monasterium monialium 23. 62. — ecclesia 62.
MITKIEWICZ Gabriel, presb. 39. 49.
MOHILOVIA (Mohyliv) civitas 327-329. — Mohiloviensis episcopatus 235. 345. 347-350. — pseudo-ep. 234. 345.
MOLDAVIA 155. 162.
MONTECUCULI, generalis 107.
MONTI Philippus, secr. S. Congr. de P.F. (1735-43), card. 333. 337.
MORO Hieronymus, Theatinus, rector sem. Leop. (1741-60) 354.
MOSCOVIA (Mosqua, Moschovia) civitas et imperium 4. 5. 49. 67. 75. 103n. 185. 231. — Moscoviae dux-czar 11. 43. 48. 50. 68. 221. 234. — Moscovitae-moschi 17. 37. 43. 63. 65. 244. — patriarcha 50.
MSCISLAUS Swiatopolk, princeps 310.
MUKAČEVO (Monkacz, Mukačiv) civitas 69. 122. 127. 152. 163-5. 203. 204. 229. 266. 322. 323. — districtus 98. 147. — Mukačoviensis clerus-presbyteri 118. 119. 141-150. — episcopus 10. 30. 32. 33. 41. 99. 102. 123. 157-9. — monasterium S. Nicolai 126. 128. 142. — vicariatus ap. 76. 77. 80. 93. 109. 110. 125. 126. 131. 132. 138-149. 152. 153. 157-176. 203. 204. 229-231. 319-321.
NAGYBANYENSIS residentia S.I. 161. 162. 164.
NAHUIEWSKI Ambrosius, OSBM, 11. 23. 41. 48.
NAZARKO I., OSBM, scriptor 49n.
NIEDZIELSKYJ Macarius, OSBM, 19.
NIETRZEBINSKI Michael, OSBM, 38. 64.
NISKINICENSE monasterium 15. 16.
NIWINSKI, oeconomus Orszanensis 28.
NOVOGRODEK civitas 135-137.
NOWICKI Bartholomaeus, OSBM, superior Brestensis 17. 37. 46. 47.
NOWICKI, parochus 64.
NOZYNSKI, commissarius 63.

OCHABSKI Zacharias, religiosus Ord. Scholarum Piarum 41. 47.
ODESCALCHI-ERBA Benedictus, nuntius ap. in Polonia (1712-13) 116. 117. 135.
OGINSKI Martianus, castellanus Vilnen. 25.
OHURCEWICZ Ianuarius, OSBM, rector Vladimirien. 9. 14. 22. 23. 40. 66.
OMELANOWICZOWA Teressa, civis Vilnensis 60.
OLESZEWSKI Ioannes, OSBM, 21. 29. 32. 34. 40. 122.
OLIVIERI, card. 182. 185. 186.
OLOMUCIUM civitas 13. 113.
OLŠAVSKYJ (Olszawski) Simeon, ep. Mukačovien. (1735-37) 331. 335.
OLSZAWSKI Franciscus, thesaurarius Livensis 259. 260.
OLSZEWSKI Pachomius, OSBM, 18. 22. 33. 46.
OPOLE locus 17. 26.
ORANSKYJ Vojna Gedeon, ep. Chelmen. et Belz. (1693-1709) 9. 40.
ORANSKYJ Georgius, dapifer 16. 18. 22.
ORANSKYJ Stanislaus, vexilifer 40.
ORLA 39. 44. 59. 65. — Orlanensis (Orlensis) ecclesia 38. 39. 59. 60. 66. — parochia 39. 49. — subditi 44. 65. 66.
ORLOWSKI Pantaleon, OSBM, 13. 23.
ORSZA opp. 62n.
ORTELENSIS parochus 16.
OSNOWSKI Dominicus, pincerna 47. 60.

OSOLINSKI, nobilis 46.
OSTROWSKI Bonifacius 33.
OSTROZSKYJ Constantinus, dux Ostrogien., palatinus Kiov. (1558-1608) 52.
OZGA Samuel, ep. Kiov. et Černihovien. lat. (1723-56) 216. 220.

PADALSKI Theodosius, OSBM, 13. 19.
PALAMA Gregorius, scriptor eccl. 296-298.
PALLAVICINI Opitius, nuntius in Polonia (1680-86) 88.
PANCERZYNSKI Carolus Petrus, ep. Vilnen. lat. (1723-29) 263. 264.
PASYKOVIENSIS parochus 38. 65.
PASZKIEWICZ Ioannes, parochus 61.
PATAKY Nemes de, Ioannes, ep. Fogarasien. (1721-27) 153. 154. 176. 190-192. 209. 210. 229. 230. 267. 325.
PAULUCCI (Paulutius) Fabritius, card., Secr. Status (1700-1721) 102. 122n. 211.
PAWLOWICZ, parochus Vladavien. 27. — Marianna – uxor eius 26.
PEKAR A., OSBM, scriptor 76n. 98n. 99n. 100n. 102n. 105n. 106n.
PEREIASLAVIENSIS episcopatus 49.
PEREHINSK bona 53.
PETERBURGUM civitas 63.
PETRA Vincentius, card., praefectus S. Congr. de P.F. (1727-47) 265. 331. 333. 334. 342. 344. 350. 352. 353.
PETROVAN Seraphinus, ep. Maramorosien. (1711-17) 106. 107. 111n.
PETROVYČ Parthenius Petrus, ep. Mukačovien. (1651-65) 100n. 101.
PETRUS et ALEXIUS, metropolitae Kiovien. 65.
PETRUS I, czar Moscoviae (1682-1725) 5n. 14n. 103n.
PHOTIUS, patr. Constantinop. (858-67) 296-298.
PIASECKI Andreas, cancellarius 339.
PIASECKI Stanislaus, OSBM, concionator 30.
PIATKOWSKI Simon, oeconomus 14. 19. 22.
PIATYDINE villa 22. 23.
PIAZZA (Platea) Iulius, nuntius ap. Vindobonensis (1709-13) 71n. 109. 124.
PICCIONI Flaminius, scriba Curiae Rom. 103. 104.
PIEHOWICZ Innocentius, OSBM, auditor metropolitae, archimandrita Mielecen. (1711-30) 8. 9. 18. 19. 23. 37. 39. 48. 89. 238. 239. 262. 336.
PIESZKIEWICZ Sylvester, OSBM, procurator in Urbe (1700-10), archiep. Polocen. (1710-14) 11. 18. 20. 23. 27. 32. 40-42. 44. 63. 68. 70. 132. 136-138.
PIETKIEWICZ Iosephus, protoarchimandrita (1686-90) 47.
PIMENUS, dubius sanctus 310.
PINSK (Pinscum) civitas 33. 220. 222. 224. 228. 233. 237. 240-262. 317. 326. — Pinscensis cathedralis 240. — ecclesia S. Barbarae 240. — eccl. S. Theodori 228. 229. — eparchia 225-229. — moniales 241.
PIOTROWICZ Daniel, OSBM, 29. 62. 64.
PLASKIEWICZ Alexius, OSBM, 59. 65.
POCIEY (Potij) Hypatius, metr. Kiovien. (1600-13) 52. 53.
POCIEY Ludovicus, supremus dux exercituum Lituaniae 15. 25-27. 48. 59-61. 63.
POCZAIOVIENSE monaster. 117. 340.
PODHAYCE locus 15.
PODOLIENSIS palatinatus 50. — palatinus 188.
PODROZNICKI Theophilus, OSBM, 36.
POLESENSIS decanatus 61.
POLOCIA (Polock) civitas 62. 63. 68. — Polocensis archieparchia 29. 131. 132. 138. 140. 141. 231. 235. 345. — archiepiscopus 137. 231. — cathedralis 43. — monasterium 11.
POLONIA 5. 41. 44. 50. 52. 55. 56. 77. 147. 148. 157. 160. 183. 187. 202. 215. 218. 219. 228. 233. 334. 345. — nuntius ap. 128. 138. 141. 151. 152. 177. 186. 205. 210. 216. 217. 220. 234. 236. 239. 331. 334. 342. 345. 351. 352. 354.
POLUCZEWSKI, decanus 45. 49. 59. 67.
POSNANIENSIS Academia 342.
POSONIA civitas 98. 102. 123. 140. 169. 203. 335. — archivum Capituli 98. — monasterium Maria Thall 124. 147.
POTIJ (Pociey) Hypatius, metr. Kiovien. (1600-13) 52. 53.

PÖSPEKI Ioannes, canonicus Agriensis 325.
POTOCKI, praefectus vigiliarum 15. 16.
POTOCKI Theodorus, archiep. Gnesnen. (1723-38) 216. 220.
POWSTANSKI Chrysanthus, OSBM, 45.
PREMYSLIA (Peremyšl) 138. 139. 180. — Premysliensis eparchia 8n. 10. 50. 54. 55. 127. 129. 132-135. 187. 207. — seminarium 10. 11. 41. 113. 114. 120. 151.
PREÜSCHHOFF Ioannes, S.I., professor 45.
PROCEVYČ Basilius, superior Vilnen. 20. 28. 29. 33. 34. 68n. 69. — Protoarchimandrita OSBM (1713-17) 122. 136.
PROKOPOVYČ Iacobus, OSBM, 15.
PRUDZICKI Porphyrius, OSBM, 32.
PRUŽANENSIS decanus 36. 37. 46. 61.
PRZEWLOCKI Lucas, OSBM, 63.
PRZYLEPY villa 61.
PUCKOWSKI decanus 26.

RADKIEWICZ, oeconomus Tryszynen. 17. 31. 37.
RADKIEWICZ Ignatius, OSBM, 17.
RADONICENSIS parochus 19.
RADZIWILL Carolus, M. Cancellarius Lituaniae (1698-1719) 4. 5n. 7. 15. 17. 21. 26. 28. 36. 61.
RADZIWILL Michael, incisor M.D. Lituaniae 61.
RAHOZA Michael, metr. Kiovien. (1589-99) 51-53.
RAKOCIANA rebellio 155. 170.
RASCIANI 190-192. 320.
RAVA opp. 15.
RAVACZ Franciscus, S.I., 142. 143. 161. 162.
REDANASCHI Caesar, procurator Theatinorum in Urbe, 332.
REDANASCHI Ioseph, Theatinus, rector seminarii Leop. 177. 206n. 211. 216. 270. 332. 334.
RETZEN (Recen) Ignatius, OSBM, 38. 45.
RIGA civitas 11. 29.
ROGIŃSKI Iosaphat, OSBM, 15. 217.
ROGOZNO villa 13.
ROMA (Urbs) 8n. 10. 11. 20. 32. 60. 68. 76. 112. 124. 127. 128. 137. 142. 147. 171. 175. 181. 185. 191. 210. 212. 331. 333. 334. 345-350. — Collegium Romanum 23. — Curia Romana 142. 144. 145. 153. 160.
ROMANOWICZ Sylvester, consul Bielscensis 59.
ROMANOWSKI Procopius, presb. 66.
ROSISCENSIS praepositura 47.
ROSSI, Theatinus 353.
ROSTOVIENSIS episcopatus 49.
ROŽANENSIS parochus 17. 26.
ROXOLANA ecclesia 135. 136. 265. 266. — gens 206. 289. — provincia 207.
ROZDZIALOWSKI Martinus, parochus 249-251.
ROZNIATOWSKI Clemens, OSBM, 15. 22. 37. 42. 60.
ROZYNSKI Nicolaus, nobilis 244. 245.
RUDNYCKYJ (Rudnicki) Theodosius, ep. Luceorien. (1731-51) 336. 339. 340.
RUSIECKI, nobilis 40.
RUSPOLI B., secr. S. Congr. de P.F. (1724-30) 264.
RUSSIA (Ruś) 12. 44. 49-51. 143. 182. 186. 330. — Rubra 8. 265. — metropolita Russiae 77. 119. 127. 135. 160. 190. 235.
RUSZCZYC, presb. 39. 59.
RUTA opp. 19. 21. 23.
RUTHENA ecclesia *passim*
RUTSKYJ (Rutski) Velamin Ioseph, metr. Kiovien. (1613-37) 53.
RYMKIEWICZ Samuel, OSBM, 27.
RYPINSKI Alexander, admin. Rutensis 19. 21. 34. 45. 61.
RZEWUSKI Stanislaus, palatinus Podlachiae 9. 15. 23. 24.

SADOWSKI, castellanus Brestensis 17. 34. 46.
SACRIPANTE Ioseph, card. praefectus S. Congr. de P.F. (1704-27) 3n. 20. 72. 109n. 125n. 141n. 211. 265. 317.
SALAROLI Alexander, Theatinus 205.
SAMBORIA (Sambor) civitas 8. 9. 12. 13. 25.

SANTINI Vincentius, nuntius ap. in Pol. (1721-28) 196. 208.
SAPIEHA Antonius, venator M.D.L. (1739-46) 346. 347.
SAPIEHA Ioseph, ep. coad. Vilnen. (1737-54) 346-348.
SAPIEHA Vladislaus, palatinus Brestensis 15. 17.
SARNACKA Anna, dapifera Mielnicensis 46.
SAWICZ, D.nus 113.
SAWTYCZ Martinianus, OSBM, 29.
SAXONIA, de, Christianus Aug., ep. Iaurensis, card. († 1725) 77. 79. 94. 97. 98. 102. 105. 106. 108. 109. 111. 118n. 122-124. 126. 137-140. 143. 145-149. 159.
SCHIARA Thomas, procurator gen. Theatinorum in Urbe 151.
ŠEPTYCKYJ Athanasius, ep. Leopolien. (1715-46), metr. Kiovien. (1729-46) 8n. 30n. 264. 265. 269. 314. 315. 332.
ŠEPTYCKYJ Barlaam, ep. Leopolien. (1710-15) 49. 80. 91. 93. 103. 117. 118. 128. 130. 131. 136.
SEVERINOWICZ Ioannes, presb. 340-342.
SIDOROWICZE opp. 345. 349. 358.
SIELAVA Antonius, metr. Kiovien. (1641-55) 53.
SIELCENSIS parochia 64. 65.
SIENIAWSKI Adamus, supr. dux exercituum 22.
SIGISMUNDUS I, rex Poloniae (1506-48) 50-51. 226-228.
SIGISMUNDUS III Vaza, rex Poloniae (1587-1632) 52. 53. 227.
SINKIEWICZ Dionysius, igumenus 83.
SKARBEK Ioannes, ep. suffr., postea archiep. Leop. lat. († 1733) 73. 183. 185. 187-189. 200. 201. 204. 205. 216. 220.
SKIRMONT Alexander, praefectus arcis Pinscensis 258. 259.
SKIRYN Ioannes, parochus 44.
SKRAŽYNSKI Adrianus, religiosus non unitus Vilnen. 28.
SLOWATYCZE opp. 26.
SLUCENSE monast. 328.
SMARSZCZEWSKI Borys, parochus 18.
SMOLENSENSIS archiepiscopatus 22. 26. 64.
SOKAL opp. 22. — Sokaliensis decanatus 14.
SOKOLINSKYJ Drucki Laurentius, OSBM, archiep. Smolen. (1719-27) 27. 32. 41. 42. 44. 63. 68.
SOKOLOVSKYJ Iosaphat, OSBM, 38.
SOLOVKI insula 5n. 75.
SOSNOWO bona 17.
SOLTAN Ioseph, metr. 25. 264.
SPINOLA (Spinula) Nicolaus, nuntius in Polonia (1707-12) 32. 41. 42. 49. 93. 102. 130. 174n. 176. 178. 195. 211.
STAMPA C.G., card. Mediolan. 342-344.
STARZYSKA, villa 187.
STAUROPIGIANA Confraternitas Leopoliensis 182. 185. 264. 265. — revisio librorum liturgicorum a Confraternitate edit. 279-316.
STEFANOWICZ Ioannes, presb. 26.
STOJKA Ioseph, ep. Maramorosien. (1690-1711) 98n. 105n. 324.
STRIGONIENSIS archiepiscopatus 109. — archiepiscopus 145.
SUDZILOVIENSE praedium 11.
SUPRASLIENSIS archimandria 8-68. (passim); 135. 217. 222. 263. 264. — puncta ad observandum data a protoarchim. Leone Kyška 65. — typographia 39. 48. 223.
ŠUMLANSKYJ Cyrillus, administ. Luceorien. 13. 22. 26. 102. 103.
ŠUMLANSKYJ Ioseph, ep. Leopolien. (1676-1706) 53. 131.
SWIADNICKI Barnabas, OSBM, 20. 60.
SYCZYNSKI Theodosius, OSBM, 83.
SZANIAWSKI Constantinus Fel., ep. Vladislavien. (1705-20) ep. Cracovien. (1720-32) 5n. 9. 216. 220.
SZANIAWSKI Ioannis T., ep. aux. Aep.pi Leop. Arm. 208.
SZAWNICKI Simon, clericus 262. 263.
SZCZAWINSKI Remigianus, canonicus 66.
SZEMBEK Antonius, ep. Gnesnen. (1739-48) 216. 220. 346. 348.
SZEMBEK Ioseph, ep. Chelmen. (1733-52) 335. 336.

SZEMBEK Stanislaus, archiep. Gnesnen. (1706-21) 43. 44. 48.
SZEMBORSKI Stephanus, oeconomus 46. 49. 60. 67.
SZEPTYCKI vid. Šeptyckyj
SZIGETH comitatus 229-230.
SZOSTAKOWSKI, OSBM, 245. 247-50. 253. 258-261.
SZYSZKI Gedeon, vicarius gen. Albae Russiae non unitus 327-329.
SZUMLANSKI vid. Šumlanskyj
SZUNYOGH Franciscus, S.I., 106. 107.
SZUYSKI Stanislaus, thesaurarius 247. 248.
SZYMBAROWICZ Innocentius, OSBM, 18. 46.
SZYSKIEWICZ Samuel, OSBM, 61.

TARASOVYČ Basilius, ep. Mukačovien. non unitus (1633-51) 99.
TARNOCSY Matthias, ep. Vacensis (1650-55) 100. 145.
TERAVSKYJ (Terawski) Sylvester, OSBM, 8. 9. 11. 26.
THEATINI Leopolien. 10. 41. 114n. 182. 195. 208. 209.
TERLECKYJ, nobiles 20. 37.
TEWELOVIENSIS ecclesia 17. 36. 46.
TOLOCZKO Constantinus, OSBM, 38. 64.
TOMILLOWICZ Antoninus, OSBM, 29. 30n. 39. 45. 60. 61.
TOPILEC bona 25. 41. — Topilcense praedium 38. 39.
TOROKANENSE monasterium, OSBM, 10. 18. — bona 18. 27. 61.
TRANSYLVANIA 139. 140. 153. 154. 161. 162. 192. 319-321. — Transylvanenses alumni 175. 176. — dioecesis 176. 210.
TRAVASA, Theatinus 204. 205.
TRIDENTINUM concilium (1545-63) 179. 333.
TROMBETTI Stephanus, Theatinus, rector seminarii Leop. (1706-23) 4n. 10. 73. 88. 113. 115. 116. 129n. 133n. 134. 138. 141. 151. 180. 193-201. 204-207.
TRULEVYČ Benedictus, OSBM, procurator in Urbe (1712-26) 32. 42. 203n. 268n.
TRYSZYNENSE praedium 27. 31. 32. 40. 46. 47. 49. 67.
TUČAPSKYJ Macarius, ep. Leopolien. (1539-49) 51-53.
TUROVIENSIS et Pinscensis eparchia 226-229.
TYLIČ (Tylicz) opp. 57. 95-97. — Tyličensis ecclesia ritus Rutheni 54. 57. 95-96.

UNIV (UNIOVIA) 117. 332. — Uniovien-sis archimandria 81. 103. — Capitulum OSBM (1711) et Constitutiones 80-91. — nomina participantium Cap. Unioviensis 91-93.
URBANUS VIII P.M. (1623-44) 53. 56. 58. 121. 185.
UROŽ 8. 10. 120.
USLINGHI Carolus, canonicus Romanus 336.
USTRYCKYJ (Ustrzyski) Hieronymus, ep. Premyslien. et Samborien. (1715-46) 180. 201. 202. 207. 208.

VALACHI uniti 153. 190-192. 319. 320. 324. — arriani 162. — episcopi 324. 325.
VALENTI Gonzaga Silvius, card., secr. Status (1740-47), praefectus Congr. de P.F. (1747-56) 346-350.
VARSAVIA civitas 3. 4. 18. 23. 30. 32. 39. 42. 48. 60. 68. 127. 195. 210. 239. 269. 335. 336.
VERCHOVIENSE monasterium 34. 60.
VILNA civitas 19. 27. 28. 29. 34. 68. 70. 231. — Vilnense monast. 27. 29. 33. 34. 62. 328.
VINDOBONA (Vienna, Wien) civitas 77. 78. 95. 105. 107. 108. 111. 122-124. 147. 153. 154. 159. 162. 163. 169. 171. 175. 176. 210. 331. — Vindobonensis aula imperialis 3n. 74. 77. 78. 98. 105. 110. 123-125. 138. 140. 153. 267. 319. — nuntius ap. 77. 79. 94. 98. 104. 105. 115. 126. 138. 140. 145. 148. 153. 157. 174. 203. 267. 334.
VITRYNSKYJ (Wietrzynski) Maximianus, OSBM, 21. 28. 29. 202. 210. 216.
VLADIMIRIA civitas 11. 13-19. 21-23. 29. — eparchia 10-12. 15. 42. 68. —

episcopus 12. 45. 50. — iuramentum ep.pi 10.
VLADIMIRUS Magnus, princeps Ruś Ucrainae 49. 313.
VLADISLAVIENSIS ep. lat. vid. Cuiaviensis
VLADISLAUS IV Vaza, rex Poloniae (1632-48) 226-229.
VLODAVIA locus 25-27. — Vlodaviensis decanatus 27. 61. — ecclesia 17. — parochia 26.
VOLČANSKYJ (Wolczanski) Ioseph, ep. Mohilovien. non unitus (1732-45), dein metr. Moscovien. 327-329. 345. 347-350. — nomina participantium in sua electione ad ep. Mohilovien. 329.
VOLINIA 5. 6. 8. 27. 59. 67. 69. 117. 187.
VOLODKOVYČ (Wolodkowicz) Philippus Felicianus, ep. Chelm. et Belz. (1730-58) 336. 337.
VYHOVSKYJ Ioseph, ep. Luceorien. et Ostrogien. (1716-30) 136. 196-198. 206-207.
VYNNYCKYJ (Winnicki) Georgius, metr. Kiovien. (1708-13) 8-68 *passim*; 88n. 97n. 103. 110n. 113-116. 120. 127. 129n. 133n. 135. 194.
VYNNYCKYJ (Winnicki) Innocentius, ep. Premyslien. (1680-1700) 55.
VYNNYCKYJ (Winnicki) Ioseph, OSBM, 20.

WAKULSKI Symphorianus, OSBM, 28. 29.
WASILEWSKI Gregorius, OSBM, 29. 62.
WASILEWSKI Hieronymus, presb. 64. 65.
WASILEWSKI Ioseph, parocus 64.
WAWRYK M., OSBM, scriptor 8n. 62n.
WIERZBILOVIA opp. 62. — Wierzbilovienses census 29. — debita 37.
WIERZCHOWSKI Paulus, OSBM, 23. 42.
WIETRZYNSKI vid. Vitrynskyj
WIRCZEBSKI, instigator Regni 16. 36. 61. 66. 67.
WISLOCKI, dapifer 56.
WOJNAR M.M., OSBM, scriptor 28n. 30n. 47n. 69n. 113n. 122n.
WOLLOWICZ Martianus, marescalcus supr. Lituaniae 59. 63. 67.
WOYSINSKI Iacobus, presb. 256-258.
WYHOWSKI Alexander, ep. Luceorien. lat. (1703-14) 28. 61.
WYSOCZANSKI, OSBM, 339.
WYŻYCKI Nicolaus G., archiep. Leop. lat. (1737-57) 339.

ZABLOCKI Theophylus, S.I., 39. 48. 49.
ŽABOKRYCKYJ (Zabokrzycki) Dionysius, ep. Luceorien. et Ostrogien., unitus ab an. 1702 († 1716 circa) 4-7. 9. 10. 13. 19. 48. 68. 76. 75. 103n.
ZAGRABIENSIS dioecesis 152. — episcopus 111. 112.
ZAHOROVIENSE monasterium 40.
ZALENSKYJ nobiles 10. 28. 36. 39. 40. 60.
ZALENSKYJ Slubič Leo, metr. Kiovien. (1695-1708) 9. 12. 13. 14. 16. 18. 23. 28. 33. 36. 39. 40. 42. 53. 59.
ZALENSKYJ Sigismundus et Carolus 16. 23. 40. 42.
ZALESIE praedium 62.
ZALUSKI Andreas Chrys., ep. Plocensis 216. 220.
ZAMOSCIA 9. 13. 23. 60.
ZAMOSCIANA synodus 8n. 30n. 195. 201. 213. 220. 221. 225. 237-263. 268. 271. 277. 278. 282. 287. 299. 316. 340.
ZANKEVYČ (Zankiewicz) Demetrius, OSBM, 19. 21. 30. 32. 61.
ZARANEK Casimirus, capitaneus 39. 60.
ZARENSIS (Iadrensis) archiep. 330.
ZAWADZKYJ Antonius, protoarchimandrita OSBM (1719-26) 21. 32. 44. 45. 60. 122. 136.
ZAWADZKYJ Casimirus, OSBM, 64.
ZEMPLINIENSIS comitatus 158. 167
ŽENICHOVSKYJ Metrophanes, OSBM, 16. 26. 36. 37. 61. 67.
ZIĄTKIEWICZ Nicolaus Scabinus, notarius ap. 216. 270. 314.
ZMAIEVIČ V., ep. Iadrensis 330.
ŽOCHOVSKYJ Cyprianus, metr. Kiovien. (1674-94) 264.
ŻUKOVSKYJ Hiacinthus, igumenus Pitrecensis 83. 92.
ŻUMBICKYJ (Zumbicki) Stephanus, OSBM, 28.
ZYPOWSKI Cornelius, parochus 17. 27.
ŻYROVICIUM 23. 63. 64.
ZYDYČINENSIS archimandria 9. 48.

II

ELENCHI PONTIFICUM, NUNTIORUM, METROPOLITARUM, EPISCOPORUM, REGUM ETC. (1711-1740)

1. Pontifices Romani

Clemens XI	1700-1721
Innocentius XIII	1721-1724
Benedictus XIII	1724-1730
Clemens XII	1730-1740
Benedictus XIV	1740-1758

2. Nuntii Apost. Varsavienses

Spinola Nicolaus	1707-1712
Odescalchi Benedictus	1712-1713
Grimaldi Hieronymus	1713-1720
Archinto Hieronymus	1720-1721
Santini Vincentius	1722-1728
Merlini Camillus	1728-1738
Serbelloni Fabritius	1738-1746

3. Nuntii Apost. Vindobonenses

Piazza Iulius	1709-1713
Spinola Georgius	1713-1720
Petrucci Ubaldus (intern.)	1720-1721
Grimaldi Hieronymus	1721-1731
Passionei Domenicus	1731-1738
Merlino Camillus	1738-1745

4. Praefecti S.C. de Prop. Fide

Sacripanti Ioseph	1704-1727
Petra Vincentius	1727-1747

5. Secretarii S.C. de Prop. Fide

De Cavalieri Silvius	1707-1717
Caraffa Aloysius	1717-1724
Ruspoli Bartholomaeus	1724-1730
Forteguerri Nicolaus	1730-1735
Monti Philippus	1735-1743

6. Metropolitae Kiovien. Catholici

Vynnyckyj Georgius	1708-1713
Kyška Leo	1714-1729
Šeptyckyj Athanasius	1729-1746

7. Metropolitae Kiovien. non Uniti

Krokovskyj Ioasaph	1707-1718
Vanatovyč Barlaam	1722-1730
Zaborovskyj Raphaël	1731-1747

8. Archiepiscopi Polocenses

Pieškevyč Sylvester	1710-1714
Hrebnyckyj Florianus	1716-1762

9. Archiepiscopi Smolenscenses

Grotuz Tarnavskyj Michael	1713-1719
Sokolinskyj Druckyj Laur.	1719-1727
Tomylovyč Antonius	1736-1745

10. Protothonii Volodymyr.-Berest.

Kyška Leo	1711-1728
Lebeckyj Cornelius	1729-1730
Godebskyj Theophilus	1730-1756

11. Episcopi Luceorien.-Ostrogien.

Žabokryckyj Dionysius	1702-1715
Vyhovskyj Ioseph	1716-1730
Rudnyckyj Theodosius	1731-1751

12. Episcopi Pinscen.-Turovienses

Kulčyckyj Porphyrius	1703-1716
Ciechanovskyj Ioachim	1716-1719
Godebskyj Theophylus	1720-1730
Bulhak Georgius	1730-1769

13. Episcopi Chelmen.-Belzen.

Levyckyj Ioseph	1711-1730
Volodkovyč Philippus	1730-1758

14. Episcopi Peremyslien.-Samborien.

Vynnyckyj Georgius	1700-1713
Ustryckyj Hieronymus	1715-1746

15. Episcopi Leopolien.-Camenecen.

Šeptyckyj Barlaam	1709-1715
Šeptyckyj Athanasius	1715-1746

16. Episcopi Mukačovienses

Hodermarskyj Joseph, Nomin.	1707
Fylypovyč Polycarpus, Nomin.	1710
Byzancij Georgius	1716-1733
Olšavskyj Simeon	1734-1737
Blažovskyj Gabriel	1737-1742

17. Archiep. Gnenzn. Primates Poloniae

Szembek Stanislaus	1706-1721
Potocki Theodorus	1721-1738
Szembek Christophorus	1738-1748

18. Archiep. Leopolienses Latini

Poplawski Nicolaus	1709-1711
Skarbek Ioannes	1711-1733
Wyżycki Nicolaus	1733-1757

19. Episcopi Cracovienses

Lubienski Casimirus	1711-1720
Szaniawski Felicianus	1721-1732
Lipski Ioannes, Card.	1732-1747

20. Episcopi Peremyslien. Latini

Bokum Ioannes	1700-1718
Szembek Christophorus	1718-1724
Fredro Alexander	1724-1734
Czapski Valentinus	1735-1741

21. Episcopi Vilnenses Latini

Brzostowski Constantinus	1687-1722
Ancuta Matthias	1722-1723
Pancerzynski Carolus	1723-1729
Zienkowicz Michaël	1730-1762

22. Episcopi Chelmen. Latini

Lubienski Casimirus	1705-1711
Wolff Theodorus	1712
Szembek Christophorus	1712-1718
Fredro Alexander	1718-1724
Hozyjusz Stanislaus	1724-1732
Szaniawski Felix	1732-1733
Szembek Joseph	1733-1752

23. Episcopi Luceorien. Latini

Wyhowski Alexander	1702-1714
Przebendowski Joachimus	1714-1721
Rupniewski Stephanus	1721-1731
Lipski Ioannes	1731-1732
Zaluski Andreas	1732-1739

24. Protoarchimandritae Basilianorum

Kyška Leo	1703-1713
Procevyč Basilius	1713-1717
Vitrynskyj Maximianus	1717-1719
Zavadzkyj Antonius	1719-1723
Vitrynskyj Max. (reint.)	1723-1724
Zavadzkyj Antonius	1724-1726
Lebeckyj Cornelius	1726-1729
Tomillovyč Antoninus	1730-1736
Polatylo Basilius	1736-1742

25. Procuratores gen. in Urbe

Kruševyč Hilarion	1710-1712
Trulevyč Benedictus	1712-1726
Żyravskyj Patricius	1726-1728
Kulčynskyj Ignatius	1728-1735
Zavadzkyj Maximilianus	1736-1740

26. Capitula gen. Basilianorum

Vilnense VI	1713
Novogrodecense V	1717
Chelmense	1719
Novogrodecense VI	1719
Bytenense III	1726
Novogrodencense VII	1730
Bytenense IV	1736
Leopoliense	1739

27. Imperatores S. Romani Imperii

Leopoldus I	1657-1705
Josephus I	1705-1711
Carolus VI	1711-1740

28. Car Moscoviae

Petrus I Romanov	1682-1725
Catharina I	1725-1727
Petrus II Romanov	1727-1730
Anna Ivanovna	1730-1740

29. Reges Poloniae - M.D.L.

Federicus Augustus II (2 v.)	1709-1733
Stanislaus Leszczynski (2 v.)	1733-1734
Federicus Augustus III	1733-1763

30. Cancellarii Regni Poloniae

Szembek Ioannes	1711-1731
Zaluski Andreas	1735-1746

31. Magni Cancellarii Lithuaniae

Radziwill Carolus	1689-1719
Wisniowiecki Michaël	1720-1730
Sapieha Ioannes	1735-1751

III

INDEX CHRONOLOGICUS DOCUMENTORUM
(vol. V: 1711-1740)

1. - 28. 2.1711: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 3
2. - 6. 3.1711: Ep. D. Žabokryckyj M. Cancellario Radziwill..... 4
3. - 14. 3.-30.4.1711: Excerptum ex «Actis Kiscianis»..... 8
4. - 12. 4.1711: Aep. S. Pieškevyč Congregationi de P.F..... 68
5. - 17. 6.1711: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 70
6. - 28. 6.1711: Instrumentum electionis I.Augustinowicz, ep. Armeni 71
7. - 1. 7.1711: Ep. nomin. J. Hodermarskyj cuidam Praelato..... 74
8. - 15. 7.1711: Ep. electus I. Augustinowicz Congregationi de P.F. 74
8a. - 21. 7.1711: Ep. D. Žabokryckyj Clementi XI P.M..... 75
9. - 8. 8.1711: Vic. gen. G. Bizancij de intrusione Hodermarskyj.. 76
10. - 8. 8.1711: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 77
11. - 15. 8.1711: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 78
12. - 19. 8.1711: Acta Capituli Unioviensis sub ductu ep. B. Šeptyckyj 80
13. - 21. 8.1711: Ep. nomin. P. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 93
14. - 26. 8.1711: Ep. Cracoviensis C. Lubienski de eccl. Tylicensi.... 95
15. - 6.10.1711: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 97
16. - 15.10.1711: Documenta eparchiam Mukačoviensem concernentia 98
17. - 17.10.1711: Card. Ch. de Saxonia Congregationi de P.F..... 102
18. - 31.10.1711: Nuntius Vars. Spinola Congregationi de P.F..... 102
19. - 16.11.1711: Secretarius de P.F. D.no Piccioni..... 103
20. - 21.11.1711: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 104
21. - 25.11.1711: Ep. S. Petrovan cardinali Ch. de Saxonia..... 106
22. - 30.11.1711: Ep. A. Anghel cardinali Ch. de Saxonia..... 107
23. - 24.12.1711: Card. Ch. de Saxonia Congregationi de P.F..... 108
24. - 1. 2.1712: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 109
25. - 20. 2.1712: Card. Ch. de Saxonia Congregationi de P.F..... 111
26. - 21. 2.1712: Vicarius ep. Zagrabien. Gotthal Congr.ni de P.F..... 111
27. - 21. 2.1712: Metr. G. Vynnyckyj Patri Trombetti, Theatino.... 113
28. - 29. 2.1712: Metr. G. Vynnyckyj Patri Trombetti..... 115
29. - 13. 6.1712: Ep. B. Šeptyckyj Nuntio Varsaviensi Odescalchi.. 117
30. - 9. 1.1713: Instantia in favorem nominati J. Hodermarskyj.. 118
31. - 30. 1.1713: Stipulatio inter metr. Vynnyckyj et OSBM..... 120
32. - 4. 2.1713: Card. Chr. de Saxonia Secretario Status..... 122
33. - 25. 4.1713: Card. Chr. de Saxonia Secretario Status..... 123
34. - 23. 7.1713: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 125
35. - 30. 9.1713: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 126
36. - 4.10.1713: Informatio de obitu metr. G. Vynnyckyj..... 127
37. - 1.11.1713: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 128
38. - 13.12.1713: Ep. B. Šeptyckyj S. Congregationi de P.F..... 130
39. - 1714: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 131

40. - 5. 2.1714: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 133
41. - 16. 2.1714: Electio ep. Leonis Kyška in metropolitam Kiov.... 135
42. - 17. 2.1714: Hierarchia Unita Congregationi de P.F..... 136
43. - 24. 6.1714: Card. Chr. de Saxonia suo agenti Romano..... 137
44. - 1.11.1714: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 138
45. - 28. 2.1715: Card. Chr. de Saxonia pro Hodermarskyj instat.... 139
46. - 3. 3.1715: Ep. electus Fylypovyč Congregationi de P.F..... 140
47. - 7. 3.1715: Presbyteri Mukačovienses Summo Pontifici..... 141
48. - 20. 9.1715: Card. Chr. de Saxonia suo agenti Romano..... 146
49-51. - 26.12.1715: Ep. nomin. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 147
52. - 1715: Card. Zondadari de rebus Leopoliensibus..... 150
53. - 3. 1.1716: Card. Zondadari de negotiis Leopoliensibus..... 151
54. - 10. 1.1716: Opinio cuiusdam Praelati Romani..... 152
55. - 2. 6.1717: Ep. nominatus I. Pataky Congregationi de P.F..... 153
56. - 9. 9.1717: Ep. Gen. Bizancij Clementi XI P.M..... 154
57. - 16. 4.1718: Ep. J. Levyckyj Congregationi de P.F..... 156
58. - 12. 5.1718: Ep. G. Erdödy Nuntio Vindobonensi (*cum 10 adnexis*) 157
A. - 29. 9.1716: Extractum donationis imp. ep.po G. Bizancij..... 159
B. - 1717: Archim. Hodermarskyj de ep.po G. Bizancij..... 160
C. - 25. 1.1718: P. Fr. Ravasc de modo agendi ep. G. Bizancij..... 161
D. - 9. 2.1718: P. Fr. Ravacs: idem argumentum 162
E. - 15. 2.1718: Archim. Hodermarskyj de eparchia Mukačoviensi.. 163
F. - 12. 3.1718: Archim. Hodermarskyj de modo agendi Bizancii.... 164
G. - 1718: J. Hodermarskyj de abusibus in ep. Mukačoviensi.. 165
H. - 23. 3.1718: Pater C. Tahy de sacerdotibus ruthenis..... 166
K. - 23. 8.1692: Excerptum ex diploma Leopoldi I..... 166
I. - 9. 2.1718: Ep. Erdödy ep.po Gennadio Bizancij..... 167
59. - 23. 5.1718: Declaratio ep.pi Bizancij et J. Hodermarskyj..... 171
60. - 22. 6.1718: Card. Zondadari Secretario de Prop. Fide..... 175
61. - 1.10.1718: Ep. G. Mártonffi Nuntio Vindobonensi..... 175
62. - 1720: Card. N. Spinola de synodo Zamostiana..... 176
63. - 1720: Card. N. Spinola de futura synodo Zamostiana.... 178
64. - 1720: Ep. Hier. Ustryckyj Patri Trombetti..... 180
65. - 19. 3.1720: Litterae testimoniales Abbatis Epiphanii..... 181
66. - 22. 3.1720: Decretum Vicariatus Urbis Romae..... 181
67. - 6. 6.1720: Secretarius de Prop. Fide cardinali Olivieri..... 182
68. - 11. 6.1720: Aep. Leopol. J. Skarbek Congregationi de P.F..... 183
69. - 18. 6.1720: Card. Olivieri Secretario de P.F..... 185
70. - 21. 6.1720: Ep. J. Levyckyj Nuntio in Polonia..... 186
71. - 25. 6.1720: Aep. J. Skarbek Patri Trombetti..... 187
72. - 19. 7.1720: Secretarius Brevium Congregationi de P.F..... 189
73. - 10.1720: Ep. nomin. I. Pataky Clementi XI P.M..... 190
74. - 10.1720: Instantia ep. nomin. I. Pataky..... 191
75. - 3. 2.1721: Relatio card. F. Althann de Ecclesia Fogarasien..... 191
76. - 3. 1.1721: Ep. lat. A. Fredro Congregationi de P.F..... 193

77. - 3. 3.1722: Aep. J. Augustinowicz Congregationi de P.F..... 193
78. - 5. 5.1722: Card. N. Spinola Secretario de Prop. Fide..... 195
79. - 27. 5.1722: Aep. Armenus J. Augustinowicz Congr.ni de P.F... 195
80. - 8. 6.1722: Ep. J. Vyhovskyj Congregationi de P.F..... 196
81. - 8. 6.1722: Ep. J. Vyhovskyj Nuntio Apostolico..... 197
82. - 10. 6.1722: Aep. Armenus J. Augustinowicz Congr.ni de P.F... 198
83. - 10. 6.1722: Aep. J. Skarbek Nuntio Apostolico..... 200
84. - 20. 6.1722: Ep. Hier. Ustryckyj Nuntio..... 201
85. - 23. 6.1722: Ep. J. Levyckyj Congregationi de P.F..... 202
86. - 29. 6.1722: Ep. G. Bizancij Patri B. Trulevyč, procuratori..... 203
87. - 10. 3.1723: Aep. J. Skarbek Patri A. Salaroli, Theatino..... 204
88. - 10. 3.1723: Aep. Armenus J. Augustinowicz Congr.ni de P.F... 205
89. - 12. 3.1723: Ep. J. Vyhovskyj Congregationi de P.F..... 206
90. - 22. 3.1723: Ep. H. Ustryckyj Congregationi de P.F..... 207
91. - 27. 7.1723: Aep. Armenus J. Augustinowicz de Seminario Leop. 208
92. - 8. 9.1723: Ep. J. Pataky Congregationi de P.F..... 209
93. - 27.10.1723: Metr. Leo Kyška Procuratori in Urbe..... 210
94. - 27.11.1723: Convocatio Congr. Part. de Seminario Leop..... 211
95. - 1724: Hierarchia Ruthena Congregationi de P.F..... 212
96. - 1724: Secretarius de P.F. ad Secretariam Brevium..... 212
97. - 1724: Observationes super Taxa iurium Syn. Zamostianae 213
98. - 17.11.1724: Resolutiones Hierarchiae Latinae..... 214
99. - 1724: Instantia metr. L. Kyška in causa P. Vitrynskyj.. 216
100. - 1724: Quaedam puncta ab Hierarchia Lat. proposita.... 217
101. - 3. 3.1725: Ep. Th. Godebskyj Congregationi de P.F..... 220
102. - 12. 3.1725: Card. A. Albani in negotio archim. Suprasliensis.... 222
103. - 12. 4.1725: Pater Fylypovyč OSBM Congregationi de P.F..... 222
104. - 23. 4.1725: Ep. Th. Godebskyj Congregationi de P.F..... 225
105. - 23. 4.1725: Synoptica relatio Iurium eparchiae Pinscensis..... 225
106. - 28. 5.1725: Ep. G. Bizancij Congregationi de P.F..... 229
107. - 28.10.1725: Ep.pi lat. B. Gosiewski et J. Zienkowicz..... 231
108. - 27. 1.1726: Card. Albani Congregationi de P.F..... 232
109. - 20. 2.1726: Ep. Th. Godebskyj Congregationi de P.F..... 233
110. - 20. 2.1726: Ep. Th. Godebskyj Congregationi de P.F..... 234
111. - 25. 4.1726: Card. Marefoschi Secretario de P.F..... 235
112. - 10. 7.1726: Pater P. Fylypovyč Congregationi de P.F..... 236
113. - 1726: Praefectus de P.F. ep.po Th. Godebskyj..... 237
114. - 31. 8.1726: Processus in causa ep.pi Th. Godebskyj..... 238
115. - 22. 9.1726: Ep. lat. A. Fredro Congregationi de P.F..... 262
116. - 1726: Ep. lat. Pancerzynski de archim. Suprasliensi..... 263
117. - 9. 4.1727: Ep. Šeptyckyj Secretario de P.F..... 264
118. - 11. 6.1727: Pater P. Fylypovyč Praefecto de P.F..... 265
119. - 24. 6.1727: Ep. G. Bizancij ad S. Congregationem de P.F..... 266
120. - 8. 7.1727: Metr. L. Kyška Congregationi de P.F..... 268
121. - 13.10.1727: De revisione librorum Confr. Stauropigianae..... 269

122. - 15.10.1727: P. Fylypovyč OSBM Congregationi de P.F..... 315
123. - 6. 2.1728: Secretaria Status P.M. de ep. Fogarasiensi..... 316
124. - 12. 5.1728: P. Fylypovyč OSBM Praefecto S.C. de P.F..... 317
125. - 21. 2.1730: P. Fylypovyč OSBM Praefecto de P.F..... 318
126. - 1730: Ep. In. Klein Nuntio ap. Vindobonensi..... 319
127. - 23. 5.1731: Ep. G. Bizancij Nuntio Vindobonensi..... 322
128. - 23. 5.1731: Ep. G. Bizancij Nuntio ap. Vindobonensi..... 323
129. - 23. 5.1731: Ep. G. Bulhak Congregationi de P.F..... 326
130. - 24. 7.1732: Actus electionis ep. Mohiloviensis non uniti..... 327
131. - 15. 8.1732: Ep. Iadrensis Zmaievič Congregationi de P.F..... 330
132. - 5.12.1732: Card. Davia Praefecto S. Congr.nis de P.F..... 331
133. - 7. 3.1735: Primas Hungariae Nuntio Vindobonensi..... 331
134. - 26. 5.1735: Metr. A. Šeptyckyj Congregationi de P.F..... 332
135. - 18. 7.1735: Praefectus P.F. – litterae test. pro P. Koss..... 333
136. - 30. 7.1735: Praefectus P.F. Petro Koss..... 333
137. - 17. 9.1736: Ep. Agrien. G. Erdödy Nuntio Vindobonensi..... 335
138. - 21.10.1738: Ep. lat. J. Szembek I. Piehovyč OSBM commendat 335
139. - 14. 3.1738: Testimonium ep.pi Th. Rudnyckyj..... 336
140. - 24. 3.1738: Testimonium ep.pi Ph. Volodkovyč..... 336
141. - (14.8.1643): Secretarius de P.F. confirmat rescripta..... 337
142. - 3. 6.1739: Aep. Armenus Augustinowicz (testimonium)..... 337
143. - 3. 6.1739: Aep. lat. N. Wyżycki Clementi XII P.M..... 338
144. - 28. 4.1739: Ep. Th. Rudnyckyj Nuntio Serbellono..... 339
145. - 10. 9.1739: Ep. Th. Godebskyj Nuntio Serbellono..... 340
146. - 2.10.1739: Ep. lat. J. Kierski Auditori S. Nuntiaturae..... 341
147. - 11.11.1739: Card. Mediol. Stampa Praefecto S.C. de P.F..... 342
148. - 2.12.1739: Card. Mediol. Stampa Praefecto S.C. de P.F..... 343
149. - 13. 1.1740: Card. Mediol. Stampa Praefecto S.C. de P.F..... 343
150. - 7. 7.1740: Card. J. Lipski Praefecto S.C. de P.F..... 344
151. - 17. 9.1740: Secretarius Status P.M. Nuntio Varsaviensi..... 345
152. - 24. 9.1740: Secretarius Status P.M. comiti Sapieha..... 346
153. - 24. 9.1940: Secretarius Status ep.po Coad. Vilnensi lat..... 347
154. - 24. 9.1740: Secretarius Status aep.po Chris. Szembek..... 348
155. - 24. 9.1740: Secretarius Status ep.po St. Grabowski..... 349
156. - 15.10.1740: Praefectus Congr. de P.F. cardinali Albani..... 350
157. - 15.10.1740: Praefectus Congr. de P.F. Patri Lascaris..... 351
158. - 21.10.1740: Card. H. Albani Praefecto de Prop. Fide..... 352
159. - 19.11.1740: Praefectus Congr.nis de P.F. Patri Lascari 353

INDEX GENERALIS

Dedicatio ..... v-vi
Praefatio (notae biographicae Ep.pi Pl. Kornyljak)..... ix
Передмова (нарис життєпису єп.па П. Корниляка) xii
Documentum nominationis Ep.pi Platonis Kornyljak..... xv
Булля номінації на єпископа Кир Платона Корниляка xvii
Erectio Exarchatus pro Ucrainis in Germania..... xix
Булля ерекції Екзархату для українців в Німеччині..... xxi
Introductio xxiii

LITTERAE ARCHIEPISCOPORUM, EPISCOPORUM PRAELATORUMQUE

INDICES

I. Index nominum et locorum 355
II. Elenchi Pontificum, Patriarcharum, Nuntiorum, Metropolitarum, Episcoporum, Imperatorum, Regum etc. 368
III. Index chronologicus documentorum 370

TABULAE

1. Effigies Ex.mi D.ni Platonis Kornyljak, Episcopi..... ix
2. Insigne Episcopi Platonis ix
3. D.na Eugenia et D.nus Volodyslav Kornyljak..... ix
4. D. Eugenius, D. Volodymyr, D.na Theodora et D. Anempodyst.... ix
5. Ep. Volodimiriensis: Leo Kyška (1711-1728)..... 25
6. Scriptura metr. Leonis Kyška (*Acta Kisciana*, vol. V, fol. 278).... 57
7. Episcopus Leopoliensis: Barlaam Šeptyckyj (1710-15)..... 89
8. Episcopus Chelmensis: Josephus Levyckyj (1711-1730)..... 121
9. Episcopus Leopoliensis: Athanasius Šeptyckyj (1715-46)..... 217
10. Archiepiscopus Polocensis: F. Hrebnyckyj (1717-62)..... 249
11. Ep. Peremysliensis: Hieronymus Ustryckyj (1715-46)..... 280
12. Ep. Chelmenensis, Ph. Volodkovyč (1730-1758)..... 312

p. Joanikij osbm
05.12.2020, Roma

21. Mychalskyj A., « *Liber de Fide* » *Pseudo-Nathanaëlis*. Fontes et Analysis. Rome 1967, pp. 150 . . . . . US $ 5.00
22. Пекар А., *Нариси історії Церкви Закарпаття*, т. I. Рим 1967, стор. 242.(*Outline of Church History in Transcarpathia*) . . » $ 6.00
23. Chimy J., *De figura iuridica Archiepiscopi maioris in iure canonico orientali vigenti*. Rome 1967, pp. 224 . . . . . » $ 6.00
24. Gajecky G.–Baran A., *The Cossacks in the Thirty Years War*, vol. I. Rome 1969, pp. 140 . . . . . » $ 5.00
25. Duchnovič A., *The History of the Eparchy of Prjašev*. Rome 1971, pp. VIII+102 . . . . . » $ 5.00
26. Mudryj S., *De Transitu ad Alium Ritum*. (A Byz.-Ucraino ad Latinum). Roma 1973, pp. XXIV+182 . . . . . » $ 6.00
27. Blažejowskyj D., *De Potestate Metropolitarum Kioviensium in Clerum Regularem* (1595-1805). Rome, 1973, pp. 196 . . . » $ 6.00
28. Трембіцький В., *Український Державний Гимн та укр. патріотичні пісні*. Н. Йорк-Рим 1973, стор. 120+11. (*Ukrainian Anthem and other Patriotic Songs*) . . . . . » $ 4.00
29. Blažejowskyj D., *Ukrainian and Armenian Pontifical Seminary of Lviv* 1665-1784. Rome 1975, pp. XXVII+280 . . . . » $ 10.00
30. Glinka A., *Metr. di Lviv Gr. Jachymovyč ed il suo tempo*. Roma 1974, pp. XXXVII+368 . . . . . » $ 10.00
31. Купранець О., *Православна Церква в міжвоєнній Польщі* 1918-1939. Рим 1974, стор. XXI+234. (*The Orthodox Church in Poland in the Period between the Wars* 1918-1939) . . . . » $ 8.00
32. Купранець О., *Духовне Вогнище на Скитальщині* (*Українська Католицька Духовна Семінарія Гіршберґ-Кулемборґ*). Торонто 1975, стор. 206. (*A Hearth Away From Home: The Ukrainian Catholic Seminary in Hirschberg-Culemburg*) . . . . . » $ 8.00
33. Патрило І., *Джерела і Бібліографія Історії Української Церкви*. Рим 1975, стор. XII+376. (*Fontes et Bibliographia Historiae Ecclesiae Ucrainae*) . . . » $ 10.00
34. Glinka L., *Diocesi Ucraino-Cattolica di Cholm* (Liquidazione ed incorporazione alla Chiesa russo-ortodossa). Romae 1975, pp. 274 » $ 7.00
35. Купранець О., *Походження назви « Русь » у Хроніці Руської Землі Іванінуса з 1611 р.* Торонто 1978, стор. 296 (*The origin of the name « Rus' » in « The cronicle of the land of « Rus » by A. Gwagninus of 1611.* . . . . . » $ 10.00
36-37. Соловій М.М., *Мелетій Смотрицький – як письменник*, т. I-II, Торонто 1977-78 (*Meletius Smotryckyj - and his writings*) . . . . . » $ 24.00
38. Балик Б., *Інокентій І. Винницький, єпископ Перемиський, Самбірський і Сяноцький* (*1680-1700*). Рим 1978, стор. XXIV + + 385 (*I. Vynnyckyj, episcopus Premisliensis... 1680-1700*) . » $ 10.00
39. *Федюк П. Й.*, *Святий Василій Великий і Християнське Аскетичне Життя*, Рим-Торонто 1978, стор. 230. (*St. Basil the Great and the Christian Ascetic Life*) . . . . » $ 6.00
40. Баврик М.М., *Нарис розвитку і стану Василіянського Чина XVII-XX ст.* Рим 1979, стор. XXIV+218, + мапа. (*Evolutionis Ordinis Basiliani s. XVII-XX delineatio*) . . . » $ 6.00
41. Корчагін К., *Карне право Української Католицької Церкви*. Історично-юридичний нарис. Рим 1981, стор. XVIII 148 (*Jus poenale Ecclesiae Ucraino Catholicae*) . . . . . » $ 8.00

Sectio II-a - « ANALECTA » (Periodica-miscel.):

Voll. I-X, Romae 1949-1979.

Sectio III-a - « DOCUMENTA ...ex ARCHIVIS ROMANIS »:

S. Josaphat - Hieromartyr. Documenta Romana Beatificationis et Canonizationis: voll. I-III (1623-1867), Romae 1952-1970.

Documenta Unionis Berestensis eiusque auctorum (1590-1600), Romae 1970.

Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia: voll. I-II (1075-1953), Romae 1953-1954.

Audientiae SS.mi de rebus Ucrainae: voll. I-II (1658-1862), Romae 1963-1965.

Acta S.C. de Prop. Fide Ecclesiam Cath. Ucrainae et Bielarusjae spectantia voll. I-V (1622-1862), Romae 1953-1955.

Litterae S.C. de Prop. Fide Ecclesiam Cath. Ucrainae... spectantes: voll. I-VII (1622-1862), Romae 1954-1957.

Congregationes Particulares S.C.P.F. Ecclesiam Cath. Ucrainae...: voll. I-II (1622-1862), Romae 1956-1957.

Litterae Nuntiorum Apostolicorum historiam Ucrainae illustrantes: voll. I-XIV (1550-1693), Romae 1959-1977.

Supplicationes Ecclesiae Unitae Ucrainae et Bielarusjae: voll. I-III (1600-1769), Romae 1960-1965.

Epistolae Metropolitarum Kioviensium Catholicorum: voll. I-IX (1613-1838), Romae 1956-1980.

Litterae Episcoporum historiam Ucrainae illustrantes: voll. I-V (1600-1640), Romae 1972-1981.

Litterae Basilianorum in terris Ucrainae et Bielarusjae: voll. I-II (1601-1760), Romae 1979.